Universidad de Deusto
Biblioteca

Thomas
in
Genesim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala 1 Estante 2 Plúteo 2

# POSTILLA SEV EXPOSITIO AVREA SANCTI THOMÆ AQVINATIS ORDINIS PRAEDICATORVM IN LIBRVM GENEſeos:

Literalem ſenſum atq; ſpiritualem complectens, Omnibus in vniuerſum, & præſertim verbi Dei Pręconibus, maximè vtilis & neceſſaria.

*Nunc primùm in lucem prodit è tenebris, diligentia & opera eximij Magiſtri noſtri F. Antonij Senenſis Luſitani, eiuſdem ordinis Prædicatorum, S. Theologiæ Profeſſoris.*



*LVGDVNI.*
APVD PETRVM LANDRY.
*M. D. LXXIII.*

2-1-21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOCIETATIS IESU BIBLIOTHECA COLLEGII

# ILLVSTRISSIMO DOMINO ATQVE EXCELLENTISSIMO PRINCIPI. D. IOANNI DE LACERDA DVCI DE MEDINA Cęli, Marchioni de Cugulludo, Comiti Portus Sanctæ Marię, & Catholicę Maieſtatis in hac Belgica regione Gubernatori & Capitaneo generali præſtantiſſimo.

*F. ANTONIVS SENENSIS Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Profeſſor Louanienſis,*

*S. P. D.*

PRAECEPTVM fuit olim veteris legis veteri illi populo datum, excellentiſsime Princeps, vt ſi abſque liberis quiſpiam vita fungeretur, ipſius defuncti frater ad vxorē relictam ingreſſus, mortuo fratri ſemen ſuſcitaret, eius memoriam in obliuionem abire non ſinens. Sic enim mors illi qui è viuis rapiebatur eſſet vel eò min⁹ acerba futura, quod à fratre ſuperſtite erat ſuſcitanda proles, & ei licèt mortuo aſcribēda, in qua eius nomen ac memoria viueret. Huiuſmet præcepti fuit & ſpiritualis ratio quam in hoc opere Author capite 39. adnotauit, & D. Auguſtinus ad ſimile propoſitum adumbrat. *Lib.14.contra fauſtum in fine.* Ad figurandum, ſcilicet, quod Chriſto pro nobis mortuo, debemus prolem ex eius Eccleſia ſuſcita-

Universidad de ... Biblioteca

re, & eſt ea ipſi potius quàm nomini noſtro aſcribenda Debemus,inquam, ipſius Eccleſiæ potius negotioſe,quàm noſtro commodo ocioſe vacare:neque quiſquam nunc ſpiritualiter natus putet ſibi debere ſufficere,quinimo inſtet Dominicis lucris,quibus pro modulo ſuo potuerit in Eccleſiæ commodum Domino Deo inſeruire. Eos enim qui ſecùs fecerint & vitam atque animi ſupellectilem quam ipſis in propriæ ſalutis negotiationem , ac proximorum bonum Deus Opt. Max. impartitus eſt , in terrena & lubrica expendunt: non in merito aſsimilabo nephario Onam,

*Geneſ.38.*

quem iuſtiſsimè ſacra reprehendit authoritas , & à Deo grauiter punitum commemorat , eò quòd ad vxorem fratris ſui defuncti introiens ſemen fundebat in terram , ne liberi fratris nomine naſcerentur: Sic & illi ea dona ex quibus eſſet proculdubio Pater cœleſtis glorificandus, ſimul cum terra commiſcent & extingunt. Quod ipſum mecum euoluens, Illuſtriſſime Domine , ne vel cum eo , qui talentum ſibi da-

*Math.25.*

tum in ſudario repoſitum effoderat , damnarer: vel cum Onam maledictionem Domini incurrerem , ſi in re, ad quã ab illo motus mihi videor , qui eſt totius boni propoſiti author , virium mearum exiguitatem denegarem: meum, etſi admodum exiguum , talentum non putaui iſto tempore aliis rebus accommodare , quàm vt noſtri angelici Doctoris diui Thomæ Aquinatis veluti abſque liberis relictam vxorem ducerem,opera,ſcilicet , quæ in totius Eccleſiæ gloriam ſcripſit , ea reuiſendo , vt in his quibus eis aliquid ornamenti poſſe addi videbatur , ſicut & parentibus decus per filios additur , aliquid per meam induſtriam



ſtriam accreſceret , & quæ eis deeſſe videbantur ſupplerem. Neque abs re quæ poſteritati reliquit ſui ingenij monumenta , ac ſanctimoniæ inſignis in eiſdem teſtimonia aperta , vxori abſque liberis relictæ comparo , nam vt illa filiali deſtituta ſubſidio , quo tueri poſsit, accidit frequenter vt iniuſtè opprimatur à multis: ſic quoque antiquorum opera niſi ſint qui euoluant , in iis quæ poſſunt ſuo labore ornent & tueantur pro viribus , & illa ab aliis in multo haberi honore conentur & vrgeant : aduerſus ea mox aliqui inſurgunt & obganiunt , & faſtu pari & impudentia ſuperbiſsimè alij diuum Auguſtinum hominem fuiſſe,inquiunt, vt nos,diuum Hieronymum erraſſe,diuum Thomam non fuiſſe Euangeliſtam,clamitant. Qui verò ſuis viribus id laborant , iuxta illius præcepti normam eo ipſo ex vxore fratris abſque liberis relicta prolem ſuſcitare cenſendi ſunt. Eorum autem eò magis hæc commendanda cura videtur, quorum cura circa eos præſertim verſatur, quorum monumenta ſunt amplius iis temporibus neceſſaria. An verò ſit quiſquam alius cuius hoc infœlici ac ſcelerato ſeculo ſint plus euoluenda opera,& cuius doctrina omnium hæreſeon fauces obturentur melius , & hæreticorum hominum argutiæ diluantur faciliùs, quàm huius Doctoris ſancti doctrina , neminem qui

*Doctrina D.Thom. cōmendatio.*

ſapiat merito dubitare , nedum affirmare poſſe crediderim. Vbi enim eius lectio poſt habetur , rarò aut potius nunquam quis quod ſolidum eſt , adipiſcitur. Cui illius lectio diſplicet , veritas ipſa certè placere non poteſt: ac tandem vbi Aquinas hic Thomas non curetur, mox ille alius adeſt incredulus Thomas.Nam & in re-

bus non mediocriter arduis, & fidem noſtram haud minus quàm veſtigia vulnerum Chriſti in eius carne relicta concernentibus, ſine Aquinate Thoma, tanquam alter ille Thomas, nutat quicunque eſt ille. Hic enim noſter Thomas ex illorum paruulorum numero factus quibus Deus arcana ſua voluit reuelare, non autem ſapientibus huius ſeculi ſapientiam amauit, quæſiuit, & inuenit: & eos quibus ipſe fuerit ductor, quique & ei fiderint nunquam in falſitatis barathrum aut voraginem trudet, quinimò ad rectum veræ ſapientiæ terminum, per rectum veræ ſapientiæ tramitem, recta ac verè deducet. Hinc factum eſt vt ferè omnes Academiæ Chriſtianæ non ſolum plurimum venerentur hunc Doctorem, ſed & ab omnibus ſtudioſis in plurima veneratione haberi contendant, & ipſius doctrinam ipſis quotidiè proponant & inculcent, & ab ea non diſcedere ſæpius adhortentur ac commonefaciant: cum ea omnia quæ ab illo tam ſanctè in Lucem emiſſa fuerunt, nihil aliud quàm ſacrarum literarum elucidationem ac interpretationem contineant, & cunctis hominibus ſalubre veſtigium commonſtrent. Et vt ipſa rerum experientia docet, ſcolæ illæ in quibus hæc ſancti Doctoris ſincera doctrina ſedulò perlegitur, & ab ſtudioſis omnibus amplexanda ſemper inculcatur, magis ac magis ſplendent quotidiè, & & ſolidioris doctrinæ micantiores radios emittunt à pernitioſis nouitatibus integræ: & contrà in quibus illa ſpernitur, vel ſaltem non curatur, etiam antiquus earum ſplendor obſcurus efficitur. Propter hanc cauſam, Prçclariſsime Princeps, lubentiſsimè

*Matth.11.*



tiſsimè totum hoc ſeptem annorum ſpatium & amplius quod Louanij maneo, in ipſius diui Thomæ operibus variis repurgandis inſumpſi & illuſtrandis & totus in eo ſum verſatus, vt ſi aliquid in his operibus incomptum, indigeſtum, ac male ornatum exiſteret, id ſuo quoque loco ſtudioſè reſtituerem. Cúmque nullas perluſtraſſem bibliothecas antiquiſsimas ex illis quas clades illa ſectatiorum hominum non attigerat, in illarum quadam incidi in hæc commentaria diui Thomæ in librum Geneſeos, vetuſta admodum & pleriſque in locis adeò incorrecta & etiam mutila, vt nullus poſſet ſenſus haberi. Quæ mox perlegere cœpi, & tranſcripta cum aliquibus viris doctiſsimis contuli num Sancti Thomæ cenſenda eſſent, ſub cuius titulo extabant, an alterius. Et licèt alij id non plenè auderent diffinire neque poſſent, quia commentaria integra non perlegerant, alij tamen mecum ipſius eſſe non ſunt auſi diffiteri, & omnes illius fuimus ſententiæ, vt inter eius opera computanda eſſent quouſque ſaltem oppoſitum certis poſſet rationibus demonſtrari. Atque ideò vt olim defuncto abſque liberis fratre prolem illi ſuſcitare tenebatur qui erat ſuperſtes, ſic & ipſe hanc quam velut informem filij matris meæ inueni prolem meo ſtudio fouere ac ſuſcitare arbitratus ſum, & Reipub. Chriſtianæ operæpretium fore & gratiſsimum & vtiliſsimum: cum nihil ſit in his quod ſacræ ſcripturæ piis verbis repugnet ac aduerſetur: & maximè cum hæc expoſitio literalem ſenſum ac ſpiritualem libri Geneſeos breuiter complectatur. Neque opus hoc tutius in lucem emitti poſſe



Universidad ... Biblioteca

Universidad de
Biblioteca

quàm ſub tua protectione ac nomine Princeps Illu-
ſtriſsime, multa ſunt ſanè quæ me abundè ſatis indu-
xêre, quæ etiam tota hæc Belgica regio vt in te plu-
rimum veneratur, ſic etiam admirari non ſufficit,
plurima quidem tum naturæ, tum gratiæ dona qui-
bus tantoperè omnium in vniuerſum ad te corda tra-
his, etiam hoſtium & à fide errantium, vt de aliis re-
bus quàm de præclariſsimis dotibus tuis, vix toti po-
pulo Belgico lubeat loqui. Sed iſtis omnibus ſilentio
prætermiſsis, vt ad Excellentiam veſtram cum hoc
opere diui Thomæ me conferrem inductus ſum, ma-
ximè tum quia ſancta illa diui Dominici patris no-
ſtri nobiliſsima Guzmanorum ſtrips, eſt quoque
Excellentiæ veſtræ communis & vna, atque ea
etiam de cauſa ſingularis admodum in Dominica-
norum ordinem ab antiquo beneuolentia concepta,
& in diuum Thomam Aquinatem tam ſyncerus
& affectus intimus, vt eius præconia audire ac re-
ferre ſit excellentiæ veſtræ ſupra modum gratiſsi-
mum, & tam adeò vt (non immeritò quidem) ſæ-
pius probauerit eorum ſententiam, qui ſuſpectam
habendam fore doctrinam, inquiunt, & cum ratione
ac fide diſcordem, quæ cum diui Thomæ ſana pugnat
doctrina. Alia verò ratio quæ me etiam ad idem
mouit, Præclariſsime Domine, fuit, quia eſſe tibi ve-
luti hæreditarium & naturale omni ſtudiorum ge-
nere ſummoperè delectari & quam habes plurima-
rum rerum notitia indicat, & primaria illa radix
tua & Regia ſtirps teſtatur apertè. Magnus nanque
ille Caſtiliæ Rex Alphonſus, qui etiam (vti Gre-
gorius Nazianzenus magni Theologi præ aliis ſor-
ti-

*Excellentia Ducis de Medina eſt de ſtirpe diui Dominici.*



titus eſt nomen) per excellentiam quandam ſa-
piens ab omnibus vocatus eſt meritò, & quæ reli-
quit ſuæ ſapientiæ eximiæ monumenta egregia, tota
poſteritas ſemper ſuſcepit: is, inquam, ſapientiſsi-
mus Rex Alphonſus, eſt prima tuæ familiæ ac ſan-
guinis radix, & vt ille fuit ſtudiorum amantiſsi-
mus, & ſtudioſorum fautor eximius: ſic in poſteros
ſuos, & in Excellentiam veſtram præ cæteris hoc na-
turæ donum transfudiſſe videtur, & propterea lite-
rarum quiuis ſtudioſus cum ſuorum ſtudiorum fru-
ctibus audacter ad Excellentiam veſtram ſe confe-
ret. Neque huius operis exiguitas me potuit retar-
dare ne id facerem, quia ſicut ille Ptolomæus Phi-
ladelphus Aegyptiorum Rex multò pluris feciſſe
videtur inſtrumenti veteris libros ab Eleazaro Iu-
dæorum Pontifice ſibi tranſmiſſos & per Septuagin-
taduos in lege peritiſsimos ex Hebræo in ſermonem
Gręcum tranſuerſos (et ſi quàm pretioſa hęc eſſet
margarita non ſatis nouerat) quàm temporalia, quæ
poſsidebat dominia, ſiquidem multas Iudæorum co-
pias, quas in Aegyptum pater captiuas abduxerat,
liberas eſſe iuſsit, necnon & grauia eidem Iudaico
populo à patre antè tributa impoſita, remiſit: vt plu-
ris, inquam, feciſſe videtur hos diuinos libros à Iu-
daica gente receptos, quàm ipſum in Iudaicam gen-
tem quod habebat imperium: ſic etiam ab Excellen-
tia veſtra hoc opus nunc primò in lucem emiſſum,
etſi paruum, magnifaciendum arbitror & ſpero.
Et ſicut Cumana illa Sybilla (vt plerique referunt
authores grauiſsimi) ad Regem Tarquinium ve-
niſſe cum tribus libris dicitur, qui oricula ad certum

*Regia ſtirps eſt Ducum de Medina.*

*Aug. 18. de ciuit. Dei cap. 42.*

Universidad de Deusto Biblioteca



aliquem populum ſpectantia continebant, & tanti eos apud Principem illum feciſſe, vt etiam è tribus in ipſius præſentia duobus igni traditis, non minoris æſtimauerit illum vnum reſiduum, quàm omnes tres ſimul ęſtimauerat anteà, & is ſolus tandem apud Tarquinium eſt pluris habitus quàm omnes tres ſimul: ſic quoque apud Excellentiam veſtram non minoris arbitror habendum fore hoc opus vnum, etſi paruum fuerit quàm alia eiuſdem Authoris opera, imò & multò magis quàm ille vnus liber fuit à Tarquinio reputatus, ſiquidem ille ſolùm ex pertinaci ſententia ipſius Sybillæ quam ipſemet Tarquinius anteà inſaniam putabat, motus eſt tandem vt aliquid non contemnendum in illo contineri crederet libro: ſed Excellentia veſtrá exploratum ſatis habet quod quidquid ex huius ſancti Doctoris manat officina, ſanum, optimum eſt & ſanctum: neque ſolùm vnius portionis populi Chriſtiani oracula continens, & ad vnius gentis vel alterius doctrinam atque bonorum morum inſtructionem valens, ſed ad totius Eccleſiæ bonum conducens. Eccleſiæ ergo veſtræ ſubditum ſit & dicatum, quidquid eſt operis huius, & hilari fronte hoc quamtumuis exiguum obſequium dignetur ſuſcipere, vt ſic ab omnibus quoque ſuſcipiatur hilariter, & hæc ipſius Doctoris ſancti literaria proles quæ hucuſque iniuria temporis, de omnibus quàm de rectè factis longè latéque triumphantis, delituit, ipſimet Doctori ſancto ſuſcitetur: vt ſic hoc etiam medio ipſe apud mortales immortalior ſit ad Dei omnipotentis gloriam, qui vt ipſum ſic & Excellentiam veſtram magnificare, ſuíſque cœleſtibus donis magis



magis ac magis indies locupletare dignetur, vt diuinæ Maieſtati in cœlis, ac Regię Catholicæ in terris magnú in hoc Belgico præſtet obſequium, & per Excellentiæ veſtræ moderationem prudentiſsimam quieta vita & tranquilla in illo & in circumiacentibus agatur partibus, & bonorum morum ac fidei Catholicæ deperditæ, ruina inſtauretur. Datum Louanij 15. Kal. Ianuarij. 1573.

Excellentiæ veſtræ Sacellanus ac ſeruus

F. Antonius Senenſis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# F. ANTONIVS SENENSIS ORDINIS PRAEDICATORVM ET SACRAE THEOLOGIAE

Profeſſor Louanienſis, Chriſtiano Lectori.

ILLORVM nunquam probaui ſententiam, candide Lector, qui conſueuerunt iuxta placitum proprium leuiſsimis ex cauſis, quæ non vident plenè conformia eſſe in ſtylo alijs eorundem authorum operibus mox illorum eſſe inficias ire. Nam ipſis fuit Patribus ſanctis vſitatum ſæpiſsimè vt ex induſtria nonnunquam ſtyllum demitterent & mutarent, vt de ſe ſacer teſtatur Auguſtinus libro primo de Gene. contra Manich. Et etiam vt fructuum non eſt par ſuauitas, imò & ſubſtantia eſt longè diuerſa cùm ad maturitatem perueniunt & perfectionem, & cùm eam nondum attigerint: ſic etiam in doctrina tradenda accidit diſsimilitudo tanta, vt de nonnullis veriſsimè dictum ſit, quamuis omnia ſcripſêre doctiſsimè, tamen in his operibus vel illis, ſeipſos ſuperatos reliquerunt. Ea de cauſa cum ſuperioribus temporibus incidiſſem in cõmentarium iſtum diui Thomæ in tenebris deliteſcentem, etſi in cathalogo, qui habetur communiter operum diui Thomæ, eius non fiat mentio, & quamuis etiam non per omnia ipſius ſtylum referat, non propterea ipſum minus venerandum putaui, imò ſicut ipſe diuus Thomas cum multa ſemper veneratione ſuſcepit, tam pro operibus Auguſtini quâm Hieronymi & aliorum Patrũ, ea quæ ipſorum eſſe, venerata eſt antiquitas, (etſi noſtro hoc ſeculo ſcrupuloſius quàm

par eſt ab aliquibus examinentur, & ſuperbè admo-
dum illorum nonnulla reiiciantur) ſic etiam hoc opus
quod ſub eiuſdem D. Thomæ nomine inueni in Me-
dialburgenſi ciuitate Gelandiæ apud Minoritas in te-
nebris deliteſcens, etiam ab omnibus reuerenter ſuſci-
piendum arbitratus ſum. Aliqua in opere iſto habet
non in omnibus cõformia doctrinæ quã nobis in ſum
ma tradidit, & dum ſpirituales præſertim ſenſus per-
tractat eos nonnunquam proſequitur latius quã in ſua
cathena aurea ſuper 4. Euãgeliſtas obſeruauit, ſed vti
ſuper libros Senten. Magiſtri ſcripſit iuuenis, ſic & ex-
poſitionẽ iſtã circa iuuentutis tempora paraſſe potuit,
vel ad populum habuiſſe. Dum ſuper hoc opere exa-
minando cũ quodã viro non infime docto in aliis tra-
ctarẽ, ea ratione D. Thomæ eſſe cõmentarium negare
volebat, quia in illo Richardum de S. Victore præter
morẽ ſuum nonnunquã citabat. Sed mox fuit ſui er-
roris admonitus, & oſtenſum illi quod ter & amplius
in p. p. in materia de Trinitate refertur & alibi, alia
quoque poſt hoc ad idẽ ſubiecit, poſteà argumẽta in-
digna prorſus vt nunc in mediũ proferantur. Papiam
fateor aliquando citat in opere iſto, & quod id fecerit
in aliis ſuis operibus non memini me legiſſe, ſed de-
bilis admodum ratio hæc mihi apparet vt ſuadeat, ne-
dum in perſuaſionẽ trahat non eſſe hoc opus D. Tho.
quando quidẽ id non inſolens eſt Doctoribus, vt quan
doque authores aliquos in mediũ producãt, quorũ in
operibus aliis nunquã meminerũt. Illud vnum fateor
fuiſſet mihi maxima dubitandi ratio num opus eſſet
D. Tho. quia ſolenne eſt illi & ab eo perpetuo obſerua
tum, quod ſemper antequam alicuius libri exordiatur
expoſitionem, præfatur aliquãtulum, & in præfatione
nonni

Universidad de Deusto
Biblioteca



nonnihil de argumẽto libri quẽ interpretari intendit,
præmittit, quod in hoc opere prætermiſſum videtur.
Sed ſcrupulus iſte eſt mihi omninò ademptus in eo ꝙ
tria priora folia libri abſciſſa fuerant (vt videre eſt in il
lo) & in illis hanc quam deſiderabã in opere præfatio-
nẽ abſciſam crediderim. Stylus non eſt ſanè multũ ab-
ſimilis à S. Tho. ſtylo, ſi quæ ſcripſit iuuenis cõſideres.
Et ꝙ ipſe ait cap. 18. huius cõmẽtarij, certũ eſt ſæpè fie-
ri immiſſiones & motꝰ internos diuinos, & hoc in qui
buſdã noſtri tẽporis me arbitror cõprobaſſe, plurimũ
refert ipſius ingeniũ & ſanctitatẽ prout etiã ipſius legẽ
da nos docet: nec dubito quin de ſeipſo id affirmat,
quãuis ex humilitate ne eleuet ſe ſupra ſe, vel quiſpiã
plus putaret de illo quàm videbat in illo ſe occultet. Si
mile qđ etiã habet c. 27. Quod verò apud me maximi põ
deris eſt vt diui Tho. cõmentariũ eſſe non diffitear eſt,
ꝙ ille in pergameno nõ parũ antiquis characteribꝰ de-
pictꝰ ſub titulo extat S. Thom. in bibliotheca anteà di
cta. Cõmẽtarius eſt omnibus in vniuerſum vtiliſſimꝰ,
his tamen qui in declamando ad populum verbo Dei
occupantur aſſiduè multò vtilior futurus. Illum ergo,
Lector beneuole, beneuolo accipias animo & illa frue
re, neq; id minori cum gaudio & cõmodo pariter acci
det quàm hucuſq; omnium incommodo in tenebris
manſit, & quò auidius legeris & diligẽtius, plus capies
vtilitatis & guſtus. Neq; multum mirabis ſi non
exactè correctum vbique inueneris opus,
quia difficile eſt valdè vbi omnia ferè
propter ſcriptoris vitium corre-
ctiõe indigebãt, nihil præ-
termittere incor-
rectum.
Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# POSTILLA SEV EXPOSITIO AVREA S. THOMAE AQVINATIS ORDINIS PRAEDICATORUM in Librum Geneſeos: Literalem ſenſum atq; ſpiritualem complectens, Omnibus in vniuerſum & præſertim verbi Dei Præconibus, maximè & vtilis & neceſſaria.

***

*In principio creauit Deus cœlum & terram.*

LIBER iſte dicitur Geneſis: & ratio eſt ſecundum Damaſcenum, quia Geneſis ſiue generatio quod idem eſt, *Damaſ.*
generale eſt ad primam rei conditionem. Vnde infrà 2. *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ*, & ad propagationem naturalem: vnde infrà 6. dicitur, *Hic eſt liber generationis Adam, &c.* Liber igitur iſte, in quo de propagatione naturali agitur, & de prima rerum conditione, in duas partes diuidi poteſt. In quarum prima ponitur prima conditio ſecundum quã ſunt omnia creata. In ſecunda ponitur propagatio naturalis, ſecundum quã natura humana eſt multiplicata, Infrà ca. 3. *Sed & ſerpens erat callidior.* In prima primò agitur de rerum omnium conditione generaliter. In ſecunda de productione hominis in ſpeciali, cap. 2. *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ.* In prima primò quantum ad factionem: in ſecunda, quantum ad perfectionem, cap. 2. *Igitur perfecti ſunt cœli & terra.* Factum verò diſtinguitur per creationem, de qua agitur primò, & per diſtinctionem, de qua ibi: *Dixit quoque Deus, Fiat lux.* Et per ornatum ſiue diſpoſitionem, de qua ibi, *Et ait, Germinet terra.* Secundum enim authorem libri de ſpiritu & *Tria ſunt in*
anima, tria omni exiſtenti inſunt, Eſſentia qua res eſt, Species *omni ente.*
qua differt, Vſus quo vtilis eſt & proficua. Eſſentia pertinet ad creationem, ſpecies ad diſtinctionem, vſus ad vtilitatẽ. De opere creationis tangit cauſam creatricem, & ſubſtantiam creatã, ibi, *Principium*
*In principio creauit Deus cœlum & terram.* Dicit atque, *In principio.* *hoc loco tene*
Quæſtio autem poteſt eſſe, Si in principio teneatur cauſaliter, *tur pro prin*
vel temporaliter: ſi tenetur cauſaliter, ſic eſt ſenſus, In principio, *cipio tempo*
id eſt, in filio vel per filium, qui eſt principium, ſecũdũ illud Io- *ris. Quæſtio*
an. cap. 8. Ego principium, qui & loquor vobis. Et Pſalm. 103. *Ioan. 8.*

Universidad de De
Biblioteca

*Hiero. in li. Heb. quæſt. in princip. tom. 3.*
*Auguſtin.*

Omnia in ſapientia feciſti.Et hoc dicit Hier.in lib.Hebraicarum quæſtionum,ſenſiſſe Hilarium in expoſitione cuiuſdam Pſalmi, vbi dicit quod in Hebræo habetur:In filio fecit Deus cœlum & terram.Auguſtinus etiam 12.Confeſ.ait:Pater in principio quod eſt de te,& in ſapientia de te nata feciſti cœlum & terram. Licèt autem ita poſſit verè intelligi ſecundũ vnum ſenſum,ſicut etiam dicit Hieron.in illo libro: tamen mens literæ magis videtur eſſe quod accipiatur principiũ non cauſaliter,ſed initialiter,quod eſt pro initio temporis.Vnde in decretali,firmiter credimus,dicitur quod ab initio tẽporis ſimul vtrãq; naturã condidit, ſpiritualem

*Pſalm.101.*

& corporalẽ:& in Pſal.101.dicitur,Initio tu Domine, terrã fundaſti.Quo ſenſu etiã Apoſt.ad Heb.1.aſſumit hoc verbũ.Et Propheta vtiq; ſuper iſtã Moyſi authoritatẽ fundat dictũ ſuũ. Ratio etiã ad hoc facit,quia magis neceſſariũ fuit exprimere mũdũ nõ

*Rabi Moyſes.*

fuiſſe ab ęterno,quàm trinitatẽ.Vnde Rabi Moyſes inquit,quod Moyſes niſus eſt vehemẽter mũdi inceptionẽ exprimere,& ideò deſcribit creationẽ ita ſeriosè, & texit numerũ annorũ ab Adam vſq; ad Abraã,& deinceps.Nec cogit authoritas Hilarij in cõtra

*Hieron.loco citato to. 3.*

citata.Nam Hiero.inquit falſum eſſe quod in Hebręo habeatur, In filio creauit,&c. quod probat per omnes tranſlationes. Vnde Hilarius potuit decipi per dictũ alicuius nõ textũ exponẽtis,ſed

*Augu. li.2. confeſ. to.1.*
*Damaſ. lib. 2.cap. 30.*

allegorizantis,ſicut etiã allegorizat Auguſt.12.Confeſ. lib. Item quæritur,Vtrũ initiũ vel principiũ ſtet ibi pro initio tã corporalis quàm ſpiritualis creaturæ.Nam Damaſc.lib.2.ca.3.dicit quod ſtat pro initio corporalis creaturæ,ait enim, Quidã inquiunt,qđ ante creaturã omnem corporalem Angeli ſunt creati.Vnde dicit Theologus Greg. quod primũ excogitauit Deus angelicas virtutes, & excogitatio eius opus fuit.Alij autẽ qđ poſtquã genitũ eſt primũ cœlum.Ego autẽ Greg.Theologo cõſentio, par enim fuit intellectualem ſubſtantiã creari,atq; inde ſenſibilẽ, & tũc ex vtriſq; hominem. Vnde & ſuper illud ad Tit. 1. Quem promiſit

*Hieronym. tom. 9.*

Deus nõ mendax ante tempora ſecularia poſt alia inquit Hiero. ſex millia noſtri tẽporis nondũ implẽtur annorũ,& quãtas prius æternitates,quãtas ſpatiorũ origines fuiſſe arbitrãdũ eſt,in quibus Angeli throni,dominationes,cęteriq; ordines ſeruierũt Deo & Deo iubente ſubſtiterũt? Item Moyſes nõ ſubdit niſi de creatione corporaliũ.Huius cõtrariũ habẽt Aug.& cæteri authores

*Innocen.3.*

Latini,& Innocen.tertius,in illa decretali,Fimiter credimus,Dicit enim quod ſimul Deus cõdidit creaturã ſpiritualẽ & corporalem.Et hoc etiam ex textu videtur haberi,in quo dicitur,Non in

prin



*Probat quod ſimul ſpiritualia cum corporalibus creata ſunt.*
*Iob.40.*

principio huius vel illius,ſed ſimpliciter & abſolutè, *In principio.* Sicut etiã finis ſimpliciter & abſolutè dictus accipitur pro fine vltimo totius creaturæ.Itẽ Ioa.8.Ille erat homicida ab initio, & certũ eſt quod non fuit homicida ante hominẽ,igitur facti ſunt ſimul.Item Ioa.1.ad inſtar Geneſis dicitur,In principio erat verbũ. Sed principium ibi ſumitur ꝓ initio corporaliũ & ſpiritualiũ,ergo etiã hîc in Gene.Itẽ Iob 40.Ecce,Behemoth quoniam feci tecũ.Itẽ Eccle.18.Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul.Itẽ 2.Pet.2.Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed in tartarum detractos tradidit cruciandos, ergo fuit tunc infernus factus,& multò fortius aliæ creaturæ corporales. Itẽ Eſaiæ 14. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer,qui manè oriebaris?corruiſti in terrã.Igitur terra tunc erat cum Angelo cadente, & hoc credo verum. Neq; obſtat quod Hieron.& quidam Græci aliud dicunt,quia quamuis hoc ſit magis probabile,aliud tamẽ nõ eſt impoſſibile,nec id per ſcripturas ita neceſſariò cõſtituitur, quin alia pars poſſit defendi.Igitur *in principio*,id eſt,in tẽporis initio. *Deus*,id eſt,tota Trinitas,vt teneatur eſſentialiter,nõ pro aliqua perſona particulari,*Creauit*,id eſt,de nihilo fecit.Et ponitur illud ſuppoſitũ reſpectu talis actus,quod etſi non poneretur, intelligẽdũ erat,quia nihil põt iſti actui ſupponi niſi natura potentiæ infinitæ,cuiuſmodi eſt natura diuina ſola,Deinde tangit ſubſtãtiã creatã triplicẽ,ſ.luminoſam *cœlum*:& opacam *terram*, mediã,

*Triplex ſubſtãtia corporalis creata.*

id eſt,tranſparentẽ quæ nõ eſt luminoſa de ſe,nec totaliter opaca,quia illuminabilis eſt ex alia natura,vt ſunt aquæ. Aqua enim eſt diaphana & media inter cœlum & terram ſitu & natura. et primò agit de extremis,deinde de medio.Dicit igitur, *Cœlum* id eſt,totam naturam cœleſtẽ ſuper elementa cõſtitutam. Et ponitur hîc cœlũ ſingulariter nõ pluraliter,q̃a omnes cœli in vna

*Cœlũ vnde dicitur.*
*Terra vnde dicitur.*

natura cõſiſtunt luminoſa,& in vna figura circulari,& in vna periodo vel mẽſura ĩ eſſe corporali.Et dicitur cœlũ à cęlãdo,q̃a totã naturã inferiorem integraliter ambit, & in ſe & ſua cõtinentia claudit. *Et terram*,id eſt,naturã opacã & inferiorẽ. Et dicitur terra quia teritur pedibus animaliũ,& eſt eorũ ſolidũ ſuſtẽtaculũ,& etiã vomerib⁹ & aliis inſtrumẽtis vt exculta fructificet, q̃a eſt animalib⁹ in nutrimẽtũ & pabulũ.Deſcribit autẽ eã pro tempore creationis quantũ ad triplicẽ defectũ,ſcilicet quãtũ ad defectũ fœcũditatis,quia,*inanis*,id eſt,nõ fœcũda in fructibus, quãtũ ad defectũ ornatus vel decoris,quia vacua animalib⁹,vnde dicit, *& vacua*.Et quãtũ ad carentiã extrinſecæ lucis, quia carebat ra-

Universidad de De
Biblioteca

diis illuſtrātibus, vñ dicit: *Et tenebræ erāt ſuper faciē abyſſi.* Tenebra
dicitur quaſi terens vmbram. Et nota qđ idē intelligitur nomine
terræ & abyſſi, ſed terra dicitur, quia vt commune ſubiectū gene
rationis naturalis & naturalis actionis & ſuſtētationis animaliū
multiplicibus actionibus teritur & patitur. Abyſſus autē dicitur

*Abyſſus vnde dicitur.*

ratione informitatis, inanitatis, & tenebroſitatis, ſub q̄bus creata
eſt. Abyſſus enim dicitur ab a, quod eſt ſine, & biſſus ꝙ eſt cādor,
quaſi ſine candore vel pulchritudine. Vel ab a, ꝙ eſt ſine, & baſe,
quaſi ſine baſe vel fundamēto, quia nō habet corporale ſuſtēta-
culū. Vnde Iob dicitur: Expādit terrā ſuper nihilū. Et nota quod
cū dicitur, *Et tenebræ erāt, &c.* per tenebras nō intelligitur natura
aliqua, ſicut Manichæi volunt, dicētes tenebram rē aliquam crea
tam eſſe à malo Deo, ſed intelligitur tantū lucis carētia vel defe-
ctus, ſicut dicit Aug. cōtra Manich. & ponit exēplū accōmodū,
dicēs, Silentiū nihil eſt, ſed ſilentiū eſt vbi ſonus non eſt. Vnde ſi

*Aug. li. 1. de Geneſ. cōtra Manich. ca. 4. tom. 1.*

eſſet ponenda regio tenebrarū, eſſet etiā ponenda regio ſilētiorū
contra vocē Domini, ſicut tenebrarū contra lucē ab eo factam.
Conſequēter tangit creationē naturæ mediæ quæ eſt diaphana,
cū dicit, *Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Inter alia elemēta
à terra tantū ponitur aqua ſecundū Hier. & Aug. & ſubticentur
aqua & ignis, quia ſola aqua eſt viſibilis. Moyſes autē rudi populo
loquēs, creationē naturæ viſibilis vel ſenſibilis volebat texere. Et

*Hieronym.*
*Aug. li. 1. de Gen. contra Manich. ca. 5. circa finem tom. 1.*

per ſpiritū intelligūt vim diuinā ſpiritui ſancto appropriatā mate
riam illam incōpletam, inanē & vacuā fouentē & regentē. Nō qđ
ignis & aër nō ſint aliquid creatū reale, ſed ꝗa nō ita viſibiles res
ſint. Aliqui tamē inquiunt aquas tantū exprimi & terrā, quia alia
elemēta nō ſunt aliquid per ſe. Nam ignis (inqūt) non eſt in ſphæ
ra, in qua ab aliquibus ponitur. ſ. in ſublunari globo: ſed tantùm
in materia terrea, de qua educitur per ſublimationē de terra, vn-
de nō debet poni diſtinctū elementū ab ipſa, ſicut nec metalla,
nec animalia quæ ex illa educūtur. Aër etiā non eſt aliud niſi va-
pores beneficio caloris à terra & aqua generati, q̄ occupāt totū
mediū inter cœlū & aquā. Quod etiā inde ꝓbant, quia in multis
locis aër parū differt ab aqua, ſicut patet in locis humidis & fri-
gidis: & etiam ꝗa omnia illa quæ aſſignantur ad ponēdū aërē poſ

*Aug. lib. 3. ſuper Gen. cap. 6. to. 3.*

ſunt ſaluare cum iſto modo, ſicut ſpiratio & reſpiratio. & alia hu
iuſmodi. Itē ꝗa ponere ignē in ſphæra ſuperiori ſuperfluū vide-
tur. Nā calor generatus ex corporibus primis ſufficit ad caloris
generationē, quantū ad neceſſitatē generationis & corruptionis
naturalis attinet. Addūt etiam ad hoc Aug. dicentē, qđ aues per
illum



illū aërē volare poſſint, qui de terræ & maris humoribus ſurgit.
In olympo autē Macedoniæ mōte nō volāt ꝓpter nimiā ſubti-
litatē. Dicit igitur, *Et ſpiritus Domini ferebatur, &c.* Quod per ſpi-
ritū hîc intelligatur vis diuina ſpiritui ſancto appropriata patet ꝑ
aliā literā, quæ ſic habet, Spirit⁹ Domini incubabat ſuper aquas.
Et etiā ꝗa ſi ſpiritus Domini accipiatur pro aëre, ſicut dicitur ſpi
ritus Domini, ſic etiā diceretur ſuper aquas Domini: nā vt aër ſic
etiā & aquæ ſunt Domini. Nō tamē eſt negandū quin ſæpius in
ſcripturis ſpiritus pro aëre legatur vt patet Exod. 15. & in Pſ. 147.

*Hiero. in li. Heb. quæſt. in Gen. to. 3.*

Flabit ſpirit⁹ eius & fluēt aquę. Et attēde quod illa tria cœlū, ter
ra & aqua, fuerunt facta nō ſub formis completis & diſtinctis: nā
poſtmodū dicitur, Fiat firmamētū, & vocauit Deus firmamētū
cœlū. Sed ſub formis incōpletis, vel ī materia ad tales formas ap
ta, quę iam vocabat nominibus formarū, ad quas erat apta, ſicut
Aug. dicit in li. de Gen. cōtra Manich. & ſicut mod⁹ eſt ſcripturæ

*Spiritus in ſcripturalis quando pro aëre accipitur.*

plurimis in locis aliis, & ponit exēplū in verbo illo, Omnia quæ
audiui à patre meo, nota feci vobis. Nō quia iam notificaſſet, ſed
quia notificaturus erat. *Dixitq; Deus, Fiat lux.* Deſcendendo de
opere creationis, determinat de opere actualis diſtinctionis, quę
nō eſt creatio, cùm ſupponat iam naturā creatā. Vnde magis dici
tur factio quàm creatio. Propter ꝙ ſignanter dicitur in ſequēti-
bus. *Fiat & factū eſt.* Nō autē dicitur, Creauit & creatū eſt. Et ſe-
cundū triplicē naturā, ſcilicet, luminoſam, opacā, & mediā, ponit
triplicē diſtinctionē ꝑ ordinē, ſecundū triplicē differentiam gene
ralē eorū. Prima eſt diſtinctio lucis à tenebris: ſecūda eſt aquarū
ab aquis: tertia eſt aquarū inferiorū ab ipſa terra vel à rebus infi-
mis vel rerū mediarū ab infimis. Dicit ergo, *Dixitq; Deus.* Iſtud di

*Aug. li. 1. de Gen. contra Manich. ca. 7. tom. 1.*

cere nō fuit vocalis expreſſio ſeu inſinuatio, ſed fuit tātum cōce
ptio cū ipſius voluntatis īperio: ad quę ſubſecuta eſt exterior ope
ratio. Vnde differētia eſt inter noſtrā loquutionē & Dei, quia ad
eius dicere ſequitur facere, & loquor de intellectu eius ad volūta
tē extēſo: ad noſtrū autē dicere vel velle nō ſequitur aliud extra,
cū actiōes quę faciūt aliq̄d extra, requirāt materiā in quā agant.
Iſtę autē actiōes intelligere & velle ſunt actiōes intrinſecæ, ideo
nulla creatura nec angelica nec humana ꝑ illas exterius aliquid
facit. Vnde decipi eos puto qui dicūt ꝙ Angeli cœlū mouēt ſolū
per actū intellectus & affectus. In eo autē ꝙ dicēdo fecit lucere,
oſtēdit Dei potētia, cui ita facile eſt dicere ſicut facere & ecōtra.
Sequitur, *Fiat lux* Non dicit, creetur lux, vel creauit lucē, ſed fiat
lux, quia illa fuit facta de præiacēti materia. Si autē quæritur vbi

*Dicere ipſi⁹ Dei quale eſt.*
*Differentia inter dicere ipſius Dei & noſtrum.*

Universidad de Deusto Biblioteca

*Lux illa fuit in Oriente creata.*

fuerit facta,vel in qua parte mundi,credo quod in Oriēte,& ſuo motu circa illā materiā informē faciebat diē in vna parte,quam potes appellare hemiſphæriū ī alia parte relinquebat ſua abſentia noctē,ſicut Sol facit modò.

*Reijcitur opinio dicentiū quod illa lux primo die facta diffundebat & retrahebat radios.*

Vnde ille modus qui dicit ꝙ ſuos radios diffundebat ad diem faciendū,& retrahebat ad noctē cauſandū,nō videtur verus :quia ſequeretur ꝙ hoc fieret cū miraculo,vel quod ageretà propoſito.Et etiā non poſſet aſſignari ratio, quare magis alternaret vices lucēdi ī vna parte quā in alia.Si autē quæritur quid factū ſit de illa luce cùm factus eſt Sol, dicitur vel quod redacta eſt ī materiā præiacētē,ſicut ſtella magorū ſuo officio peracto Vel de ea factꝰ eſt Sol, vel etiā cū Sole modo indiuiſa mouetur,tamē non apparet.qa eius lux minor,maioris luminis ſolaris claritate abſorbet.

*Cur non dixit Deus fiat cœlū vel fiat terra.*

Si rurſus quæritur,Cur nō dicitur,Dixit Deus,Fiat cœlū & terra,ſicut dicitur,Dixit Deus, Fiat lux.Dicendū ꝙ dicere ipſius Dei importat actum interiorē & efectū exteriorē Et ideò ſi res impfecta diceretur dicta,poſſet intelligi actio in terior Dei imperfecta,ꝙ non poteſt eſſe. *Et vidit Deus lucē quod eſſet bona*.Hoc reprehēdūt Manichæi,quia ex hoc inquiūt,videtur ꝙ priꝰ nō ſciuerit lucē eſſe bonā.

*Aug. li. 1. de Gen. contra Manich. ca. 8. tom. 1.*

Sed ad hoc reſpōdet Aug.in li. de Gē.cōtra Manich. dicēs ꝙ illud ꝙ ſciuit vel vidit bonū ex ſimplici intelligētia ab æterno,vidit bonū ex experiētia,quādo lux fuit formata.Et ponit exēplū de artifice,q primò cōcipit domū & intelligit eius fructū, tamē hoc nō ex perit niſi modò cùm videt quod ſit bona.Neq; ſolū bona erat mediocriter vel cōmuniter ſicut ſunt omnia entia:ſed etiā excelēter, & nō ſolū formaliter,ſed etiā efficiēter.Nā īter corporalia lux eſt ēs accidētalius,virtuoſius,& ad omnē actionē naturę aptius.

*Lucis dignitas ſuper alia entia.*

Vnde poteſt appellari totius naturæ generalis & corporalis ſpiritus & anima,ſicut in Alchimia ſunt quædā corpora quæ vocātur ſpiritus,qa quaſi in omnibus effectibus Alchimiæ neceſſaria eſt illorum influentia,vt argentū viuū,& alia ſimilia. Ideo vt Deus res produceret ſecundū debitū ordinē primò lucē ꝓduxit. Quia verò vnumquodq; eo ipſo ꝙ in ſe perficitur ab alio diſtinguitur & præcipuè ab oppoſito.

*Tenebræ nō ſunt natura aliquid, ſed ſolum lucis priuatio.*

Sequitur, *Et diuiſit lucē à tenebris* Nō quod tenebræ aliquid eſſēt in rerū natura quod poſſent à luce diuidi, ſicut aqua ab aqua diuiditur, vel terra vel vna differētia cōtra aliā oppoſitā:Sed pro tanto diuidi dicūtur à luce cùm lucis ſint priuatio,quia per lucē ac ſi eſſet aliquid cognoſci poſſunt,priuationes enī per habitus cognoſcūtur, ſicut & rectū eſt ſui index & obliqui.Sequitur, *Appellauitque lucem diem,& tenebras noctem*. Nota



quod hæc appellatio non dicit aliquā expſſionē idiomatis alicui factā actualiter, ſed hoc tūc præcōcepit quod poſtmodū cōplenit,cùm fuit q illud idioma potuit concipere.

*Fulgor ſolis diem cauſat, & eius abſētia noctem.*

Lux autē illa dicitur dies,non quidē propriè & formaliter ſecundum ſuam eſſentiā,& ſecundū diffuſum ab ipſa luce fulgorē, & nox etiā dicit illius fulgoris abſentiā.Vnde ſi Sol eſſet ſine fulgore ſuper terram, nō eſſet dies, ſicut patet cùm eclipſatur, & vt fuit in paſſiōe Domini.

*Lux vnde dicitur.*

Et dicitur lux à luendo vel purgādo,quia tenebrarū & ſordiū purgatiua eſt,ac ꝑ hoc vbi nō incidit lux, locus eſt ſpurciſſimus.Attende etiā quod nō omnis tenebra nox eſt,ſicut tenebræ quæ ſunt in ſpeluncis,ſed illæ quæ ſuccedunt luci Solis dū receedit,& recedūt etiā vel nō ſunt dū Sol ipſe reuertitur.Sicut neque ecōtrà omnis lux eſt dies,ſed illa ſola quę eſt ex Solis præſentia. Lux enim cādelæ non dicitur dies.

*Aug. lib. 1. ca. 6 parum ante mediū tom. 3.*

Et hoc habet Aug. li. 1. ſuper Geneſ. *Et factū eſt veſpere & mane dies vnus*.Nō accipitur hic vnus pro re aliqua indiuiſa,ſed accipitur pro prima. Nā & ſequētium quilibet poſſet dici vnus. Sed hic eſt notanter primus:nam in eo oſtenditur noua lucis forma,cùm hoc etiam oſtēditur relatio ad ſequētē qui dicitur ſecundus. Luce autè iam facta in Oriente & præcedente ad modū Solis,factū eſt veſpere ex occaſu illiꝰ, quia veſpera dicit finē diei artificialis:eadē autē luce migrāte ſub terra & faciēte noctem ſuper illā per ſuam abſentiā, & veniente ad ortum ſuū,factum eſt mane, & ſic ex veſpere & mane factus eſt vnus dies naturalis ex 24.horis.

*Cur prima dies non habuit mane.*

Et per hoc ſoluitur quæſtio quæ ſit quare primus dies nō habuit mane,qa mane dicit finē noctis præcedentis & initiū diei ſequētis.Quia igitur primā diem nulla nos præceſſit(nox enī dicit priuationē lucis diurnæ quæ diē cōſtituit) & ante lucē illā primā non fuit priuatio illius, nihil enim priuatur antequam ſit,propter hoc primus dies mane nō habuit,

*Aug. lib. 4. ſuper Gen. c. 34. tom. 3.*

*An omnia fuerit ſimul facta,an verò ſex diebꝰ diſtinctis.*

Quia autē hic ſupponitur quod diſtinctio rerū facta fuit ſenario dierū numero,& per quandā ſucceſſionē res fuerunt ab incōpleto eſſe ad cōpletū deductæ,ideo id ponitur ſub quæſtione.Aug. 11,ſuper Gen.ad literā & lib.vlt.cōfeſſ. dicit, quod omnia fuerūt ſimul facta ſub formis cōpletis,& inquit,ꝙ opa ſex dierū intelliguntur ꝑ reſpectū ad cauſas ipſorū operū & illuminationis Angelorū ſub operibꝰ prædictis Itaq; mane vocat Aug.cognitionē ipſarū rerū in verbo tantum,quæ eſt clara:veſpere autē cognitio nem earūdem rerum in genere proprio.Et mouetur ex eo quod dicitur Eccle 18.Qui viuit in ęternū,creauit omnia ſimul. Item Ge.2.Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ,quę creata ſunt in die

quo

Universidad de Deusto Biblioteca

quo fecit Deꝰ cœlũ & terrã,& omne virgultũ: Cõmẽdatur etiã in hoc omnipotẽtia Dei. Deriderẽt eñ aliqui infideles ſcripturã cùm videretur ponere ꝙ Deus indiguerit dierũ ſucceſſione & tẽporũ. Iſtã tamẽ viã nõ tenẽt Doctores moderni, nec ſancti alij ſicut Hieron, Gregor. & alij, & ſcriptura oppoſitũ videtur habere. Nec valet reſpõſio ꝙ ideo hęc ita narrat Moyſes, vt populus meliꝰ intelligeret, nã ęquè benè intelligeret omnia ſimul facta ſicut ſucceſſiuè, ſicut etiã intellexit materiã omniũ ſimul factã, quod difficilius fuit intelligere quã rerũ diſtinctionẽ ꝑ actualẽ & cõpletam formã: cùm nullũ agẽs naturale agat materiã, ſed ſupponat illã formã autẽ põt agere. Prætereà nulla occaſione Moyſes legiſlator inſtrumẽtum ſpiritusſancti, & de præterito ignota prophetãs falſum diceret: Falſum eſt autẽ ꝙ ſimul ſit terra diſcooperta & operta aquis, & homo ſimul formatꝰ de limo & de nihilo, & ꝙ Adã ſimul fuit extra Paradiſum & intra, & multa talia. Itẽ falſum eſſet ꝙ Deus ſtatuit diẽ ſeptimũ coli ad firmãdũ fidẽ creationis mũdi. Et Exod. 20. redditur ratio præcepti. Quia ſex diebꝰ fecit Deꝰ cœlũ & terrã, & requieuit Deus, &c. Itẽ in hoc ꝙ materia primò eſt creata, & poſtmodũ dicitur ad actũ cõpletũ deducta, magis eliditur Platonis opinio, qui poſuit materiã æternã. Si enim omnia eſſent ſimul facta, poſſet intelligi quantũ ad formã, nõ quãtũ ad materiã. Itẽ per hoc etiã oſtẽditur ꝙ Deus nõ agit neceſſitate naturæ, ſed libertè prorsꝰ. Ad ratiões aũt in oppoſitũ dicitur ad primũ, ꝙ authoritas eccleſiaſtici intelligitur ſic, ꝙ omnia ſunt ſimul facta, id eſt, in breuit tẽpore. Sequitur, *Dixit quoque Deus, Fiat firmamẽtum.* In iſta parte poſtquã poſuit diſtinctionẽ luminoſæ naturæ per ꝓductionẽ lucis, ponit diſtinctionẽ naturæ medię, ſcilicet, aquarũ ab aquis. Vnde ſcriptura hæc dicit, ꝙ fecit firmamẽtũ quod aquas ſuperiores ab inferioribus diuiſit. Dicũt autẽ aquę ſupriores nõ aquę lubricę vel fluidę ſicut ſũt iſtæ inferiores aquę. Quare aũt ibi ponãt aquę iſtę, credo hoc eſſe ad cõtẽperandũ calorẽ à calore cœleſti, & à ſtellis & planetis influẽtię calidę generatũ. Vnde ſicut in minori mũdo, hoc eſt ĩ homine in parte ſuperiori, hoc eſt in cerebro ſũt aquę, inquãtũ cerebrũ eſt naturæ frigidæ humidæ (Quod quidẽ cerebrũ calorẽ naturalẽ hominis & eius exceſſum cõtẽperat) ita & in mũdo maiori. Vnde licèt hoc ſubticeret ſcriptura, hoc docet ratio recta. Firmamentũ autẽ illud ꝙ iſtas aquas diuidit, eſt cœlũ ipſum in quo ſunt ſtellę fixe, ſub quo ſunt 7. Planetę & eorũ orbes, & dicit̃ à firmitate formæ, quia eſt incorporale, neq; recipit peregrinas impreſſiones.

*Plato.*

*Quo ſenſu omnia ſimul creata dicũtur.*

*Homo dicitur mundus paruus & aſſimilatur magno.*

*Firmamẽtũ cur ſic dicitur.*



Dicitur etiam firmamentum à firmitate loci, quia quamuis maneat ſuper polos ſuos quantum ad ſingulas partes, tamen totum ſuum locum non mutat, & ſic à firmitate actus dicitur etiam. Et nota quod iſtius firmamenti exprimit eſſentiam dum ait. *Fiat firmamentum.* Et quia vnumquodque debet locari ſecundum naturam, exprimit ſuum locum, dum dicit, *Fiat in medio aquarum.* Exprimit etiam ſuum neceſſarium actum dum inquit, *Et diuidat aquas ab aquis.* Sicut enim aquæ ſuperiores & inferiores ſunt neceſſariæ ad temperamentum caloris, ita firmamentum cũ motu ſuo eſt neceſſarium aquis frigidis ad temperamẽtum nimij frigoris & humoris. Et ideo quia ſecũdum Philoſophum 3. de anima: natura in ſuperfluis non abundat, neq; deficit in neceſſariis, ideò illud fuit ſatis rationabile, ideò ſequitur, *Et fecit Deus firmamentum diuiſitque aquas quæ erant ſuper firmamentum ab iis quæ erant ſub firmamento.* Sed videtur quod hanc diuiſionem facere non debuit, quia vnumquodque ſecundũ exigentiam ſuæ naturæ locare debuit, & quæ ſunt propinquiora in natura, ſunt etiam propinquiora ſecundum locũ. Sicut aqua propinquior eſt terræ quàm cœlũ, & cum ea magis conuenit in natura. Igitur aquę debuerũt ſimul ſtare, vel ſaltem conſequenter ſine firmamenti interiectione. Dicendum ad hoc quod quamuis ita eſſet ſecundum conuenientiã naturarum particularium, tamen propter bonum naturæ vniuerſalis & harmoniæ communis, oportuit illa quæ magis conueniebãt diuidere ne poſſent in ſuis actionibus excedere, & naturæ ordinem corrumpere: Sicut videmus quod ligna igni ſubtrahuntur vel pars ignis, vt cibaria temperatè coquantur. Determinat poſtmodũ duplex eſſe ipſius firmamenti, ſcilicet eſſe exiſtẽtię naturalis, cùm dicit, *Et factum eſt.* Nẽpè vt Deus diſpoſuerat, & eſſe etiã in cognitione, vel in eſſe intellectuali, vt quando dicit, *Et vocauit Deus firmamentum, cœlum,* id eſt, cœlatiuum, quia omnia inferiora cælat & claudit: *Dixit verò Deus, congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in locum vnum.* Agitur iam de diſtinctione naturæ opaca: ſcilicet, terræ à perſpicua inferiori. Sicut ab aquis inferioribus, vnde tangitur hîc iſtorum duorum elementorum actualis & cõpleta productio, & tangitur etiam ſuum fieri ſiue factum eſſe, bonitas etiã quam habet ex ſuo fine, Dicit igitur, *Dixit verò Deus, congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt.* Illud enim quod producitur vel efficitur, congregari dicitur: quod autem corrũpitur, diſpergi. Cuius ratio eſt, quia partes ſimul vniuntur, & cauſæ. Ideo ait, *Congregentur aquæ*, id eſt producantur, *quæ ſub cœlo ſunt*, id eſt, ſub firmamento, in locum vnum, Sed quare magis de aquis ponit quod con-

*Ariſto. 3. de anima tex. 45.*

*Cur oportuit aquas ab aquis diuidi.*

Universidad de Deusto Biblioteca

gregẽtur in locũ vnũ quã de aliis? Dicitur quod quia aquæ quan
tum eſt ex ſe, habẽt fluxibilitatẽ & lubricitatẽ per q̃ quidẽ diſper
gũtur, & ideò ad hoc quod maneãt oportet qđ in vnũ colligen-
tur, vnde cõgregatio eſt id ſine quo nihil ꝓdeſſet eadẽ ꝓductio.

*Aquæ vbi fuerunt congregatæ.* *Beda.*

Vbi aũt fuerint cõgregatę dicit Beda, quod in magno mari. Nam
quãuis flumina diſcõtinuãtur, & multa terrarũ ſpacia inter ipſa
intercipiãtur: tñ & venæ terræ aliq̃ partẽ accipiũt in terræ viſce-
ribus, ſicut patet in fluuiorũ originibꝰ. Attamẽ ſecũdũ ipſum Be
dam, omnes aquæ in ipſo mari cõgregãtur, oĩa namq; maria ma
gno mari immergũtur, & aquę in occultis meatibus in mare re-
uoluuntur. Subdit mox de productione terræ in ſua actualitate,
dicit, *Appareat orida.* Prius enim latebat ob ſuã incõpletionem,
quia etiã erat aquis vel aquarũ materia velata, & cũ diſcooperta
fuit, tũc actualitas ſua quãtũ in ſe fuit ſe exhibuit, vt ſui cognitio
nẽ generaret, & etiã q̧a impedimentũ amotũ fuit, videlicet ipſæ

*Arida cur dicitur, & cur apparuit.*

aquæ quę ipſum circundabãt. Hoc aũt factũ eſt propter neceſſi-
tatẽ animaliũ quę nõ poſſent in aquis viuere, & vocat eã aridam
propter eius qualitatẽ alterũ, eſt eñ frigida & ſicca, vnde multi in
quibus abũdat terra per prædominium ſunt frigidi & ſicci: & ob
hoc triſtes & meditatiui, q̧a calor cor dilatat & exhilarat: Frigus
verò cõtriſtat. vnde rõnabiliter ſequitur, *vocauitq; Deus aridã terrã
congregationéſq; aquarum appellauit maria.* Pluraliter dicitur maria
propter multos eius ſinus. *Et vidit Deus quod eſſet bonũ.* In hoc no-
tatur iſtius diſcoopertionis bonitas & vtilitas, ſcilicet habitatio
animaliũ terreſtriũ, pręcipuè eorũ q̃ habẽt pulmonẽ & reſpirãt,
quę in aqua diu non durãt ſine ſuffocatione: ſicut ſunt aliqui pi-

*Ariſtot.*

ſces, vt delphini ſecũdũ Ariſt. aũt quæritur vbi legitur productio
aliorũ cœlorũ à firmamẽto & à criſtalino, q̧a de iſtis ſolũ fit mẽ-
tio. Dicitur quod productio eorũ notatur in diuiſione aquarũ q̃
ſunt ſuper firmamentũ, ibi eñ traditur diſtinctio totius regionis
cœleſtis. Nam illa omnia corpora fuerũt per firmamẽtũ ab ele-
mentis diſtincta & diuiſa. Vnde ſicut à parte elemẽtorũ ponũtur
aquæ, quia ſecũdũ apparentiã, id eſt, ſecũdũ ea quæ ſenſui appa-
rẽt ſunt firmamẽto immediatè: ita apertè corporũ cœleſtiũ illud
tantũ cœlũ exprimitur quod immediatè firmamẽto cõiungitur,
illo tamẽ mediante alia diuiduntur. Sequitur, *Germinet terra her-
bã virentẽ.* Poſt elementorũ diſtinctionẽ agit in hac parte de eorũ
ornatu, & primò de ornatu naturę opacæ, ſecundò de ornatu lu-
minoſæ, ibi, *Fiãt luminaria*: tertiò de ornatu mediæ, ſcilicet aquæ,
ibi. *Producãt aquæ.* Quartò vt addat aliq̇d, replicat de ornatu ter-
ræ, ibi: *Producat terra.* Dicit igitur primò, *Geominet terra.* Deſcri-
bit



bit eam ſicut priùs, & quantũ ad fieri, & quãtum ad factum eſſe,
& à ſua vtilitate. Dicit igitur, *germinet*, ad productionẽ enim ſequi
tur collatio poteſtatis ipſi terræ ad producendũ terræ naſcentia,
pro nihilo enim materia requireretur, niſi illi data eſſet ſeminalis
potentia. Vnde confertur potentia quantum ad duo, quantum ad
illa quæ ſunt in vſum hominũ & iumẽtorũ cõmuniter: & quãtũ
ad illa quæ ſunt in vſũ hominũ ſpecialiter vel ſingulariter. Priùs
igitur deſcribit collationem potẽtię ſeminalis reſpectu eorũ quę
ſunt ad vſum animaliũ generaliter, cùm dicit: *Germinet terra herbã
virentẽ & facientẽ ſemen iuxta genus ſuum*: & ſubdit productionem
actualẽ, cùm dicit: *& protulit terra herbã virentem, & facientẽ ſemen
iuxta genus ſuum.* & iſtud eſt ad vſum animaliũ generaliter. *Et hor-
tũ pomiferũ faciens fructum, vnũquodque ſemen ſecundum ſpeciem ſuam:*

*Naturalis cibus hominũ & aliorum animalium qualis.*

& iſtud eſt ad vſum hominũ ſpecialiter: vnde naturalis cibus iu-
mẽtorũ eſt herba, naturalis cibus hominũ ſunt fructꝰ vel poma,
ſicut patet ꝑ ſequentẽ literã, quę dicit, quod homini in ſtatu natu
ræ integræ fuit datũ & aſſignatũ alimentũ illi ſtatui conueniens.
Sed fuerunt tantũ aſſignati fructus arborũ. Vnde qđ aliis vtãtur
animalia vel iumẽta & homines, nõ facit naturalis neceſſitas, ſed
humana curioſitas: quæ ad ſuam voluptatem exquiſiuit tantam
potuum & ciborum varietatẽ. De hoc autem quòd hîc dicitur,
*protulit terra herbam virentem, &c.* dubitatio conſurgit. Certum eſt
enim quod illud opus ſicut alia opera ſex dierũ ſunt facta in inſtã
ti. Non enim eſt intelligendum quod tota die Deus opera ſua cõ
tinuaret ſicut artifex creatus. Agere autem in inſtanti eſt creato
agenti impoſſibile. Igitur non debuit dicere, protulit, ſed quod

*Quomodo verũ eſt quod terra protulit, cũ Deus id in inſtanti operatus credatur.*

Deus produxit. Ad hoc poſſet dici quod terra non dicitur germi
naſſe aut protuliſſe herbam tanquam cauſa efficiens, ſed ſolũ tan
quam cauſa materialis, de qua & in qua eſt hoc factũ, itaq; quaſi
ſe habeat ſicut mater ad ſupernaturalem partum, etiam cum dici
tur protuliſſe: quia non fuit in ipſa terra tantùm potẽtia ſuſcepti-
ua vel pura materia, ſed ratio ſeminalis ad talem effectum vel for
mam ſpecialiter ordinata. Sicut etiam terra cum actione cõmu-
nis, patris, ſ. Solis, dicitur proferre herbas & talia, nõ quia habeat
modũ & diſpoſitionẽ ſuſceptiuam à ſe, ſed ab ipſo agente. Vnde
ſi Sol poſſet agere in inſtanti, & educere potentiam materiæ in
actum, diceretur proferre herbã in inſtanti, quia illud adminiſtrã
ret quod deberet, ſcilicet materiã & rationẽ ſeminalẽ, illã materiã
ad talem effectum determinantẽ, pręſupponẽdo agentis actionẽ.
Modus enim ſucceſſiuus non eſt in rebus ex parte materiæ vel ſe
minalis potentiæ: ſed ex defectu agentis hoc habuit potiſſimum.

Universidad de D... Biblioteca

Nec minus propter hoc dicitur illum fructũ proferre, & hoc intelligo reſpectu illorum, reſpectu quorum habet ſeminalẽ potentiam terra ex ſe ſine particulari agente, cũ influentia vniuerſalis agentis: reſpectu enim illorum non fuit miraculum, niſi quãtum ad modum. Si autem ſunt aliqua ligna ad quæ nõ eſt terra in potentia ſeminali ex ſe, niſi mediante aliqua ſpecie, ſicut pinus & ficus & talia: exponitur quod protulit iſta, quia in eis iſta prolata ſunt. Dicitur ergo. *Et ait.* Vox illa, vt dicit Baſilius, fuit quædã lex naturæ, terræ fructificandi præſtans in poſterũ facultatem. Vnde ſequitur, *Germinet*, id eſt, à me poteſtatẽ germinãdi accipiat, *herbam virentem*. In hoc mirabilis apparet Dei potẽtia quod in terra frigida & ſicca aliquid virens efficitur, & de ea educitur naturaliter res virens, quæ humida eſt & calida. Virentia enim viuunt & vita fundatur in calore & humore ſecundũ Ariſt. in lib. de plãtis. Herbã autẽ vocat hîc omnia terræ naſcẽtia, quantitatẽ breuẽ habentia, & raram ſubſtantiam. Lignum autem pomiferum vocat arbores quæ habent ſoliditatem maiorem ligneã, nõ raritatẽ herbalem: & habẽt quantitatem maiorem, *Iuxta genus ſuum.* Secundum enim naturam terræ naſcentium eſt natura fructuũ. In quo oſtenditur quod in rebus creatis effectus ſpecialis reſpõdet cauſæ ſpeciali, & proprio generi, vnde genus vnũ non ſe extendit ad alterius generis effectum: Sicut nec actus intrinſecus qui eſt intra rẽ, ſcilicet ipſum eſſe qđ eſt actus entis, & ita ſe habẽt actus extrinſeci ſuper actus intrinſecos ſicut ſuper radices proprias effectiuas fundati. Ideo diuerſa genera arborũ habent diuerſa genera ſeminũ & productorum effectuum. Deus autem eſt illimitatum ens, producens iſtos effectus inferiores, non ſecundũ naturã vel genus ſuum: ſed ſecundũ ſuę voluntatis imperium. Ideò ſicut natura poteſt in illa ad quæ ſe extendit & ordinatur: ita & voluntas libera poteſt in omnia illa ad quæ ſe extendit libertas ſua: Voluntas autẽ poteſt ſe extendere quantum ad actum in omnia rationem bonitatis habentia. ideò poteſt in omnia non ſecundum genus ſuum, ſed ſecundum ſuum imperium. Et ſequitur. *Et lignum pomiferum faciens fructum ſecundum ſpeciem ſuũ.* Herbæ enim faciunt ſecundum genus ſuum, non ſecundum ſpeciem ſuã, quia frequenter ex diſpoſitione terræ ex ſemine vnius grani ſecũdum ſpeciem ſurgit aliud ſecundum ſpeciem, ſicut ex tritico ſiligo: & hoc propter imperfectionem & indifferentiam ſpecierum. Sicut etiam maſculus propter infirmitatem ſiue naturalis potentiæ vel materiæ mulieris, quamuis ſit maſculus, generat fœminam: & quamuis ſit fortis, generat debilem. Arbores autem ſemper in ſemine

*Baſilius.*

*Ariſtot.*

*Volũtas Dei ad omnia ſe extendit entis rationem habentia.*



mine ſuo generant idem ſecundũ ſpeciem. Si autẽ quæritur, quo tẽpore mundus eſt formatus? Reſpõdet Beda in gl. germinet, &c. quod in cœpit in tempore Vernali, in quo ſolent terræ naſcentia germinare. Nec obſtat quod dicit Baſilius ratiocinando, quod in Autumno formatus eſt, arguens ex plenitudine fructuum & ſeminum, quia ex quo illi fructus non fuerũt educti per generationem, non oportuit quod expectarent æſtiuam maturationẽ. Fuit enim illa per vim diuinã quæ ſubitò poteſt totũ facere, & probabilius fuit ac rationabilius ꝙ fieret in Vernali tempore in quo naturaliter germinant omnia communiter, quàm in Autumno, in quo ſupernaturaliter fieri oporteret germinationẽ & maturationẽ. Ita enim Deus res adminiſtrat, quod quantũ poſſibile eſt ſibi, illud quod poteſt, illis reſeruat. Rationabile enim videtur quod illo tempore fieret quo dies noctibus adæquarẽtur, & hoc eſt in tẽpore Vernali & ſub Ariete, non ſub Leone in Auguſto, vel ſub Libra in Autumno. Sequitur, *Dixit autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cœli.* Agitur de ornatu firmamenti, & quantum ad fieri, & quantũ ad ſitum, & quantum ad motũ, ſecundũ quẽ eſt diſtinctio dei & noctis, & temporũ, ibi, *& diuidant diem & noctem*, & quantum ad effectum, ibi, vt luceant in firmamento. Quantum igitur ad fieri & ſitũ dicit, *Fiant luminaria in firmamento.* Hoc intelligatur de firmamẽto largè, nõ de eo in quo ſunt ſtellę fixæ, quia in eo non ſunt ſtellæ & luna. Sed accipitur firmamentũ pro loco ſtellarum ſiue erraticarũ ſiue fixarum Iſta autem luminaria quãuis nondum exprimantur propriis nominibus, exprimũtur tamẽ in ſuis effectibus. Vnde ſequitur, *& diuidant diem, &c.* Præſentia enim Solis facit in hemiſpherio vno diem, & eius abſentia noctẽ. Item ſecundum iſta nõ tantum eſt indicium diei & noctis: ſed ſerenitatis & tẽpeſtatis, & ex interiectione diuerſarum nubiũ fiunt Sol & Luna diuerſi coloris, & ex diuerſis eorũ coloribus deprehenditur ſerenitas vel tempeſtas, ſecundũ illud quod dicitur, Manè rubens cœlũ, notat imbres: ſerò, ſerenum, Ratio verò eſt, quia quando ſerò rubet cœlũ, nubes ſunt in Oriente ad oppoſitum, ac ideò Sol in mane inuenit eas, & ſibi propinquas diſſoluit. Quãdo autẽ in mane ſunt nubes longè à Sole & oppoſitæ, nõ poteſt Sol eas diſſoluere, & ideò fit pluuia. Sunt etiã in tẽpora, nam ſecundũ quod Sol eſt in diuerſis ſignis, variãtur tẽpora anni quatuor, atq; in quolibet tẽpore ſtat ſub tribus ſignis. Tempora autẽ ſunt Ver, Aſtas, Autumnus, Hyẽs, in Vere ſtat ſub Ariete, Tauro, Geminis: In Æſtate ſub Cãcro. Leone, Virgine: In Autũno ſub Libra, Scorpione, Sagittario: In Hyeme ſub Capricorno, Aquario, Piſcib⁹. Et

*Quali tempore eſt mundus factus.*

*Beda.*

*Baſilius.*

*Cur cœlũ manè rubens aliquãdo imbres notat, & aliquando ſerenitatem.*

*Sol & luna quãdo ſunt in tempora.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ſunt iſta ſigna diuerſæ portiones cœli,ſub quibus ſuo motu pertranſit Sol in Zodiaco , & denominantur ſic à ſtellis quæ in illis portionibus ſunt ſitæ ſecundum aliquam ſimilitudinẽ ad illa ex quibus ſumuntur iſta nomina. Luna etiam ſub iſtis ſignis diuerſi ficat tempora vel qualitates aëris.Sunt etiã in dies & annos: Nã ſuo motu diurno Sol facit dies continuè, & ſuo motu in orbe ꝓprio & anno facit annos:ſecundum quod mouetur ab Oriente in Occidens in 12.menſibus. Poſtmodũ deſcribit ea quantũ ad effectum vel actũ, & intrinſecum qui eſt ipſius luminaris in ſe,& extrinſecũ qui eſt in aliud.vnde ſequitur,*vt luceant in firmamento cœli*: Vt, legatur intranſitiuè.q.d.quod eſt cœlũ,& illuminent terram. vnde deſcribitur , & quantũ ad actum interpolatum,qui eſt illuminare, & tunc ſubdit, *Fecit Deus duo luminaria.* Agitur de iſtis luminaribus diſtinctè poſtquã indiſtinctè de illis actũ eſt, & primo agit de maioribus per ſe,ſecundò de minoribus per ſe,ibi, & *ſtellas*,& ſimul de vtriſq; ibi,*vt luceant*,Dicitur verò Deus feciſſe duo luminaria magna,quia magna vtiq; ſunt ambo in ſe cõſiderata:licèt vnũ ad aliud relatũ ſit minus illo, vt Luna quã Sol,vnde ſeqtur,*& luminare minus vt praeſſet nocti*,Sicut mõs aliquis dicitur magnus abſolutè, & reſpectu maioris mõtis dicitur paruus.Luna ergo in ſe magna eſt , & aliter cũ decreſcit , & aliter cũ eſt integra, res diſponit:cerebrumq́; augmentat pecorũ & animaliũ marinorũ viſcera,arborumq́; medulas & oſſium,& ſic eſt etiã virtute magna,*luminare maius,vt præeſſet diei*,Sol enim maior eſt Luna quãtitate & virtute.Quod quãtitate patet ex eo,quia eſt à nobis temotior & tamẽ apparet maior: cùm tamẽ à remotiori res videantur minores,ſicut homo ſuper cãpanile,videtur quãtitate vnius corniculæ.In virtute etiã excedit, quia omnino illuminat & Lunã & ſtellas , & viuificat oĩa. vnde dato q̃d ſtellæ & Luna etiã ex ſe luceant,tñ ex hoc apparet ſolaris lucis & virtutis ſuæ excellẽtia,q a earum lumẽ ſua pręſentia abſorbet,*& ſtellas.* Agit de minoribus quas poſuit in firmamẽto,& ad illuminationis effectũ,vnde ſeqtur. *Et poſuit eas in firmamento vt lucerent ſuper terram.* Quod quidẽ dicit,Non quin luceãt ſuper aquas & in aëre ſimpliciter:ſed quia earum lux magis apparet in terra.Vel fortè quia radius non illuminat,niſi in aliquo ſolido impingat, atque ideo, quia terra magis ſolida eſt , ideò magis reſultat lumen ab ea vel circa eam , *vt præeſſent diei & nocti*,Nõ reſpectu Solis & Lunæ,ſed reſpectu illuminationis , propter quod ſequitur : *& diuident lucem ac tenebras*, Non completè & integraliter,ſicut lux primò facta vel Sol:ſed incõpletè, quia incompletam illuminationem faciunt, quæ ſufficit ad

*Sol & luna ſunt in dies & annos.*

*Lunæ virt9 & influẽtia magna.*

*Sol maior eſt Luna.*

*Curcõueniẽs fuit vt ſtella rum nõ eſſet lux maior.*



ad neceſſitatem, nec eſt tanta quod excludat animaliũ quietem. Lux enim magna eſt ſenſuum appetitiua,& ſic cùm ſomn9 ſit retractio & clauſi ſenſuum,lux intenſa quieſcere non ſinit, ideo eſt temperata de nocte , & cõmendatur ex hoc & aliis multis finib9. Sequitur,*Vidit Deus quod eſſet bonum , & factum eſt mane & veſpere dies quartus.*Si autẽ quæritur, vtrũ Sol & Luna, & ſtellæ differant ſpecie ab ipſi orbibus & cœlis. Quamuis non poſſumus habere magnã ſuper hæc certitudinẽ, credo tamen quod differãt ſpecie, & probatur ex ſcriptura,quæ dicit ea facta in quarta die,cœlũ autem in ſecunda.Nõ enim veriſimile eſt quod eadẽ ſpecie fierẽt in diuerſis diebus.An verò inter ſe differant ſpecie?Dicitur id facilè ſciri nõ poſſe:benè videmus tñ diuerſitatẽ effectuũ,quia vna ſtella infrigidat,alia inflãmat:vna humectat,alia deſiccat.Ex qua diuerſitate poſſumus arguere diuerſitatẽ ſpeciei,ſed nõ certitudinaliter:nã videmus mirabiles diuerſitates in aquis,& tñ ſecũdũ Philoſ.omnis aqua omni aquæ eſt eadẽ ſpecie.Videmus etiã mirabiles diuerſitates in vino,aliud eſt rubeũ, aliud albũ,aliud dulce,aliud amarũ , &c.& tñ omne vinũ omni vino idem ſpecie dicitur, vnde in omni vino conſęcratur : & omnis aqua eadem ſpecie eſt omni aquæ,vnde in omni aqua baptizatur. Licèt autẽ illud non ſit demonſtrabile,tamen eſt poſſibile.Si autem quæritur vtrũ Sol & Luna ſint maiora cœli luminaria ? Reſpondetur quod Auguſtinus mouet hanc quæſtionem libr.2.ſuper Geneſ.ad literã cap. 16.& refert opiniones quorundam dicentium aliquas ſtellas eſſe maiores illis , licèt propter earum maiorem remotionem appareant minores.Et ſubdit,Dicant quicquid velint,nos credimus illa eſſe maiora,quæ magis commendat ſcriptura,& certè hoc cõcedent noſtris oculis,quod patet magis lucere iſta duo ſuper terram.Quęrit eod.lib.cap.15.Augu.vtrum Luna fuerit facta plena, & arguit quod ſic.ſecundum aliquos,quia non debuit eſſe imperfecta, & neutram partem aſſerit. Tamen Magiſter hiſtoriarũ dicit quod fuerit facta plena,quod probat per aliã tranſlationẽ quę dicit,Luminare minus in inchoatione noctis,in principio autem noctis non apparet niſi plena,quia tunc eſt Soli oppoſita diametraliter. Si tamen non fuit plena , non eſt inconueniens,quia iſta imperfectio non eſſet in ea , ſed in oppoſitione ad Solem,in ſe enim fuit perfecta. Quærit etiam Auguſtinus de cœlis an ſint animati , libro ſecundo ſuper Geneſim capite vltimo,& nihil determinat.Tamen Damaſcenus libro ſecundo,inquit, Nullus animatos cœlos exiſtimet , inanimati enim ſunt & inſenſibiles. Sequitur : *Producant aquæ reptile.* Vbi agit de omnia naturæ mediæ,

*An Sol,Luna, & alia corpora cœleſtia differant ſpecie.*

*Ariſt. lib.1. Topic.ca.6. parum ante medium.*

*Aug. lib 2. ca.16.tom.3.*

*Aug. lib.2. ca. 15.to.3.*

*Magiſt.hiſt. in hiſt.ſcholaſt.in lib. Geneſ ca.6. circa finem.*

*Aug.lib.2. c.vlt.tom.3.*

*Damaſ.li.2. cap.6. paulò ante finem.*

Universidad de Deusto Biblioteca

vel perſpicuæ ſicut aëris & aquæ ſecũdum modum in aliis obſer
uatum,& quantũ ad cõditionẽ, & quantũ ad ſuum ordinem,ibi,
*& vidit Deus quod eſſet bonum*,& quantũ ad multiplicationem,ibi:
*Et benedixit,dicens:Creſcite, &c.* & quãtũ ad cõſummationem,ibi:
*Et factum eſt veſpere, &c.* Dicit igitur,*Producant aquæ reptile*.Repti-
le eſt quod repit & quaſi ſerpit, & diuiditur reptile cõtra greſſibi
le.Sed circa hoc quæritur,Nam dicit vniuerſaliter quod ornatus
aquarum eſt reptile,videtur enim quod hoc ſit falſum: nã in ter-
ra ſunt quædam reptilia, ſicut ranæ, ſicut cancri,ſicut tauri mari-
ni ,ſicut crocodili. Reſpondet Baſilius quod in omnibus iſtis de
quibus loquitur eſt præcipuè natatus,vnde dicit reptile,quod cõ
muniter corpus per aquas trahit. Et duo aquis attribuit, ſcilicet
reptibilia & etiam volatilia. Vnde per hoc aiunt quidã qđ innuit
quod aquæ non ſunt ab aëre diſtinctæ quantum ad intentionem
ſcripturæ. Nam certum eſt quod aues fiunt vel producuntur ex
aëre iſto pingui aquis vicino.Nõ quod non ſint in auibus alia ele
menta,ſ.terra & aqua,ſed aër eſt ibi in prædominãtia.Et ſi argue
retur quod tũc ſequeretur quod aues ſupernaturaliter mouẽtur,
quia vnumquodque mouetur ſecundũ naturam prædominantis
in ipſo:ſicut videmus quod metalla,lapides,& talia quæ ſunt per

*Quali ſenſu aues dicũtur productæ ab aquis.*

prædominium de terra,mouentur deorſum.Dicendũ quod aues
& omnia animalia ex coniunctione alementorũ producta ſunt à
terra omnino, & plus eſt in illis de terra,quàm de alio elemento,
atq; ideò oẽs ſequũtur eiꝰ motũ, & mouẽtur ex grauitate quàm
habẽt deorſum.Dicũtur tamẽ aliqua animalia ab aqua,aliqua ab
aëre,nõ quod ibi ſit plus de aqua vel de aëre quàm de terra,nam
aliàs nec haberẽt tantã denſitatem, nec tantam grauitatẽ,nec tã
tam ſoliditatẽ , cùm talia præcipuè ſequãtur terrã & qualitatem
terræ:ſed pro tanto dicuntur ab aëre vel ab aqua,ſicut piſces vel
aues,quia in ipſis plus abundant iſta , ſcilicet aqua in piſcibꝰ,aër
in auibus,quàm in cæteris animalibus,ſicut patet. Nã piſces ha-
bẽt naturã humidiorẽ,& rariorem,& frigidiorẽ,quod patet quia
citius propter ſuam raritatem corrumpuntur, propter ſuam fri-
giditatẽ non ita nutriunt. Propter quod & Religioſi magis in cõ

*Cur vſus piſciũ religioſis familiaris eſt.*

uentibus piſcibus vtuntur quàm carnibus , quia homines ex vſu
piſcium propter ſuã frigiditatẽ ad voluptates nõ ita inardeſcũt,
neq; tantum humorem , neq; tantum calorem in homine relin-
quunt,ſicut etiã patet in auibus quæ plumeſcũt,& plumæ ex na
tura ſua habent leuitatẽ & raritatem quę ſequuntur aërẽ. Quod
autẽ per aquas de quibus producũtur aues,intelligatur aër craſ-
ſus & pinguis,apparet per illam glo.Auguſt.ſuper illum locũ vbi
dicit,



dicit,Aquarum natura locũ ſortita eſt inferiorem hîc in terra, &
ſuperiorẽ in aura flabili. Nota autẽ quod per hoc dicit reptile a-
nimæ viuentis,excludit errorẽ Philonis, qui poſuit Angelos eſſe *Phylo.*
ornatũ aëris,& dicit volatile ſecundũ genus ſuũ. Ex quo videtur
quod nõ fecit niſi vnã ſpeciẽ volatilis & reptilis.Nã in vna ſpecie
ſeruatur ratio generis,& ſic oportuit poſtmodũ alias ſpecies crea
ri, vel de elementis ſine particulari agente cũ cauſa vniuerſali, ſ.
cũ Sole educi.Quod tamẽ falſum videtur de ſpeciebus cõpletis,
quę nõ generãtur per putrefactionẽ,ſed per ꝓpagationẽ.Ad hoc
dicẽdũ quod genus accipitur ſecundũ totum ſuũ ambitũ,ſcilicet
pro omnibus ſpeciebus in quibus ſaluatur & ſeruatur ratio gene
ris:vnde accipitur pro genere & ꝓ omnibus de quibꝰ prędicatur,
& in quæ deſcẽdit per differẽtias formales, ſicut ſunt omnes ſuæ
ſpecies.Itaq; accipitur hic genus pro ſpeciebus generis,ſicut etiã
accipitur quãdoq; ſpecies ꝓ omnibus indiuiduis , vt patet infrà
cùm dicitur.Delebo quippè hominẽ à facie terræ.Deſcribit dein
de opera illius diei quantũ ad ordinẽ,cùm dicit,*Vidit Deus quod eſ
ſet bonũ.* Nota qđ nõ ſemp in pręcedẽtibus poſuit verba iſta,ſcili
cet in productione firmamẽti.Cuius quidẽ ratio poteſt eſſe,quia
nõ oportet illa exprimere,quæ in omnibꝰ patẽt,& quæ nullũ la-
tent. Illa autẽ quæ ſunt patẽtia ſuper omnia,quantũ ad neceſſita
tẽ mũdi & ordinis vniuerſi,ſunt corpora cœleſtia: ſine quibꝰ nec
aliquis viuit nec durat: Illa autẽ quæ latẽt & ſunt ad certitudinẽ
difficilia vel ad intelligẽdũ,oportet magis exprimere: ſicut eſt de
iſtis reptilibus & volatilibus,in quibꝰ ſunt multa quę nõ vidẽtur
habere aliquã neceſſitatẽ,ſed magis ſuperfluitatẽ,imò magnã cõ
trarietatẽ ad vniuerſi ordinẽ,ſicut ſunt etiã multa animalia reptã
tia,& aues volãtes. Quæ quidẽ etſi vtilitates eàrũ latẽt vel eorũ:
tamen in ordine vniuerſi magnã vtilitatem afferunt. Mundus e-
nim quibuſdã decoratur antidotis,nã id quod eſt vni rei vel par-
ticulæ nociuũ,eſt alteri neceſſariũ:& illud quod eſt contrariũ na
turæ ſanæ,eſt opus naturæ ægræ, ſicut patet de teriaca & multis
aliis venenis.Atq; ꝓpter hoc vt ſimplices edocerẽtur in illis quæ
nõ ſunt ꝑ ſe expreſſa,& quæ ſunt occulta,& à ſpeciali ꝓuidentia
diuina ſpecialiter diſpoſita hic addit , *Vidit Deus quod eſſet bonum.*
Nõ autẽ in præcedẽti die cùm illud eſſet euidentiſſimũ. Vel etiã
illud non poſuit tũc,vt magis credo,ne totiẽs illud replicãdo ge-
neraret faſtidiũ legentibꝰ & audiẽtibus.A quo etiã cauere debet
qui aliquid in ſcriptis redigit,ne ſuus labor diſpliceat & cõtemna
tur:& ſcripturæ debito fine priuentur ſi non legãtur. Sequitur, *Et
creauit Deus cete grandia.* In geminatio hæc ponitur propter dupli

*Genus quãdoq; pro ſpeciebus ſumitur, & ſpecies pro indiuiduis.*

*Mundus quibuſdam decoratur antidotis.*

Univerſidad de D[...] Biblioteca

cem rationem quam res ſupponit vt exeat ineſſe,ſcilicet, cauſalē
& ſeminalem. Cauſalis eſt apud Deū diuinā ne potentiā, & ob id
dicitur, *creauit*, Seminalis apud materiā, propter quod dixit, *Pro-
ducant aquæ reptile*, Et accipitur hîc creatio nō pro productione
rei ex nihilo, ſed de materia præiacenti. *Et omnem animam viuentē
ac motabilem.* Per hoc quod dicit, Omnem animā viuentē, exclu-
dit arbores & ea quæ viuunt nō per animā, ſed p viriditatē, ſicut
dicit Gregorius in homil. Motabile dicitur ad excludendū animā

*Gregorius.*

rationalem quæ non eſt motabilis ab eſſe in nō eſſe. Et iſtā ſentē
tiā ponit gloſa Bedæ, vnde accipit motabile pro corporali. Quod

*Beda.*

quanquam ſit verum, & quod anima rationalis eſt incorruptibi-
lis, Omnis autē anima ſenſitiua & vegetatiua corruptibilis: tamē
non videtur ille proprius ſenſus literæ. Credo autem quod intel-
ligit per motabile, animam quæ eſt principium motus localis, vt
diſcernat inter opus diei tertiæ, & iſtius diei quintę. Nā tertia die
fuerunt facta viuentia ſed non mobilia ſecundum locum, ſicut
herba & plantæ. Et per hoc etiam & ſecundum iſtum ſenſum po
teſt haberi differentia operis iſtius reſpectu animæ hominis. Nā
anima rationalis inquantum rationalis, non eſt principiū motus
localis, ſed ille eſt ab altera anima vel ab altera potētia quam ſit
rationalis, quia motus localis eſt cōmunis animalibus brutis &
hominibus, ideo oportet quod ſit per aliquid commune, Ratio-
nale autē nō eſt quid cōmune brutis & hominibus. In hoc etiam
ponit differentiā animæ vegetabilis quæ non mouetur ſecundū

*Nulla creatura in ſua actione excludit cauſam primā.*

locū. Et aduertendū quod dicit, quod Deus illud creauit, & quod
aquę produxerūt vt cōcludatur quod nulla creatura in ſua actio
ne cauſam primam excludit, ex quo cum productione aquę ean
dem rē producit. Quamuis vt propriè loquamur in iſta materia,
ideo ꝓducere dicuntur aquæ, quia inde fuerūt iſta ꝓducta, non
quod fuerit illa cauſa actiua. Sequitur iā ea pars in qua tangit de
illorū benedictione & multiplicatione, vnde dicit, *Benedixitq; illis
dicēs. Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris, & multiplicen-
tur ſuper terram*, Vbi benedictionem ſuam ad tria oſtendit ordina
tam, Ad propriam rerum promotionem, ibi, *Creſcite*, & quantum
ad generandorum vniuerſitatem, ibi, *& multiplicamini*, & quantū
ad ordinem & totius vniuerſi decorem, ibi, *& replete aquas maris,*

*Ariſto. 7. metaph.*

*auéſque multiplicentur ſuper terram.* Iſta enim ſunt tria quæ rem lau
dabilem reddunt, quando videlicet res in ſe debitum incremen-

*Ariſto. 2. de anima textu 34.*

tum ſuſcipit: quando aliud à ſe facit, vnde 7. Metaphy. vnūquod-
que tunc perfectum dicitur, quando generat ſibi ſimile: Et etiam
quando ſuum totum honeſtat, & vniuerſitati proficit. Et iſta ſunt
illa



illa tria prædicta, Et ſequitur conſummatio, *Et factum eſt veſpere et
mane dies quintus*, Sequitur, *Dixit quoque Deus, producat terra animam
viuentem.* Agitur primò de conditione irrationabilium, ſecundò,
de conditione rationabilium, ibi, *Faciamus hominem*, Producit igi-
tur terra animam viuentem, aliam ſcilicet à genere auium & piſ-
cium, nam & illa fuerunt quinta die facta. Quare autem iſta ani-
malia ſicut iumenta, beſtias & reptilia terrę fecit vltima die vel ſe
xta cum homine, redditur ea ratio, quia cum homine habēt com
munem habitationem, ideoq; cùm ſint facta ad habitaculi orna-
tum, eadem die debuerunt produci, & dicit, *in genere ſuo*, quia ſub
multis ſpeciebus continentur. Poſſunt autem hæc quæ hîc notā
tur ſic diſtingui.

*Cur animātia terræ ſexta die cum homine creantur.*

Nam animalium quædam ſunt in hominis adiu
torium, & hæc iumenta dicuntur, vnde iumenta ſunt quaſi iuua-
menta, Quædam ſunt in exercitium, ſicut illa quæ habēt poteſta
tem lædendi. Et hoc duplex poteſt eſſe, quia quædam habent po-
teſtatem nocendi occultè, vt ſerpētes & reptilia, quædam autem

*Animalia ſunt multiplicia.*

manifeſtè, ſicut beſtiæ quæ ferocitatem habent. Attamen ſecun-
dum Auguſtin. lib. 3. ſuper Geneſ. ad literam, quamuis iſta fuerint
ad nocendum apta ante peccatum, tamen homine ſtante in ſtatu
innocentę, iſta aptitudo reduci non poſſet in actū, licet tunc crea

*Aug. li. 3. c. 15. tom. 3.*

ta fuiſſe nō videtur poſſe debitari. vnde & infrà cap. 3. patet quod
ſerpēs fuerat creatus vnde ibi dicitur, *Serpens erat callidor, &c.* De
ſpinis autem & herbis nociuis, an fuerint ante peccatū? Dicitur
quod ita, Quod verò infrà capit. 3. dicitur, Spinas pariet tibi, Re-
ſpondetur quod non eſt abſolutè dictum, pariet, ſed pariet tibi.
Quod enim fuerunt, hoc fuit ex creatione Dei, Sed quod ita cre
uerint: vt herbis fructiferis damno fuerint, & labor proinde exer
ceri debuerit ad illarum euulſionem, hoc eſt pœna peccati. Si ve
rò quæritur de animalibus. An vnum aliud comediſſet tunc? Nō
videtur inconueniens id concedere, cum vnum ſit alterius alimē
tum. Poſſet etiam fieri quod omnia animalia fuiſſent herbis con
tentā, ſicut videtur ex eo quod hîc dicit. *Dedi vobis omnem herbam
& vniuerſa ligna vt ſint vobis in eſcam & cunctis animantibus* vnde li-
cet id detur quod tunc fuiſſent animalia herbis contenta & vnū
aliud non occidiſſet, non ſequitur quod natura eorum eſſet mu-
tata, Nam videre eſt etiam homines qui maximam accipiunt va-
riationem in cibis Inueniuntur quoque mulieres, quæ viuunt de
carbonibus, aliqua etiam fuit quæ viuebat de veneno, vt in anti-
quis hiſtoriis legitur, Sequitur: *Et vidit Deus quod eſſet bonum & ait, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, vbi vl-
timò agitur de conditione hominis, & id quantum ad finem,

*Magna in cibo ſumendo eſt aliquādo hominū variatio.*

Universidad de Deusto Biblioteca

*Beda.* *Ariſtoteles 2. Phyſic.*

quia vt dicit Beda, & habetur etiam ſecũdo lib. Phyſic. homo eſt omnium finis. Determinat verò de conditione hominis & quantum ad fieri, & ſecundò quantum ad factum eſſe, ibi, *Et factum eſt.* Tertiò quantum ad ordinationẽ in ſuũ optimum, ibi, *Vidit Deus cuncta quæ fecerat.* Quartò quantum ad ſuam conſummationem, ibi, *Et factum eſt veſpere & mane, &c.* Dicit igitur, *Faciamus.* In quo per numerũ pluralem apertè explicat ipſam Trinitatẽ, quia antè hoc nullus dogma de Trinitate intelligere potuit, vnde & gloſa

*Gloſa.*

ait: Dum enim, qui doceretur, non erat: occulta fuit prædicatio veritatis. Si autem quæritur, Cuius fuit illa locutio, & ad quid, & ad quos fuit directa? Reſpõdetur quod nõ fuit ad Angelos, quicquid dicant Iudæi, quia Dei & Angelorum non eſt imago vna,

*De hoc Auguſt. 16. de ciuit. cap. 6. tom. 5.*

niſi ſecundum analogiam, Deus autem non loquitur niſi ad habentẽ ſuam ſimilitudinem: vnde puto dicendum ꝙ eſt loquutio vel verbũ totius Trinitatis ſub perſonarũ triũ diſtinctione loquẽtis & pluralitate. Nec audeo vel nolo dicere quod fuerit loquutio patris loquentis ad filium, quia reſpectu creaturarum nõ legi diſtinctionem actionum. Diſtinctio autem eſt inter loquentem

*Homo ſimilitudinẽ habet cũ qualibet perſona diuina.*

& audientem, & inter loquutionem inquãtum eſt in loquente, & in quantũ recipitur in audiente. Propter hoc autem exprimitur hic diſtinctio Trinitatis & eius ſimilitudo vel imago, quia homo configurationẽ habet ad filium propter rationẽ & intelligentiã, quia filius eſt ars patris. Et hoc notatur in ratione imaginis. Nã ſic intelligẽtia eſt expreſſa ſimilitudo memoriæ, ſicut filius eſt expreſſa ſimilitudo patris. Configuratur etiam patri, quod notatur in hoc quod dicit, *& præſit piſcibus maris.* Nã in præſidentia deſignatur potentia, & potentia appropriatur patri. Configuratur etiã ſpiritui ſancto cui appropriatur bonitas, quod oſtendit cùm dicit, *Et vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Dicit igitur: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Habent iſta duo diſtinctionem, nam imago attenditur ſecundum potentiam

*De ſpiritu & anima c. 10. paulò à fine. tom. 3. inter opera Auguſtin.*

cognoſcendi. Similitudo quantum ad potentiam diligendi, ſecundum Authorem libri de ſpiritu & anima. Vel imago dicitur quantum ad naturalia & diſpoſitionem partium naturalium, ſicut videmus quod imago habet conſimilem diſpoſitionem in partibus quãtitatis cũ re imaginata. Similitudo autẽ attenditur quantũ ad

*In hiſt. ſcholaſt. ſuper Gen. cap. 9.*

gratuita, ſicut dicit Magiſter in hiſt. Et ſubdit poſteà diſpoſitionẽ ſuę prelationis vel ſublimationis, cùm dicitur, *& præſit piſcibus maris*, vbi tangitur eius præſidẽtia reſpectu aquatiliũ & volatiliũ & reſpectu terreſtris duplicis, ſcilicet greſſibilis & reptilis, quæ oĩa patẽt in litera: Et reſpectu creaturæ oĩs corporalis, vniuerſæque

terræ.



terræ. Quod alicui videbitur cõtrariũ eſſe veritati & ſenſui. Nam videmus multa ſibi reſiſtere & cõtrariari, etiã pro in ſtatu innocẽtiæ, nã tũc corpora cœleſtia nõ fuiſſent illi ſubiecta, nec Sol, nec ſtellæ, neq; etiã hic mineralia. Ad hoc dicitur quod pro illo ſtatu habuit duplicẽ præſidiã ſuper oẽm creaturã irrationalem: primò

*Quale fuerit dominiũ primi hominis ſuper omnia animalia.*

ſ. præſidentiã naturalis dignitatis: ſecundò præſidẽtiã finis bonitatis, quia ſicut omnibus fuit natura ſuperior, ſic ad eius ſeruitiũ & vtilitatẽ omnia ſunt producta & propter ipſum. Reſpectu aũt naturaliũ, vel rerũ quæ poſſunt nutus humanos aliqualiter recipere, habuit tertiã præſidentiã imperij, quandiu enim expediret eius nutibus obtẽperaſſent. Si aũt quæritur an tunc eſſet aliqua

*Quæſtio de eodem dominio.*

impreſſio in animalibus quæ modò nõ propter quã nutui hominis paruiſſent, an fortè ſic ſe habẽt modò, etiã quod ſi homo nõ eſſet infectus, adhuc ſibi obtẽperaſſent? Incertũ eſt quid horum duorũ ſit verius: veriſimile eſt tamẽ quod ex vtraq; parte modò ſit defectus: Et quod tũc ex parte virtutis hominis, ſcilicet iuſtitię originalis, & ex parte diſpoſitionis animaliũ obediẽtia illa cauſſaretur, quorũ vtrunq; nunc deeſt. In quibuſdã tamẽ Deo ſic ordinãte diſpoſitio iſta remãſit propter hominũ maximã neceſſitatẽ, ſicut in pecoribus & iumẽtis. Piſces dicũtur à paſcendo, quia ex

*Piſces vnde dicti. Papias.*

illis paſcimur, vel q avnus alteri⁹ eſt cibus. Dicit aũt Papias quod piſcib⁹ nomina ſunt inſtituta poſt animalia, vnde vocãtur aut ex ſimilitudine animaliũ terreſtriũ vt vituli, aut ex colore, aut ex moribus, vt canes, quia mordẽt. Alia verò nomina ſunt prius expoſita, vt volatile, &c. Sequitur, *Et creauit Deus, &c.* Vbi poſt diſpoſitionẽ factionis tangit ipſam factionẽ hominis, & tãgit ipſius eſſe ſecundũ quod fuit in fieri, & ſecũdũ factũ eſſe, & ſecũdũ ſexuũ diſtinctionẽ, vnde dicit per ordinẽ, *creauit*, id eſt, de materia produxit. Accipitur enim hic creatio pro factione, & nõ pro ꝓductione ex nihilo. Quãuis aũt productio hominis fuerit de materia, dici-

*Cur homo creatus dicitur, cùm fuerit factus ex materia.*

tur creatio, quia fuit factus ſubitò homo, vnde & ſi fuerit factus propter ſubiectũ quod ibi fuit materia: tamẽ dicitur creatus propter iſtã cauſam. Sicut etiã ſcriptura vocat eũ hoĩem ab humano vel limo de quo fuit factus cũ aliis animalibus cõiter. & denominatur ſic à viliori, vt ex ſuo nomine diſcat hõ ſubiici & humiliari

*Homo ab humo dicitur, & quare.*

Deo, q̃do cognouerit ſe eſſe de materia iſta vili, & nõ poſſit eum latere, quãdo nomẽ eius ad materiã tã vilẽ tantã habet vicinitatẽ. Et ne fortè æſtimari poſſet quod ipſum feciſſet quãtũ ad corpus ſolũ, & quod nõ eſſet in eo aliq d niſi corporale & eductũ de materia corporali: addit, *ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã.* Quia ſecundũ quod dictũ eſt imago, attẽditur in homine ſecũdũ animã.

At vero

Universidad de D[eusto] Biblioteca

At verò ne etiam ab aliquibus putaretur quod Deus ſolũ produxit hominẽ ſecũdum animam, eò quòd toties ponitur imago & ſimilitudo quæ ſequitur animam, ſicut etiã dixerunt Manichæi quod corporalia eſſent à Deo malo, ſubdit. *Maſculum & fœminam creauit eos.* Diſtinctio enim ſexuum ad corpus pertinet, & ex illo pẽdet, Prouide Manichæorũ error ex hoc manifeſte eliditur. Hic autẽ moueri poteſt quæſtio de muliere. An ſexto die ſit formata, an poſt ſeptimũ diem. Nam ſcriptura poſtquam recitauit opera ſex dierum & poſt ſeptimã diẽ quietis, enarrat formationẽ illius? Sed per iſtam literam poteſt videre alicui ſolutũ quia dicitur hic quod fecit maſculinã & fœminã, & ſic vterq; videtur factus fuiſſe die ſexta. Sed cõtrariũ videtur dicere ſcriptura in alio loco, ideóque aliq dixerũt qđ ambo ſexta die fuerũt facti ſecundũ rationẽ cauſalem vel ſeminalẽ, poſtea autẽ fuerunt facti ſecundũ exiſtẽtiã actualẽ. Quod credo non eſſe verum. Sed ſecundum quod hic recitat ſcriptura, credo pri' ſcilicet ſexta die fuiſſe factũ hominẽ in genere maſculino, & poſtmodum ex eo formatã mulierem, vt ex hoc mõſtretur quod homo ſit generis humani principium, & quod reſpectu mulieris debet habere principatũ. Et vt notaretur mulierem ad ſpeciẽ humanã quaſi quid annexum ad generationis ſcilicet officium eſſe. Sequitur, *Benedixítque illis.* Vbi igitur de conſeruatione hominis ſecundũ naturã ſpeciei, & primò potẽtia multiplicatiua tribuitur, Secũdò terminus illius potẽtię exprimitur, ibi, *Creſcite & multiplicamini.* Tertiò dignitas multiplicandorum ſubiungitur, ibi, *& ſubiicite eam.* Ait ergo *Benedixítque illis*, Bonũ eſt ſuiipſius diffuſiuũ. Vnde per verbũ benedictionis oſtẽditur collatio gratuitæ virtutis q̃ eſt radix diffuſionis, *Creſcite & multiplicamini, & replete terrã & ſubiicite eam.* In hoc nota ſecundũ gloſam qđ nullo modo ſunt dãnandæ nuptiæ, quas ad propagationẽ ſuprema benedictio inſtituit, & ſi virginitas præferatur, ſecundũ quod probat Aug. in li. de virginitate: videtur aũt quod matrimoniũ hic fuerit inſtitutũ, aliis aũt videtur quod ſit inſtitutum infrà. 2. cùm dicitur, hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, propter hãc relinquet homo patrẽ & matrẽ. Sed hęc cõtrarietas poteſt ſolui per diſtinctionẽ. Nam in matrimonio requitur ad actũ coniugalẽ habilitas, quæ fundatur in diſtinctione ſexuũ, & aptitudine ad multiplicationẽ ſecũdum viã & potentiã diffuſiuã: & hoc ſecundũ ſtatum etiam innocentiæ generaliter & vniuerſaliter, & ſecundũ ſtatum naturæ cõmuniter cõſideræ. Vel etiã fundatur in aptitudine ad cõcupiſcentiæ repreſſionẽ, & hoc ſecundũ ſtatum naturæ lapſæ ſingulariter, in quo matrimonium eſt

*Manichærũ error renunciatur.*

*Quo die ſit mulier formata.*

*Cur ex homine mulier formatur.*

*Gloſa.*

*Aug. tom. 6. Matrimoniũ in hic, an infra fuerit inſtitutũ.*



eſt in officiũ cõmuniter ſicut in ſtatu naturæ intergræ, & ſpecialiter in remediũ concupiſcẽtiæ. Et quantũ ad iſta fuit matrimonium inſtitutũ in illo loco quãdo vis generatiua fuit homini data. Requiritur etiam in matrimonio conſenſus animorũ, & quãtum ad hoc fuit inſtitutũ cap. 2. in loco citato. Non tantũ autem dedit ei Dominus fœcũditatẽ, ſed & dignitatẽ & præſidentiam, vnde dicit, *& ſubiicite eã*, id eſt, *terram, & dominamini piſcibus maris.* Quæritur cur horũ accepit homo dominiũ, cùm hæc nõ eſſent in alimentũ, nec in iuuamentum? Reſpondet Beda, quod Deus præſciebat eũ lapſurum, ideo dedit ei vnde poſſet ſe ſecundum ſtatũ infirmitatis tueri, animalia ſcilicet in alimẽtũ, indumẽtum, & laboris iuuamentũ. 2. poteſt dici quod etiam pro illo ſtatu fuerunt facta & ad illum ordinata ad decorẽ, ſcilicet & ornatũ habitationis humanæ, & ad multiformẽ oſtenſionẽ diuinæ potẽtię & ſapiẽtiæ, & ad mõſtrandũ in effectu multiformẽ ambitũ generis & ſpecierũ entis: Itẽ vt ex hoc reluceret hominis nobilitas, & dominatiua poteſtas, & eius ſagacitas in gubernatiõe rerũ, Propter hoc aũt facta ſunt ſub tãta varietate, vt ex hoc admirabilis appareret diuinæ ſapiẽtiæ pulchritudo, q̃ ſub tãto ordine teneret, non tantũ conuenientia ſecundũ mores, ſed etiã contraria: Sicut videmus quod quædã habent mititatẽ, quædã ferocitatem, & ſic de aliis & tamen omnia ſequuntur incõmutabilẽ ordinẽ. Sequitur. *Dixítque Deus, Ecce dedi vobis, &c.* Agitur de conſeruatione indiuidui. Primò enim contulit potentiam generatiuam ad multiplicãdum ſpeciem, & poſtmodũ dat materiam & potentiam ad conſeruandũ indiuiduũ, & patet ordo, quia illud prius eſt diuinius & communius. Quamuis enim quælibet ſubſtantia ſingularis ſuper ſeipſam moueatur reciprocè, & quaſi naturaliter alia diligit in quãtũ ad ſeipſam & ad bonũ ſuũ reducit, ſicut dicit phyloſophus 9. ethic. quod amicabilia ſunt ad alterũ ſunt ex amicabilibus quæ ſunt ad ſe, Cuius etiã exẽplũ in ordine potentiarũ, quia natura plus defert potentiæ nutritiuæ q̃ eſt ad cõſeruationẽ indiuidui quã generatiuæ quæ eſt ad conſeruationẽ ſpeciei. Nam cõmuniter nõ mittit ad generatiuã niſi ſuperfluũ alimẽti, ſecundũ phyloſophũ in lib. 16. de animalibus, tñ cauſa generationis quæ eſt naturę vis generatiua, magis intẽdit bonũ cõmune quã bonũ cuiuſlibet præciſe. Sicut etiã rector ciuitatis vt ſaluet rẽp. occidit malefactorẽ. Ideo dico agetur de cõſeruatione indiuidui, q̃ erat futura in hominibus & animalibus per modũ nutrimẽti. Quãuis enĩ hoĩes poſſent non mori tamẽ nõ habebant neceſſitatẽ ad nõ moriendũ. Immortalitas enim illa fundabatur ſuper hoc ꝙ cibũ

*Beda.*

*Cur eorum animalium accepit homo dominiũ quæ ei neceſſaria tunc non erant.*

*Ariſt. 9. ethic. ca. 8. paulo à principio.*

*Ariſtot. de animalib.*

*Immortalitas primi ſtatus in quo fundatur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

proportionatè ac ſobriè ſumerent,& à dæmonũ aduerſitate,per induſtriam ſuam & angelorum adiutorium ſe defenderent, & omne illud quod poſſet eos grauare,vitarent: Quia igitur indigebant cibo,ait. *Ecce dedi vobis omnem herbam, &c. cunctiſque animantibus.* Manifeſtum ex hoc vt ꝙ animalia cuncta communiter viuerent cum homine de herbis, granis, & terræ naſcentibus. Ratio autem quare Deus voluit vt homo & animalia cibos haberent cõmunes,fuit,quia voluit ei dare occaſionem ſuę humiliationis, ne nimis ſuperbiret ex cõſideratione ſuæ prælationis & dignitatis, Sequitur. *Et factum eſt ita*, vbi poſt diuinum imperiũ ſequitur neceſſariò,vt res imperata procedat in actum. Nã imperiũ ſuum eſt practicum & operis effectiuum, & ſine tranſitu ad materiam agit rem exterius. Non enim agit vt nos, ſed tantum dicit, & fit quod dicitur. *Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* vbi deſcribitur conditio hominis quantum ad ſuum optimum & finem. Et ſignãter poſt productionem naturæ rationalis humanę, additur, *valdè bona.* In aliis autem præcedentibus dicebatur,vidit Deus quod eſſet bonũ, Nam ex conditione naturæ hominis dependet ſub Deo quaſi bonitas omnis naturæ corporalis,cùm finis ſit quodammodo omnium, & ex fine habent ea quæ ſunt ad finem neceſſitatem,bonitatem & ordinem,vnde ex comparatione ad hominem ad quem ordinantur & ſi res quælibet ſit bona in ſe,tamẽ per reſpectũ ad finẽ omnes ſunt valdè bonæ. Si autem illud ſignum (cuncta) accipiatur collectiuè, tunc nullum dubium eſt quin omnia ſunt valdè bona,& perfecta. Ideò ſequitur cõſummatio. *Factum eſt veſpere & mane dies ſextus.* Secundũ aliquos ideo in ſexto die factæ ſunt res adeo perfectæ, quia ille eſt numerus perfectus. Conſtat enim ex omnibus partibus ſuis aliquoties ſimul ſumptis, Partes autem aliquotæ ſunt,quę aliquotiẽs ſumptę totũ ſuum reddunt,ſicut in ſenario vnitas,binarius,& ternarius, Ita enim ſimul ſumpta faciunt ſex. Sed ego neq; iſti neque alteri numero tantam prærogatiuam dandam puto, vt dicatur Deum feciſſe res ſub tali numero propter conditionem ſeu perfectionẽ numeri. Ideo magis putarem dicendum quod Deus fecit res ſex diebus propter perfectionem ſex rerum in quem quę ſufficiũt ad pulchritudinem & debitum ordinẽ vniuerſi. Quod verò inquiũt ſancti quod eſt attendenda ratio numeri in rebus factis,intelligendum eſt ſecundum ſenſum myſticum qui poteſt trahi quouis modo de litera,dum tamen poſſit probari per alium literalem ſenſum.

*Cur primo homini & animalibus cæteris erat idẽ cibus omnis.*

*Cur modò dicitur & erãt omnia valde bona.*

*Cur in 6. diebu Deus cũcta creauit.*

CAPVT



## CAPVT SECVNDVM.

IGitur perfecti ſunt, &c. Poſtquam determinauit de rerum factione, agit de rerum perfectione,& ponuntur tria per ordinem,perfectio ibi, *facti ſunt*, completio ibi, *compleuitq;, Deus*, ceſſatio ibi, *& requieuit Deus* benedictio ibi, *benedixitque diei*, Dicit igitur: Perfecti ſunt cœli & terra, expreſſis enim operibus & ſigillatim acceptis, & ſecundum ſe diſtinctis, ſequitur neceſſariò totius operis perfectio. Et ſicut ex præmiſſis bene ordinatis ſecundum artem,ſequitur neceſſario concluſio: Sic etiam Deus faciendo opera ſingula & ornatus, operabatur ſecundum perfectam ſapientiam & voluntatem, & ex iſtis infert perfectiſſimam vniuerſi machinam, ideo dicit: *Igitur, &c.* & dicit pluraliter *cœli*, quia comprehendit cœlum empyreum,cuius ornatus ſunt angeli,qui facti etiam fuerunt, quamuis illud in ſcriptura non ſit euidenter expreſſum, & aqueum cœlum & firmamentum & omnes orbes planetarum. Per terram autem innuit totam mundi machinam inferiorẽ ſub orbe lunæ conditam,quam vocamus naturam elementarem: Elementa etiam cum ſuis ornatibus comprehenduntur: Beſtię enim & homines ſunt ornatus terræ: aues aëris, piſces aquæ: Ignis verò nõ legimus ornatum diſtinctũ,quia ſicut tactũ eſt prius,fortè non eſt elementum ab aliis diſtinctum, ſed alia elementa per ſublimationem naturæ aſcendit. Si autem opponitur quòd poſteà ſunt alia facta quæ non fuerunt tunc producta, nec ſecundũ numerum,nec ſecundum ſpeciem, ſicut multa quæ ſunt per putrefactionem per quam generantur etiam nouæ ſpecies,ſicut etiam fuit noua ſtella,quæ Magos deduxit, Matth. 2. & columba quę ſuper Chriſtum deſcendit. Matth. 3. Reſpondeo ſecundum Auguſti. quod omnia fuerunt facta vel cauſaliter vel potentialiter, & materialiter, vel exemplariter. Cauſaliter ſicut illa quæ generantur per putrefactionem, quorum ratio cauſalis eſt in natura. Exemplariter ſicut illa ſtella & columba, quorum exemplar fuit in cæteris ſtellis & cæteris columbis. Potentialiter ſicut aliqua miraculoſe facta, quæ nec habent cauſam in natura, nec ſimilitudinem: ſed tantum ſunt in materia ſecundum obedientiam, qua Deo omnia obediunt, vt inde faciat quicquid diſponit & ordinat, & ſequitur, *Compleuitque Deus die ſeptimo*, vbi ponitur rerum completio. Illud autem verbum magnam adducit difficultatem. qualiter, ſcilicet, die ſeptimo Deus compleuit mundum, cùm illa die nihil fecerit, ex nihilo autem facto non poteſt aduenire aliquod complementum alicui creaturæ, aut facturæ Præterea

*Angeli creati ſunt à Deo.*

*Nomine cœli tota materia cæleſtis deſignatur.*

*Nomine terræ tota materia terreſtris.*

*Obiectio.*

*Auguſti.*

*Trib. modis omnia in prĩcipio facta dicuntur.*

*An die ſexto an ſeptimo mundus fuit completus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



nihil faciendo non aliquid fecit,ac ideo cum ſeptimo die nihil fecerit,videtur quod nihil compleuit. Iſta autem difficultas ſic explanari poteſt. Nam completio rei poteſt haberi dupliciter, vel in ipſo fieri rei,& ſic non compleuit Deus in die 7. mūdum. quia ſecundū quod eſt probatū,nihil tunc fuit in fieri,nec Deus fuit ī facere.Alio modo poteſt haberi cōpletio in ipſo facto eſſe, quia tūc res eſt cōpleta propriè quādo iā eſt facta,nō quādo eſt in fieri,& ſic mūdus fuit cōpletus die ſeptimo. Primo autē modo fuit cōpletus die ſexto.Et ſecūdū quod dupliciter poteſt ſic exponi, habetur duplex tranſlatio.Vna enim dicit quod die ſexto cōpleuit.Trāſlatio autē ſecundū hebraicā veritatē dicit quod die ſeptimo,& hoc habet vna gloſa ordinaria ſuper illū locū, quę dicit quod vna trāſlatio habeat ſexto die,hebraica autē veritas habet die ſeptimo.Si autē quęrit' à quo opere dies iſta denominat'?Dic, ꝙ ab opere cōſeruationis præciſe, in aliis eñ dieb⁹ aliqua faciebat,& etiā omnia in facta in eſſe conſeruabat.In iſta autē die nihil fecit,ſed ſolū & præciſe omnia conſeruauit,Sic ergo dicēdo ponit,*Cōpleuit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat*, Et ſequitur *Et requieuit Deus die ſeptimo.* Vbi poſt cōpletionē congruè ponitur ceſſatio,quia cū omne ordinetur ad rei completionem,completione habita eſt quieſcendū:ſicut & motus ad formam, ordinatur ad quietem ſub forma,ideo Deus quieuit.Attēde tamē quod quies iſta intelligitur ab opere primę cōditionis quę fuit miraculoſa & ſupernaturalis,nō de opere cooperationis in operib⁹ ꝓpagationis,& productionis naturalis, quæ ſunt ex propriis cauſis rerū ſecūdū quod dicitur.Io.5.Pater meus operatur vſq; modò & ego operor,quod bene inſinuatur,cū dicit: *Requieuit ab vniuerſo opere quod patrarat.* Non eñ ceſſauit ab opere futuro,ſed ab opere iā facto,quia poſtmodū non fecit opus cōditionis partiū principaliū mūdi,nec op⁹ cōmunis exornationis,Et ſequitur *Et benedixit Deus diei ſeptimo*, Vbi ponitur iſtius diei benedictio,& ponuntur tria,Primò ponitur benedictio,ibi,*Benedixit,&c.* Secūdò,*ſanctificatio*,ibi,*& ſanctificauit illū.* Tertiò ſanctificationis ratio,quia in ipſo ceſſauerat,&c. Primò igitur ponitur benedictio: Dicitur autē dies benedicta nō ex ſe,ſed ex fœlici euētu diei iam dictæ,quia in ipſa die fuerunt partes mundi cōpletæ ſecundū eſſo,ſicut etiā dicitur maledicta dies,ex in fœlici euentu, ſicut ibi, Iob.3.Maledixit diei ſuæ,pereat dies in qua dictū eſt,Cōcept⁹ eſt homo,ideo dicitur dies benedicta,id eſt,à bono diei.Et ſequitur ſanctificatio.*Et ſanctificauit illū*,id eſt,ſanctitati deputauit.Nam à nobis ſanctè diē dominicū coli voluit, & ideo ſpecialiter etiam

*Gloſa.*

*Dies 7.denominatur ab opere conſeruationis.*

*Quies Dei qualis.*

*Dies aliqua cur benedicta dicitur vel maledicta.*

ſæncto



ſancto cultui diuino vacare,& in ipſo,& in memoriali eius cōtinue beneficiū noſtræ creationis recolere: & ideo in lege veteri præceptū eſt in dicta die ab operib⁹ ſeruilib⁹ vacare, vt Deo magis,& cultui diuino liberius poſſent intēdere. Vnde vocatur illa dies ſubbathū,ꝙ idē eſt qđ requies. Nō tātū eñ fuit ratio moralis vel literalis quod idē eſt in materia iſta, ſed etiā figuralis Nā iſta dies multas ſignatiuas refulgentias habuit, quas longū eſſet enarrare,quia quot poſſunt inueniri quietis ſpiritualis myſteria: tot poſſunt inueniri etiā ſabbatha. Si autē quæritur vtrū adhuc maneat obſeruātia ſabbathi?Dic ꝙ ibi fuit aliquid morali.ſ.vacatio à ſeruili opere,ſecūdū qđ poſſibile eſt, & attētio ad diuinum cultū,cū idoneo modo & tēpore & circūſtātiis.Aliud eſt ibi figurale,ſicut determinatio talis diei præciſe,& talis determinatio erat ad aliquid deſignādū,videlicet quietē corporis in ſepulchro, & aliqua alia.Ideo cū iā nō ſit tēpus vmbræ,ſed veritatis exhibitę,quātū ad iſta potuit & debuit ceſſare. Ideo eccleſia ex ratione naturæ ne videatur iudaizare,diē illū trāſtulit in diē dominicū, & ꝓpter quietē cōpletā corporis & animæ quā Chriſtus aſſumpſit in reſurrectiōe,quę fuit facta in dominica die. Et ſequitur, *Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere,quod creauit Deus vt faceret*, Vbi ponitur ſanctificatiōis cauſa, nā beneficia ſunt magis grata quāto magis cōpleta,ac ideo qa die ſeptimo ab omni opere ceſſauit, & omne opus cōpleuit,meritò illū diē memoriale operū diuinorū reliquit:& ſeruitiū ex ſuo tā magno expoſcit beneficio, ideo ſanctificauit,id eſt,ſanctitati deputauit & cultui ſancto,& in ipſo grates & laudes requirit,Et nota quod dicit,*Quod Deus creauit vt faceret*,Quod dupliciter poteſt exponi,vno modo ſic,quod Deus creauit primò ī materia informi, vt faceret poſtmodū die illa cōmuni.Alio modo ſecundū modū loquendi hebraicū,fortè quod Deus creauit vt faceret,id eſt,in opere,vel de facto. Sicut dicim⁹ aliquid generatur in effectu,contra generationē in potētia,ſecūdū modū loquēdi Auicennæ & Ariſtotelis. Ariſtoteles enim dicit in actu,& Auicenna in effectu.Et hoc videtur dicere gloſa interlinearis,Dicit enim ſic:Creauit vt faceret, id eſt, in opere. *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ.* Hic ponit' primò recapitulatio pręcedentiū.Secūdò proſequitur propoſitū,ibi, *Formauit igitur Deus hominem,&c.* Intentio iſtius libri & propoſitū eſt deſcribere hominis & eccleſiæ fundationē,productionē & introductionem ad legis ſuſceptionē. Et primò recapitulat rerum productionē generaliter.Secundò ſpecaliter, ibi.*vt omne virgultum agri.* Tertiò oſtendit quomodo producta fuerunt prius,& poſt differenter:ibi,

*Dies dominica ad quid adeo ſanctificata.*

*Cur ſabbathi obſeruantiā in diē dominicā mutata.*

*Gloſa.*

*Intentio huius libri.*

Universidad de Deusto Biblioteca

*Non enim pluerat Dominus ſuper terram*, Dicit igitur: *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ quando creatæ ſunt.* In hoc autem duplex modus producendi notatur, vnus quo res exiuerũt in eſſe per productionem de materia præiacenti: quẽ modũ vocat ſcriptura generationẽ, & nos rerum diſtinctionẽ. Alius quo res fuerunt factæ de nihilo ſecundũ vnam informẽ materiam quam vocat creationem: Propter quod dicit, *Sunt generationes quando creatæ ſunt.* Ita quod prius fuit creatio rerum quam earũ generatio. Vel accipitur hîc generatio & creatio pro eodẽ, ab eodẽ termino ad quẽ, motus enim denominatur à termino ad quẽ eſt, ſecundũ Philoſophũ 3. phyſicorũ, & ideo cũ creatio & generatio ſint ad eſſe rerũ ſubſtãtiale: generatio accipitur hîc pro creatione, non autẽ ꝑ reſpectũ ad terminũ à quo: quia generatio eſt de aliquo, creatio autem de nihilo. Si autẽ quæritur, Quare nõ facit mentionẽ de mediis, ſed tãtũ de cœlo & terra? Iã dictũ eſt quod per cœlũ intelligit omnẽ naturã ſuperelemẽtarem vel cæleſtẽ. Per terrã autẽ naturã inferiorẽ vel ſub cœleſtem. *In die quo fecit Dominus cœlum & terrã* Ponit autẽ hîc diem in ſingulari, Non quod creatio fuerit facta vna die, vel rerũ productio, de qua hic loquitur: Sed per diẽ intelligit totũ tempus ſex dierũ vel productionis rerũ. Scriptura enim habet iſtũ modũ, quod quãdoq; diẽ accipit pro tẽpore, ſicut habetur Mat. 4. Tolerabiliꝰ erit in die iudicij Sodomæ & Gomorrhæ, quàm illi ciuitati. Nõ enim eſt certũ quantũ protẽdetur iudiciũ. Sed accipit diem iudicij pro toto tẽpore iudicij. Vnde Aug. de ciuit. Dei, lib. 20. cap. 1. Cùm dicimus vltimum diem diuini iudicij, nouiſſimum tempus ſignificare intendimus, & non ſolum vnum diem. Nã per quot dies iudiciũ hoc protẽdatur, hoc incertũ eſt: ſed ſcripturarum more ſanctarũ, diẽ ſolere poni pro tempore, nemo qui illas literas quamlibet diligenter legit, neſcit. Itẽ per hoc ſoluitur quod dici poteſt, quod cœlum & terra fuerũt facta, ante omnem diem, non in die igitur. Ad quod dicendum, quod ſi dies acciperetur pro diurno motu Solis vel lucis, ſic valeret obiectio: quia ante talem diem fuerunt facti cœli & terra, ratione, ſcilicet, illorum qui dicunt ſuperiorũ & inferiorum informẽ factam fuiſſe materiam: quia fuerũt facta iſta in principio ante productionẽ lucis, ſicut ſcriptura habet, quæ dicit, *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Sed dies non accipitur pro motu Solis vel lucis, ſed cõmuniter pro duratione qualibet tẽporalis productionis, & ſic ceſſat obiectio. Quod autem accipiatur hîc dies, non pro vna tãtum die, ſed cõmuniter pro productionis, vel primæ conditionis tẽpore, oſtenditur cùm dicit. *Et omne virgultum agri*, Certum eſt enim quod

*Duplex modus productionis rerũ.*

*Ariſto 3. Phyſ.*

*In ſcrip. dies quandoque accipitur pro tempore.*

*Aug. li. 20. parũ à principio tom. 5.*



quod virgultum fuit factum tertia die, Nam per virgultum intelligit herbas & ligna fructifera, vnde illa tranſlatio quam ſequitur Auguſtinus, dicit, & omne viride agri: Iſta autem fuerunt tertia die facta, *Antequam oriretur in terra. Et omnem herbam regionis, antequam germinaret.* Iſtud videretur implicare contradictionem niſi ſuam acciperet expoſitionem. Nam primò dictũ eſt quod creatũ fuit virgultum, & cœlũ & terra, &c. Hic autẽ dicitur *antequam oriretur*, quod ſic declaratur, quod prius habuerũt herbæ & arbuſta eſſe à prima cõditione & diuina diſpoſitione, quã à naturali germinatione, vnde prius ea cõdidit: & poſtmodũ, per rationes ſeminales terræ inditas à Deo, & per vim ſeminatiuã ꝓduxit terra cõſimilia. Et quod iſte ſit intellectus patet ex litera ſequẽti, quæ reddit rationẽ quare virgulta & herbæ nõ fuerant vel nõ eruperãt ꝑ germinationẽ, ſed per diuinũ imperiũ & voluntatẽ, Nã ſubiũgit, *Non enim pluerat Dominus ſuper terram*, Ad actũ enim germinationis naturalis communiter neceſſarius eſt humor pluuialis. Quia igitur Dominus ſuper terram non pluerat: terra nõ germinauerat. Sicut autẽ ad ſimplicẽ generationẽ indiget terra pluuiali humore: ita ad ꝑfectã germinationẽ indiget humano opere, quo excolitur, Humanũ autẽ opus tunc nõ erat, vnde ſequitur, *Et homo non erat qui operaretur terrã.* Igitur iſtæ generationes fuerũt anteq̃ oriretur virgultũ de terra ꝑ germinationẽ de ratiõe ſeminali: nõ antequã à Deo de nihilo, vel de materia virtute diuina fieret. Triplicẽ enim legimus huiuſmodi originẽ rerũ. Prima enim eſt ꝑ exitum à Deo de nihilo. Secũda eſt per exitum rei de materia ad ſpeciẽ. Tertia eſt per exitũ rei de cõſimilibus, cõſimili virtute ſpeciei ſe multiplicãtis. Primus exitus eſt creatio Secũdus eſt factio. Tertius generatio. Primꝰ habet cauſam ſolum Deum. Secundꝰ Deũ & materiã. Tertius Deum, & materiam, & ſpeciẽ. Rationes primi exitus ſunt in ſolo Deo, & dicũtur extra res. Rationes ſecũdi exitus ſunt in Deo & materia, & dicuntur cauſales. Rationes tertij exitus ſunt in Deo, materia & ſpecie, & dicuntur rationes ſeminales, Primus exitus notatur, ibi, *quãdo creatæ ſunt*, Secũdus ibi, *In die quo fecit Deus cœlum & terram.* Tertius ibi, *Antequã oriretur, &c.* Et nota quod hîc recapitulat de ornatu terræ, non de ornatu aliorum elementorum: vt ordinatè introducat propoſitionẽ de formatione hominis, & eius collocationem in Paradiſo herbis & arboribus conſito. Et ſequitur, *Sed & fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ*, Quia poſſes quærere, ex quo non pluebat, & ad generationem temporalem humor ſit neceſſarius: quo modo res poterant germinare & ſe multiplicare? Dicit quod

*Aug. li. 5. ſuper Gen. ca. 2. in prin. to. 3.*

*Triplex eſt rerum origo & productio.*

Biblioteca

*In ſcripturæ ſæpè ſingulare pro plurali ſumitur.*

aqua fontis terram irrigantis vices pluuiarum ſupplebat. Si autē quæritur, quomodo vnus fons poterat totum? Soluere poſſumus multipliciter vno modo qđ ſumitur ibi ſingulare pro plurali, more ſcripturæ in multis locis, ſicut ibi, & homo nō erat q operaretur terram, id eſt, homines: quia per vnum hominem non poſſet benè excoli. vnde accipitur fons collectiuè pro omnibus fontib⁹ terræ, qui à terra erumpebant & eam irrigebāt & fœcūdabāt: vnde nō erat ita arida, nec ab aquis ſequeſtrata, quin poſſet per irrigationes taliū fontium producere terræ naſcentia, vel fortè intelligit vnum fontem Paradiſum voluptatis irrigantē, è quo exiliūt quatuor flumina, ſicut dicitur infrà 4. vnde per vniuerſam ſuperficiem terræ, intelligit ſuperficiē Paradiſi, de quo volebat ſpecialiter agere. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ.* Terminata recapitulatione, agitur de hominis formatione. Secundò de formati cōſeruatione, ibi, *Plantauerat autē Deus.* Tertiò de formati & cōſeruati multiplicatione, ibi, *Dixit quoque Deus, nō eſt bonum hominem eſſe ſolum.* Item primò agit ſecundum eſſe corporis materiale, ſecūdò quantū ad eſſe formale, ibi: *Et inſpirauit in faciē eius.* Dicit ergo, *Formauit igitur Deus,* id eſt fieri voluit, id eſt, iuſſit, quia ipſe ſolus agit ſolo voluntatis imperio, *De limo terræ.* Id dicitur per ſynecdochen, accipiēdo totū pro parte, Nā ſola pars corporalis hominis fuit facta de limo terræ: anima enim nō fit de limo terræ, ſed creatur de nihilo.

*Cur homo de limo terræ formatur.*

Formotus eſt autē homo de limo terræ, quæ eſt vilis terra aquæ admixta, vt homini generoſo, q de leui ex cōſideratione ſuæ dignitatis effertur: occaſio humiliationis daretur. Et fuit factus de limo terrę, Non qđ nō eſſent ibi alia elementa, ſed quia elementū terræ eſt ibi per prædominiū: ſicut etiā in aliis omnibus corporibus ſenſibilibus, eò ꝙ terra habeat in omnibus terminū ex eorū denſitate, quæ propria paſſio terræ apparet. *Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculū vitæ.* Hic agitur de formatiōe hominis ſecūdū eſſe formale, ipſius, ſcilicet, animę rationalis, vnde dicit, *Inſpirauit,* id eſt, ſubſtantiā animæ & ſpiritus fecit quæ hominē viuificāt, ſine qua homo nō viuit, vnde dicitur ſpiraculū vitæ, & quia à Deo ſpiratur ad vitā dandā corpori: Et etiā dicitur ſpiraculū vitæ actiuæ, qa ſcilicet, ſpirat vitam formalem, vitam rationalem, vitā animalem, vitam vegetalem, vnde ex hoc habetur aliqua ſuaſio, quod iſta tria ſunt vna ſubſtātia.

*Spiraculum vitæ eſt anima.*

Nam hic nominatur ſpiraculum ſingulariter. Quod licèt ſit verum nō diſputo in præſentiarum. Licèt ad inductionem hāc reſpōdetur ab aliqiquibus quod non cogit, quia eſt dictū in ſingulari ſpiraculū, nō quia vna ſit ſubſtantia vel natura ſimpliciter ſola ſenſitiua, vel vegeta

*In homine non ſunt plures formæ, ſed vna.*



vegetatiua: ſed quia iſta tria vel duo vnum actum vitæ perfectæ præſtant, propter quod poſſunt dici vna anima, ab vno actu completo animandi, ſecūdum triplicē differentiā animationis, quam ponit Philoſophus ſecūdo de anima & 3. Sicut videmus quod ad actum iuſtitiam exequendi multæ ordinantur particulæ: quę tamen omnes propter vnū actum completū iuſtitiā exequendi vocantur ſingulariter iuſtitia, vnde dicitur: Recurre ad iuſtitiā.

*Ariſto. li. 2. tex. 12. & ſeq. 4.*

Hîc autē poteſt moueri quæſtio, vtrū anima rationalis ſit de ſubſtantia Dei, Nam per iſtam literā videtur quòd ſic. Illud enim quod aliquid inſpirat, videtur quod de ſe aliquid emittat, Igitur cùm Deus animā inſpirauerit. videtur quod de ſua ſubſtantia emiſit. Reſpondeo ꝙ circa iſtam quæſtionē fuit multiplex error, aliqui enim dixerūt quod idem ſpiritus erat diuinus & humanus. Diuinus eñ dicebatur prout in ſe cōſideratus, humanus ſecūdū quod perficit humanū corpus. Quod falſum eſt. Nam illud quod informat aliquid eſt imperfectū reſpectu illius quod cum forma & in eſſe formali ſurgit: & ſic Deus eſſet homine imperfectior. Item ſpiritus nobis cōiunctus erat, & in operabilibus & in ſpeculabilibus: Deus aūt eſt ſapientię infinitæ, nec poteſt errare.

*An anima rationalis ſit de ſubſtantia Dei.*

Alia eſt opinio Manichæorū, quæ ſine argumento reſpondet, ſecundū quod recitat Auguſt. de duabus naturis, ꝙ in homine eſt duplex anima vna bona: & iſta non errat. & alia mala & iſta errat, & ad malum inclinat: Quæ opinio eſt contra veritatem, & contra Philoſophiā. Nam ſecundū Philoſophum ſecundo de anima, proprię materiæ reſpōdet propria forma. Si autem eſſent duæ, nulla eſſet propria. Item vna materia non recipit duos actus nō coordinatos ad inuicem, maximè contrarios: quia cùm recipiat formā ſecundū diſpoſitionem congruā, iam ſequitur quod ſimul cōtrariè diſponeretur.

*Augu. in li. de duabus animabus to. 6. Ariſt. li. 2. textu. to. 26.*

Item ſi eſſet de ſubſtātia Dei, aut de toto aut de parte, non de parte, qa ſic Deus eſſet partibilis, nec eſſet ſimpliciſſimus, qđ eſſet hæreticū. Si de toto, tunc non poſſet aſſignari pluralitas animarū. vnde dic quod ſecundū Philoſophū 2. phyſicorum, quædā ſunt cauſæ rei extrinſecæ, ſicut cauſa efficiens, exēplaris & finalis: & tales poſſunt Deo cōuenire reſpectu creaturæ, quia dicunt & oſtendunt Dei perfectionē: efficiens enim oſtendit Dei potētiā finis ſuam bonitatē exemplaris ſuā ſapientiā. Aliæ ſunt intrinſecæ, ſicut materia & forma, & iſtæ Duo nō cōueniunt. Nam tales cauſæ rei ſunt cōmixtæ, Deus aūt regit res ita qđ nō cōmiſcetur eis. Item ita ſunt partes cōpoſiti, & cōpoſitum eſt totū: & totum eſt maius parte, & ſic Deo aliquid maius eſſet. Dic ergo ſecundū Aug. ſuper geneſim circa finem vbi mouet quæſtionem de hoc,

*Ariſt. lib. 2. text. 27. & ſeq.*

*Aug. in fin. lib. 6. ſuper Gen. & lib. 7. in princi. tom. 3.*

Universidad de Deusto Biblioteca

quod anima eſt de nihilo. Vnde in primis rebus nõ fuit ſecundũ materiam ex qua fieret:ſed ſecũdum materiã in qua fieret, quia corpus fuit factum ex materia,& anima fuit infuſa corpori. Item quæritur vtrũ fuit facta anima in corpore vel extra corpus? Auguſtinus refert aliquos dixiſſe, omnes animas cũ Angelis productas,& poſtmodũ ſucceſſiuè ſuis corporibus cõiũctas iuſſu Dei.

*Aug. lib. 6. c.1. tom. 3.*

Sed iſtud reprobat Auguſt. 6. ſuper. Geneſ. & 7. & rationabiliter, quia ſic haberẽt animæ ad vnionem aliqua merita vel demerita, quod eſt contra Apoſtolum ad Rom. 11. de Iacob & Eſau, qui dicit, Cùm nihil boni aut mali egiſſent,&c. Item ſic baptiſmus nõ tantum eſſet in paruulis contra peccatum originale: ſed contra actuale. Ideò ſunt alij qui dicunt,& videntur ſequi Auguſtinum, quod aliæ animæ infunduntur corporibus & creãtur in eis. Sed anima Adæ non, ſed prius fuit producta, nã à principio fuit mũdus completus quantum ad partes principales:& hoc quantum ad eſſe actuale. Credo tamen quod Auguſtinus hoc nõ dicit aſſerendo, ſed inquirendo,& tenẽdum eſt potius quod etiam Adæ & aliæ animæ creantur: cùm corporibus infundũtur. Et ad hoc ratio eſt, Nam ſecundum Philoſophum 1. & 2 Phyſicorum, ars imitatur naturam,& natura artẽ: quia in rebus creatis prius fuit effectus artificialis quã naturalis,(nam res procedunt à Deo per modum artis.(Poſterius autem habet eſſe naturale: vnde cũ natura prius materiam diſponat, deinde formã inducat: Deus ſimiliter agens, ita fecit de anima, cũ ipſa ſit corporis forma, quia eſt

*Ariſt. lib. 2. tex. 26.*

actus corporis Phyſici organici, vt dicitur de anima lib. 2. Et hoc innuit ſcriptura hęc quę dicit qđ Deus formauit corpus de limo terræ,& inſpirauit in faciem eius. Nominat aũt faciẽ, quia opera vitæ rationalis præciſe in facie relucent. Et ſequitur, *Factus eſt homo in animam viuentem.* Antequam enim anima corpori infunditur, homo nõ dicitur niſi æquiuocè. Homo enim mortuus, nõ eſt homo: vnde expone, Factus eſt homo in animã viuentem, id eſt, per animam viuentem. *Plantauerat autem Dominus, &c.* Determinauit de hominis formatione, agit de eius cõſeruatione.

*Tria requirũtur ad hominis conſeruationem.*

Tria autem neceſſaria ſunt ad hominis cõſeruationẽ, locus aptus continens,& nutrimentũ ſuſtentans, & exercitiũ exterius delectãs. Igitur primò oſtẽdit quomodo iſta duo Deus ordinauit, ſecũdò qualiter homini cõmunicauit, ibi, *Tulit igitur, &c.* Et primò de loco dicit, *plantauerat, &c.* Credo qđ tertia die quãdo fecit herbas

*Aug. lib. 8. ca. 3. in principio tom. 3.*

& ligna promifera, *Paradiſum,* Paradiſus Græcè, idẽ eſt quod hortus Latinè. Alia trãſlatio dicit Paradiſum in Eden, quod interpretatur delitiæ, quam ſequitur Auguſtinus 8. ſuper Geneſim, vnde ſenſus



ſenſus eſt quod Deus fecit hortum diuerſis plantis conſitũ, amœnum & delicioſum,& hoc à principio, id eſt, tertia die, ſicut dictũ eſt. Litera autem 70. ſecundum Hieronymum habet, ad Orientem,& ſic accipitur principium non pro initio temporis, ſed pro prima parte terræ habitabilis verſus Orientem. Dicit autem Iſidorus libro 14. Ethymol. ca. 3. quod ille ſemper Vernalem temperiem habet, quod ſatis eſt credibile cùm eſſet locus hominis pro ſtatu nobiliſſimo viæ illius. Iſtius autem temperiei multiplex poteſt eſſe ratio: vna, aëris ſubtilitas, quia calor minus poteſt ſibi incorporari, ſicut videmus de igne q fortius agit in materia groſſa quàm ſubtili vel rara. Ignis enim in ſtipula eſt minus calidus quã in ferrea materia.

*Hierony. in Hebr. quæſt. in Gen. hoc loco. tom. 3.*

*Iſido. di. 14. cap. 3. parũ à principio.*

Secunda cauſa eſſe poteſt puritas impermixta, quia propter altitudinẽ terreni vapores ad locum illum nõ aſcendebant, niſi aliqui pauci valdè: qui per naturam illius ex propinquitate cum igne tepefacti, citò poterant cõuerti.

*Qualis locus erat Paradiſi terreſt is.*

Prætereà radij à terra vſque ad illum locũ non reflectebantur, ac ideò calor ille ibi generatus ad ampliſſima ſpacia illius interſtitij totius ſe refundens, remanebat in illo loco minus. Item & temperatus erat locus quantum ad ſuperioritatem. Nam ille locus erat ſub circulo medio vel æqnoctiali: vnde bis in anno radius. Solis erat directè ſuper illum locum, ſcilicet in aſcenſu ſuo ad tropicum ęſtiualem: & in deſcenſu ad tropicum hyemalẽ, & nunquam Sol ab illo loco multum recedit: quia eſt inter duos ſuos terminos, ſcilicet tropicum ęſtiualem & hyemalem,& propter hoc quantum in ſe eſt, eſt locus calidiſſimus ex diſpoſitione radiorum:& ideò vocatur à Philoſophis Torrida zona. Tamen ex præcedentibus rationibus accidentibus erat temperatus. Item erant ibi fontes qui illã partem temperabant: & ſubtilitatem nimiã aëris reſpectu hominis ad groſſitiem proportionatam reducebant. Quod autem dicunt Magiſter & Beda quod vſque ad lunarem circulum pertingit, intelligendum eſt hyperbolicè, hoc eſt, quia altiſſimus fuit. Nam ille locus ſupra ſe habuit auram reſpirabilem, ſicut infrà legitur Dominum ambulaſſe ad auram poſt meridiem: quod tamẽ non eſſet ſi lunarem circulum attingeret.

*Hiſt. ſcholaſtica in Gen. cap. 13. Beda.*

Et quia vnũquodque eſt vanum, niſi ordinetur ad finem debitum & bonum. Subiũgit finem plantationis iſtius Paradiſi, dicens. *In quo poſuit hominem quem formauerat.* Sequitur, *Produxitque Dominus.* In qua parte agitur de nutrimento hominis,& primò ponitur productio arborũ cõmunium:& ſecundò, productio prærogatiuarũ ſingulariũ, ibi, *Lignũ etiam ſcientiæ boni & mali, produxitque Dominus, &c.* Nota quod illud dicitur ꝑ recapitulationẽ. Nã tertia die iſtud fuit factũ, ſicut

Universidad de Deusto Biblioteca

loquitur ſuprà. Primò autẽ deſcribitur illud quod à Deo factum eſt vt appetibile guſtui, & delectabile viſui, vt inferret homini delectationẽ, non tantum coniunctam, ſed etiam ſeparatam: Non tantum vt ab homine conſumitur: ſed etiam ſecundũ quod in ſe manet & conſeruatur. Lignum etiam vitę dicitur ſecundum Auguſtinũ. lib. 23. de ciuitate Dei cap. 20. quia aliis lignis alebantur homines, ne eſuriendo & ſitiendo moleſtiæ aliquid ſentirẽt. De ligno autem vitæ guſtabant: ne mors eis vnquã ſubreperet, quod habebat, nõ ex qualitate aliqua abſoluta, ſed ex ordinatione diuina: ſicut nunc videmus quod ſacramẽtis nouæ legis in eſt diuina vis ad cõferendam gratiam: quamuis non ſit vis aliqua abſoluta ibi, Et hoc videtur dicere Auguſtinus ſuper geneſim ad literã lib. 11. cap. 18. vbi dicit quod ſtatus ſuæ immortalitatis de ligno vitæ virtute myſtica prębebatur. Alij autem dicunt quod lignum vitę ex vi ſuæ naturæ adminiſtrabat homini nutrimentum, erat enim aſſimilabile & cõuertibile, quantũ erat conueniens cõſeruationi & reſtaurationi humanę. Et credo quod Auguſtinus iſtã vim præſuppoſuit, ſed aliã ad iſtã addidit: q̄a fortè iſta omnino nõ ſufficeret, niſi cũ hac vis diuina adeſſet: ſicut homo nõ ſufficit ex ſua voluntate vel etiã gratia habita particulari ſanante animã, ad continuationẽ vitæ ſpiritualis ſine exercitio in ſacramẽtis, & ſine vi ſacramentali.

*Lignũ vitę cur ſic dicitur.*

*Aug. lib. 13. ca. 20. circa finem to. 5.*

Et dicitur lignum vitæ ſicut lignũ ſcientiæ boni & mali, quod ſic vocatũ eſt, quia diabolus dicit per eius eſum poſſe acquiri ſcientiam boni & mali, ſicut infrà dicitur, Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum, Alia ratio, quia per eius eſum habuit experimẽtalem ſcientiam boni & mali, Boni, ſcilicet, quod perdidit, & mali culpæ quod commiſit, & mali pœnæ quod incurrit, *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis*, id eſt, de medio iſtius horti, vel de qualibet eius parte, qui inde diuidebatur in quatuor capita id eſt, in quatuor fontalia initia quatuor fluminũ. Vtrũ autẽ ante peccatũ fieret per alueos, neſcitur, tamen modò nõ videtur hoc fieri, Imò ſicut ait Magiſter hiſtoriatũ, Gãges fluuius Indiæ, qui hic dicitur Friſon: dicitur naſci in locis cauernoſi mõtis, Nilus verò fluuius Ægypti q̄ hic dicitur Gion: dicitur naſci nõ ꝓcul ab Athlante, Tigris & Eufrates ab Armenia. Igitur ꝑ occultas regiones modo & nõ per alueos apertos ſub viſceribus terræ à Paradiſo oriũtur, & ab illo altiſſimo loco fiunt. vnde dicit Auguſtinus quod ſub terra ſunt, & poſt longos tractus rumpunt. Iſtorum autem fluuiorũ, excepto vltimo, ponitur duplex notificatio ſcilicet, & per nominis interpretationem, & per vicinã terram & eius proprietatẽ, & hoc quia pro magna parte ex natura fluuiorum,

*Lignũ ſcientiæ boni & mali cur ſic dicitur.*

*Hiſt. ſchola. in lib. Gen. cap. 14.*

*Aug. li. 8. ſuper Gen. ad. 7. circa finẽ tom. 3.*

*Habetur in hiſt. ſcho. in Geneſ. c. 14.*



rum, eſt nobilitas terrarum. Friſon interpretatur mutatio oris. Nã mutatur à facie ſua, id eſt, ſpecie quam habuit in Paradiſo ſecundũ diuerſa loca: quia in vno eſt clarus, in alio eſt turbidus: alibi paruus, alibi magnus: alibi calidus, alibi frigidus. *Ipſe eſt qui circuit terram Euilath*. i. Indiã. Hieronymus dicit quod, Heuilath eſt regio Iudę, quę poſſeſſa eſt ab Heuilia filio Ochãfilij Heber Patriarchæ Hebræorum, ſicut dicitur 1. Paralip. 1. India autẽ ſecundum Pliniũ eſt terra quæ venis aureis præ cæteris abundat. *Ibi inuenitur dbellium.* Bdellium ſecundum aliquos eſt genus lapidis. Secũdum Plinium eſt arbor aromatica ad magnitudinem oliuæ, cuius lachryma lucida, guſtui amara, & boni odoris.

*Hierony.*

*Plinius.*

*Plinius.*

*Et lapis onychinus.* Gloſa, Onix eſt precioſus lapis, ſic dictus, quia habet candorem permixtum cum rubedine ad ſimilitudinẽ vnguis humani: quia onix Gręcè, vnguis Latinè dicitur. Antiqua autem tranſlatio habet carbũculum, qui eſt ignei coloris. Nomen ſecundo fluuio Gion. Gion interpretatur hiatus terræ: quia impetu ſuo diſſoluit terram, & terram aperit, & ſecum trahit. Nomen tertio fluuio Tigris, quia ad ſimilitudinem illius animalis velociſſimi, eſt velociſſimus, & decurrit contra Aſſyrios. Hæc tria flumina ſic determinantur, quaſi remota & ignota. Quartus verò fluuius dicitur Eufrates, quaſi frugifer, nec determinatur per terram, quia notus eſt: eſt enim vnus limes terræ promiſſionis. *Tulit igitur Dominus Deus hominem.* Deſcripta Paradiſi amœnitate, ſubdit de hominis collocatione: vt ex fructuum bonitate & loci amœnitate cõſeruetur in eſſe. Et primò ponitur in Paradiſo. Secundò deputatur exercitio, *vt operaretur & cuſtodiret.* Tertiò ſibi dantur præcepta diſciplinæ vt proficeret in obedietiali merito, ibi, *De omni ligno.* Et ponitur præceptum & affirmatiuum & negatiuum. Tulit igitur de loco in quo factus fuerat. Non enim factus fuerat in Paradiſo, vt ex hoc ſciret quod ex mera gratia ibi erat poſitus: & ſic eſſet magis gratus ex illis quæ erant donis naturæ ſuperaddita. Item vt ex hoc eſſet humilior, & remotior ab omni præſumptione & ſuperbia: Et ex hoc etiam cognoſceret quod niſi benefaceret & obediret, Deus qui eum ad illum locum tranſtulerat, eum inde extraheret. Si quæritur, Quare Deus non fecit totam terram habitabilem pro Paradiſo hominis? Reſpondetur quod decuit pro cæteris animalibus magnam partem terræ parari vt ibi ſtarent cõmuniter: Homini autem nobiliſſimæ parti mundi, & qui erat aliorum partiũ quaſi finis, nobiliſſimam partẽ deputari ſpecialiter. Si quæritur, Vtrũ ĩ illo ſtatu Adã ad iſta inferiora ex illo loco eſſet deſcẽſur⁹?

*Glosa.*

*Cur homo nõ in Paradiſo conditus eſt, ſed extra.*

Reſpon

Universidad de Deusto Biblioteca

Reſpondeo quod ex ſcriptura non habetur quod non poſſet deſcendere,& inde ex aſpectu creaturarum ad laudem Dei aſſurgeret.Verum eſt tamen quod non deberet nec vellet deſcendere tanquam habitaturus: ſed quantum conueniret ſuæ iucundæ contemplationi & inferiorum gubernationi, *vt operaretur & custodiret illum*.Hortum illum ſcilicet,& Paradiſum excoleret & cuſtodiret.Nota tamen quod illam operationem non faciebat laborioſe,ſed delicioſe: Labor enim non ſequitur operationem, niſi improportionatã agenti: & in ſubſtãtia paſſibili & debili & infirma. Dederat autem Dominus facultatem operandi homini non propter indigentiam quæ cogeret:ſed quantum volenti ſatis eſſet. Videmus etiam nunc multos ex voluptate agrum colere,tunc verò maior voluptas erat:qa nihil aduerſi accidebat,nec de cœlo, nec de terra. Si quæritur quid operaretur cùm locus ille gratis daret omne lignum pulchrum viſu & ad veſcendum ſuaue? Dicendum quod locus ille daret gratis omnia, quæ deberent exire per naturalem influentiam, & etiam per occultam Dei adminiſtrationẽ: tamen adhuc aliqua poſſent ſurgere ſpecialia per hominis induſtriam, & poſſet etiam facere locum illum aliquantulum amœniorem.Sed ad quid oportebat cuſtodire illũ locum, cùm nullus eſſet volentus inuaſor? Poteſt dici, quod licèt Deus locum illum ſufficienter cuſtodiret, & nunc etiam cuſtodiat:decens tamẽ fuit quod aliqua eius cuſtodia homini cõmitteretur quamdiu ibi ſtaret.Vnde quælibet incommoda quæ poterant vel ab auibus, vel ab aliis animalibus,vel etiam à dæmonibus contingere:poterant per hominem remoueri vel impediri. *Præcepitq; ei dicens, &c.* Non fecit autẽ Deus aliquod præceptũ morale homini, ſed præceptũ diſciplinæ:quia ad præcepta moralia erat per virtualẽ & naturalẽ rectitudinem ſufficienter inclinatus, & ad illa quæ ſunt à natura nõ oportet tantũ inſiſtere: ſicut nõ habẽt homines pręceptũ de amore filiorũ.Itẽ dedit ſibi præceptũ cæremoniale,nullũ in ſe bonitatẽ includens:vt probaretur eius obedientia, retrahẽdo ſe ab appetibili materia ſecundum guſtũ,ſenſum vel tactũ.Fuit autem præceptũ in materia gulæ magis quàm alterius ſenſus:quia guſt⁹ aliis ſenſibus ſubſeruit,& ex eius ordinatione vel deordinatione, aliorũ ſenſuum ordinatio vel deordinatio multũ dependet. Et ſi cõtra hoc obiicitur, Cur ergo ponitur præceptũ de aliis fructib⁹ comedẽdis: cùm de ſe eſſet ad hoc inclinat⁹ vt quãtũ expediebat ſuę neceſſitati ſumeret? Ad hoc dicendũ,qđ hoc fuit factũ & ꝓhibitioni ligni vetiti annexũ,vt ex hoc cõuinceretur magis illius cõtumacia,quãdo ꝓ ſua neceſſitate haberet cibaria ita delectabilia, & ita

*Operatio in Paradiſo nõ fuiſſet Adamo laborioſa.*

*Præceptum dedit Deus primo homini nõ morale,ſed diſciplina.*

*Obiectio.*



& ita varia.Nec eſt intelligendum quod eſſet coactus de omnib⁹ comedere, ſed tantum de aliquibus eorum, quantum ſufficiebat nutritioni ſuæ.vnde aliud erat ibi præceptũ, aliud conceſſum, & ſuæ libertati commiſſum. Præceptum quod comederet quãtum ſuæ neceſſitati expediret: Liberum quod acciperet de quibus vellet,excepto ligno ſcientiæ boni & mali. Fuerunt autem data iſta præcepta ſtatim,quia non erat ratio differendi, & debuit ad Dei cultum ſtatim ordinari.Illud autem pręceptum fuit factũ per aliquam vocem ſenſibilem, & etiã fortè intelligibilem,ſicut homo eſt ex anima & corpore, quamuis hoc non ſit clarũ ex ſcriptura. Fuit etiam dictum illud præceptum,non tantum pro ſe,ſed ꝓ tota ſua poſteritate,Quod patet quia ad Euam deuenit, ſicut infrà tertio dicitur,Dixit dæmon:*Cur præcepit vobis, &c.*Item pœna eſt cõmunis & omnes cõtingit,& ſic pręceptũ,vnde oẽs fuiſſent obligati ſi Adã ſtetiſſet. *In quacunque die comederis, morte morieris.* Hic literatur & per ſe primò intelligitur neceſſitas moriendi.vnde trãſlatio Symachi magis propriæ loco illius,morte morieris,habet, mortalis eris.Includebatur & ibi mors damnationis æternæ,ſcilicet,carentia viſionis diuinæ: quæ per illam tranſgreſſionẽ incurrebatur,& ianua paradiſi claudebatur. De iſta tamen morte non agitur in litera apertè,ſed tantum occultè ſecundũ Aug.in lib.de ciuit.Dei: quia huius mortis explicatio ad nouum teſtamentum pertinebat & ſpectabat, vbi ſecũda mors apertiſſimè declaratur. Item per mortem intelligitur tota infectio concupiſcentiæ originalis.Si autẽ quęritur vtrũ ex ſolo iſto peccato incurriſſet mortẽ pro ſe & pro ſua poſteritate,vel etiã eam incurriſſet ꝓ alio quouis peccato mortali.Incertũ eſt mihi.Tamen credo quod ſic,ſi feciſſet cõtra vnũ præceptũ morale. Si tñ opponitur de Eua quæ: ſtatim nõ incurrit donec comedit & dedit viro, poteſt dici quod ex ratione fuit dilatum donec fuiſſet probatum quid faceret vir ſuus,vel etiã incurrit,latẽter tñ neq; ita euidẽter quod poſſet deprehẽdi: vt probaretur virt⁹ mariti, *Nõ eſt bonũ hominẽ eſſe ſolũ*, Deſcendendo de conditione viri,in quo completa eſt ſubſiſtẽtia ſingularis hominis: determinatur de formatione mulieris propter multiplicationem ſpeciei hominis,& primò ponitur diſpoſitio,ſecundò factio. *Immiſit ergo Deus ſoporem in Adã*, Tertiò ordinis determinatio ad ipſam virũ mulieris iã factæ, ibi, *Adduxit eã ad Adam*, Primò enim res diſponitur fieri,ſecundò fit,tertiò ad finẽ ordinatur, *Non eſt bonum*, Bonum ſecundũ Dionyſium eſt ſui diffuſiuum,ſolus autẽ ſi eſſet vir,non poſſet ſe diffundere:ergo ſi eſſet ſolus,nõ eſſet ſufficiẽter bonus. Et nota quod nõ intelligitur qđ non

*Præceptum illud fuit factum aliqua voce ſenſibili.*

*Id Hieronymus lib.heb. quæſt.in Ge. tom.3.*

*Aug.lib.13. de ciuit.Dei. ca.23.to.3.*

*Diony.4.de diui.no.*

Universidad de Deusto Biblioteca

nõ ſit bonum eſſe hominem ſolum,etiam pro ſtatu illo , quia ſic
Deus feciſſet non bonum,quod eſt cõtra rationẽ:ſed refertur ad
tempus futurum,quia erat factus vt eſſet totius generis humani
principiũ.Si quęritur,Quare Deus nõ fecit quod ſolꝰ vir eſſet ge
nerationis principiũ?Dicendũ quod id magis cõpetebat, & ordi
ni naturæ & ſocietati humanæ,& ꝓli propagãdę.Ordini naturæ
cõpetebat Nã ad hoc quod proles formaretur , oportet ibi eſſe
aliquid actiuũ vehementer, & forte & prædominãs in calore:ad
ſufficientẽ digeſtionem materiæ & ſiccitatem ſolidioris compa-
ctionis.Requirit̃ etiã materia mollis & humida,& benè formabi
lis.Iſta autẽ duo nõ poſſunt in vna ꝑſona cõcurrere,& ideo opor
tet pro primo eſſe maſculũ,qui eſt calidꝰ & fortis:& pro ſecũdo,
fœminã,quæ eſt humida & mollis. Cõuenit etiam ſocietati hu-
manę, vt fratres ꝗ debẽt ſimul cõuiuere in vna domo vel in vna
vrbe:habeãt exemplar in ſuis parẽtibus.Et neceſſitas etiam pro-
lis hoc exigit,quæ indiget prius quantũ ad corpus piè ac blandè
foueri,& ſimpliciori & rudiori doctrina imbui:& tandem robu-
ſtioribus exerceri,& inſtrui perfectiori & ſubtiliori doctrina:quo
rum vnũ habet ex muliere vel matre, quæ eſt pia & magis infir-
ma:aliud ex viro magis duro & forti, & magis docto, propter ꝙ
dicit rationabiliter. *Faciamus ei adiutorium ſibi ſimile.* Et dicit ſimi-
le,quia diſſimile non cõueniret ſimul ſpeciei multiplicandæ, vel
ꝓductioni vniuocę:ſicut ex equo & aſino ſimilis ſpecies nõ exit.
*Formatis igitur Dominus Deus cunctis animantibus.* Ponitur autem
neceſſitas productionis mulieris,quia ad prolem generandã ſeu
propagandam neceſſe fuit vt haberet homo aliquã naturã ſimi-
lẽ.In rebus autẽ prius factis,& ad Adam adductis, non eſt inuẽ-
ta aliqua ſimilis natura:ac ideo oportuit quod de nouo fieret.Di
cit igitur.*Formatis de humo.* Priùs dixit volatilia de aquis formata.
Quomodo igitur dicit de humo?Reſpõdeo quod omnia anima-
lia ſunt de humo per prædominiũ & ſimpliciter,quia plus eſt ibi
de terra quàm de alio elemẽto:quod probatur per ſuã denſitatẽ,
& per ſuã ſoliditatem , quæ ſunt magis paſſiones ad terram ſpe-
ctãtes,propter quod dicit hìc formari omnia de limo.Cùm verò
aliqua dicũtur fieri de aqua,dicit̃ id,quia in ipſis magis abundat
aqua quàm in aliis:ſicut in piſcibus aqua fluxibilis & humida,in
auibus aqua vaporalis & vaporaliter eleuata.*Adduxit ea ad Adã.*
Nõ tãtùm viſione intellectuali vel imaginaria,vt aliqui dixerũt:
ſed corã oculis ſuis præſentata. Quamuis enim veriſimile, ſit ꝙ
omnium iſtorum receperat ſcientiã:tamen ad ſuam cõſolationẽ
etia aſſurgere ſpecialius in Deũ voluit , eò quòd haberet etiã de
eis

*Rationabiliter viro adiũcta eſt mulier ad generationem.*



eis notitiã nõ tãtùm inditã,ſed à rebus acceptam.Non enim ſcri
ptura ita ſolenniter iſtã adductionẽ deſcriberet:ſi tantùm fuiſſet
imaginaria,nec iſtũ modũ tenuiſſet. Sed quare nõ fit mentio de
piſcibus?Poteſt dici quod ſub illo nomine animãtiũ intelligũtur.
Vnde paulò pòſt dicitur , Adã omni viuenti nomina impoſuiſſe.
Vel poteſt dici quod de piſcibus non erat tanta ratio,quia nõ ha
bebant tantã vicinitatẽ & ſocietatẽ cũ homine ſicut alia anima-
lia:nec erat eis ita vſurus.Præterea probato quod nullũ ſimile ſi-
bi erat in animalibꝰ, euidẽs erat de piſcibꝰ:cùm minus cõueniat
cũ illis,ꝗ cũ animalibus aliis.Itẽ piſces nõ poſſunt aquas dimit-
tere cõmuniter , ideò cõmodè venire nõ potuerũt. vnde fuerũt
eis nomina impoſita poſtmodũ cùm paulatim venirẽt ad homi-
nũ notitiã:& ſimilitudinẽ haberẽt ad animalia terreſtria.Secũdũ
ꝙ dicit Papias:Sicut canis marinus & porcus,&c. Fuerũt autem
adducta vt homo ꝓbaret ſenſibiliter,quod nullũ ſufficiebat ſibi
ad ſapiẽtialẽ colloquutionẽ,nec ad amicitiã ſocialẽ , nec ad Dei
laudẽ:ideo deſideraret ſociã ſimilem. Et illud verbum,*Faciamus
adiutorium,&c.* & illud, *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum.* Dixit
Deus nõ tantùm intra,ſed etiã illuſtratæ menti ipſius Adæ. Fuit
enim cõueniens præexigere eius conſenſum:quia nulli debet da
ri vxor ſine eius proprio conſenſu,neq; de ſubſtãtia ſua debebat
fieri quicquã ſine eius conſenſu aliquali:Sicut nec Chriſtus vo-
luit de beata Virgine concipi:niſi requiſito eius conſenſu, & pro
pter iſta fortè pręfata narrãtur,*vt videret quid vocaret ea.* id eſt,ita
fecit ac ſi vellet probare quomodo vocaret ea.Loquitur enim no
bis Deꝰ more humano, ſicut mater balbutiẽs cõdeſcẽdit puero.
Si quæritur vtrũ Adã tunc haberet aliquã ſcientiam terrenarum
vocum vel idyoma ad ſignanda ſpecialia ſignata.Si enim antè ha
bebat, tunc videtur quod priùs ſciret nomina animalium , ſicut
& nomina aliarum rerum. Si non habebat , cur fuit dictum ſpe-
cialiter, quia primitiua nomina imponere nõ eſt difficile,nec re-
quirit magnam ſcientiam ? Dicendum quod veriſimile eſt quod
Adam primarum rerum ſicut primorum generum, & corporum
mundi,& principiorum naſcibilium & mixtorum, & talia nomi
na accepit. Vel ipſe primò nominauit ea ſecundum placitum.
Animalium autem nominationem per quandam deriuationem
à principio homini ipſe Deus reliquit.Et intelligo deriuationem
nõ ſolùm quę fit per flexionẽ plurium nominũ,ſicut ab homine
humanꝰ,ab humo homo:ſed de illa quæ fit per tranſſumptionẽ.
per cõparatiuas habitudines & analogias.*Ipſum eſt nomen eius.* Et
hoc videtur quod nomina animaliũ prout apud Hebręos tẽpore

*Piſces ad Adã fuerint etiam adducti.*

*Piſcibus quãdo nomina impoſita ab Adam.*

*Papias.*

*Deus vt magiſter balbutiens puero ſic nobis loquitur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Moyſi vocabantur,fuerunt eadem quę & tempore Adæ.Ex quo
etiam patet quod lingua Adæ Hebræis manſit.*Immiſit ergo Domi-
nus Deus ſoporem in Adam*, vbi poſt diſpoſitionem de muliere fa-
cienda,ponitur formatio mulieris.Et ponit factum,&modũ.Mo
dum ibi,*Omníque, &c. Immiſit ergo ſoporem, &c.* Septuaginta ha-
bent extaſim,id eſt,mẽtis exceſſum.Symmachus habet grauẽ &
profundum ſoporem.Et ex verbo immiſſionis ſatis patet.Sõnus
enim eſt quies virtutum animaliũ cum intẽſione naturalium.Im
miſit dico ſomnum qualis immittitur prophetis ad videndũ ali-
quas illuſtrationes diuinas.Iſta tamen ſomnia ſecundum Augu.
tam fœlicia fuiſſent in ſtatu innocentiæ: quantũ viſa vigilãtium:
vnde intellectus Adę talis eſſet. Videtur intelligere Aug. quod nũ
quam ligaretur:imò ſemper eſſet in aliquo ſuo vſu,A laude enim
Dei & merito nũquam ad horam deberet impediri.Omnis enim
recta ratio vult ſemper Deũ cõtemplari:& ſemper facere aliquid
meritoriũ,& ideo ligatis intellectus & liberi arbitrij reſpectu iſto
rum eſt aliquid pœnale,reſpectu ſtatus innocentiæ:& aliquid dã-
noſum.Impedimentum etiam liberi arbitrij,prouenit ex proſtra-
tione dominatiuæ beatitudinis potentiarum reſpectu inferiorũ,
Quæ proſtratio videtur eſſe ex peccato: & ideò non eſſet tale li-
gamentum.Si autem quæritur,vtrum ibi eſſet naturalis ſomnus?
hoc non diffinit Auguſtinus.Tamen aliquibus videtur quod nõ,
quia ſicut corpus poterat pręſeruari à corruptione: ſic vires ſen-
ſibiles poterãt teneri in tali moderamine operandi, quod nũquã
laſſarẽtur per vigiliam, & quod cùm vigilia vigerent maximè in
operibus vegetatiuæ partis: & ſic non eſſet ſomnus neceſſarius,
nec propter repauſationem virium,nec propter præſeruationem
earũ à laſſitudine:nec ꝓpter vigorationem earũ in actibus vege-
tatiuę partis.Abſtraherẽtur tñ à ſenſibus quãdoq; ꝑ actus dulcis
contẽplationis,& per ſpecialem gratiam ſupernę immiſſionis:ita
quod extaticè ſoporarentur. Quia differentia eſt inter ſoporẽ &
ſomnum,quia ſomnus ſecundũ philoſophum(de ſomno & vigi-
lia)eſt quies animalium virium cum intẽſione naturalium:Et ſo-
por eſt quies animalium cũ intenſione intellectualium. *Tulit vnã
de coſtis eius.*Intelligendũ eſt quod non ſine carne, ſed cum carne:
Nam infrà eodẽ cap. dicitur. Hoc nunc os ex oſſibus meis,& ca-
ro de carne mea.Non autẽ debuit fieri de nihilo,vt in genere hu
mano eſſet perfecta cõnexio & perfecta reductio ad vnũ princi-
pium,ſicut in omnibus rebus ad Deũ,& hoc vt ꝑfectius eſſet fœ-
dꝰ ſocietatis humanæ cùm in gradu vno ſpeciei ſuæ cõmunicẽt,
& ab vno oẽs deſcẽderint. Fuit autẽ facta de coſta lateris,ad deſi
gnandum

*Hieronymus id refert in li. heb. quæ. in Gen. to. 3.*

*Auguſt.*

*Vtrum in ſtatu innocẽtiæ fuiſſet ſomnus.*

*Ariſtot.*

*Cur de coſta facta formata mulier.*



gnandum etiam ſpeciem communẽ & quaſi comparẽ eius & no
bilitatem viri reſpectu mulieris.Item ex hoc conſtat quod mu-
lier fuit facta in Paradiſo,& quod etiam fuit perfecta de nobilio
ri materia quàm ipſe vir.Et hoc fortè fuit factum ne ipſe vir eam
contẽneret.Nec propter hoc tamen pręſumeret, quia quidquid
habuit.& locũ,dignitatem, & materiam, mediante viro habuit.
Hîc autẽ poteſt quæri quomodo de illa coſta fuit formata Eua,
vtrũ per rarefactionẽ materiæ:vel per additionem alienę?Dicũt
aliqui quod per additionem nouæ materiæ alienæ. Terrena eñ
materia & quæcunq; alia,habet ſuæ rarefactionis terminos.Co-
ſta autẽ nõ habet ratione materiæ,quod poſſet tantum rarefieri
quod corpus humanũ inde formaretur: ideo additio fuit facta.
Itẽ de coſta illa fuit mulier facta,ſicut faceret natura, niſi quod
natura faceret ſucceſſiuè,& iſta actio facta fuit ſubitò,qa ab agẽ
te infinito Deo natura autẽ ſi faceret aliquã materiã in ſe, vel in
materiæ ſimilitudinẽ,conuerteret,(ſicut patet de embrione,& ſi
cut patet de ſemine plantarũ,quæ requirunt humidũ quod con-
uertunt) ſucceſſiuè ea faceret. Dicitur tamẽ magis fieri de coſta
quã de alia materia,quãuis alia materia fuerit maior:quia coſta
fuit principalis materia in quã aſſimilauit & tranſmutauit Deus
ipſam in naturam conuenientem corpori humano. Item ſi tan-
tùm rareficeret coſta:iam denſitatẽ corpori hnmano debitã nõ
haberet.Argumentum autẽ contra hoc eſt de corpore Chriſti,
quod factũ fuit de ſanguinibus paruis beatæ Virginis ſine addi-
tione:igitur hic potuit eſſe. Quod ſoluitur, quia non eſt ſimile.
Nam corpus in ipſo inſtanti fuit paruum,ideò non oportuit ni-
mis rarefieri naturã.Pręterea nõ reputo incõueniẽs ſi ad naturã
illã ſemẽtinã fuiſſet aliquid ſubitò cõuerſum. Item ad argumẽtũ
quia panis cõuertitur in Corpus Chriſti,& fit ibi corpus Chriſti
ſine additione.Dicendũ ſimiliter quod nõ eſt ſimile, quia panis
nõ manet in corpore Chriſti,nec eſt eius materia:ideo nõ eſt vis
ſi eſt magnus vel paruus,vel ſi rareſcit,vel nõ rareſcit, hic autem
manet tota natura ſub tota forma, ad quod nõ ſufficeret parua
materia.Si autẽ quęritur,vtrũ Eua fuerit producta de illa coſta
ſecundum rationẽ ſeminalem? Dicendum quod aliquis effe-
ctus habet in materia potentiam & ordinationem ad actum ſe-
cundum obedientiam diuinam,ſicut iuſtificatio impij, ſicut etiã
cùm de pane fit corpus Chriſti: & alia non habent rationem ſe-
minalem.Alio modo poteſt eſſe ſecundum ordinationẽ ad actũ
per aliquam naturalem potentiam, vel vnam, vel plures.Et iſto
modo poteſt eſſe dupliciter. vel ſecũdũ ordinationem remotam,

*Mulier fuit in Paradiſo facta, & de nobiliori materia quàm vir, & quare.*

*Argumẽtũ.*

*An eua fuit de coſta producta ſecundum rationẽ ſeminalem.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ſicut homo eſt in porco vel in cibo, quia pōt comedi & in ſe cōuerti & homo poteſt inde generari: & ſic dicitur ibi eſſe ſecundū rationem cauſalē, ſecundū ſanctos, & iſto modo erat Eua in coſta. Tamē iſta ratio fuit ꝑ vim ſupernaturalē adiuta, & quantum ad modū promota: quia quod faceret natura ſucceſſiuè, fecit vis diuina ſubitò. Alio modo habet ordinationē ad actū propinquā ſicut & embrio ad hominē: & iſto modo eſt ſecundum rationem ſeminalem. *Et adduxit eam ad Adam.* Non quod veniret à remotis quia erat facta in Paradiſo, ſed adduxit ſibi eam præſentando, & in vxorem tradendo: vnde ſicut adductio corporalis eſt ab ipſa remotione ad propinquitatem: ita iſta fuit à quadam extraneitate ad familiaritatem. *Dixitque Adam, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Illud autē non ſciuit, quia illud vidiſſet: cùm in formatione mulieris eſſet in ſopore, & ſenſus ſui exteriores eſſent ligati, ſed hoc habuit per reuelationem in illo ſopore acceptā. *Hæc vocabitur virago*, id eſt, de viro facta, vnde ſubiungit rationem ſuæ nominationis. *Quia de viro ſumpta eſt. Quamobrem reo linquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.* Aliqui illud verbum, quamobrem reducunt ad modum facti, ſic, quia tanta eſt vnitas viri & vxoris, qđ prima eſt formata de viro ſuo. *Relinquet homo.* Illud autem parū valet niſi pro ipſo, quia vxor ſua multum ſibi attribuebat, quia de ſe ſumpta erat: & tamē id etiā intelligit de aliis ſicut de ſe, quia dicit, *Relinquet homo patrē & matrem.* Certum autem eſt quod ipſe non habuit patrē nec matrē: quia fact⁹ fuit de limo terræ. Sed referendū eſt ad ipſā vxorē illud, quamobrem, vt ſit ſenſus, *quamobrem*. i. propter illam rem, propter vxorem, ſcilicet. *relinquet, &c.* non quantum ad dilectionem: ſed quā-

*Quomodo vir & vxor ſunt vnum.*

tum ad cohabitationē, & propriç domus regimē & diſpēſationē *Et erūt duo in carne vna*, id eſt, in carnali cōmixtione per quā ſunt. quaſi vna caro. Sicut etiā in vna carne ꝓlis, reſpectu cuius habēt vnā vim generatiuā. Itē ſunt vnū per vim indiſſolubilis cōiugij. ꝑ quam vnus indiſſolubiliter alteri alligatur: & poteſtas corporis vnius alteri traditur. Ex hoc autem videtur quod poſſet trahi qđ de ratione coniugalis ſtatus eſt, quod vnus non habeat plures vxores, nec vxor plures viros: quia tunc erūt plures in carne vna quā duo. *Erant autem vterque nudus, & non erubeſcebant.* Nudi ſi quidem erant ex defectu exterioris operimenti, ſed non nudi ex defectu interioris ornamēti: ac ideo quia in ſuis mēbris nihil erat

*Ariſt. lib. 2. cap. 6.*

quod rationi rebellare: (quia nullū habebāt defectū vel enormitatē) nō erubeſcebāt. Erubeſcentia enim eſt de factis in gloriis & turpibus, ſecūdū Ariſto. 2. Retho. Quia igitur membra genitalia rationi



rationi rebellāt, & cōtra rationē rectā & volūtatē ſe mouēt ideo ad factū tale idē homo modò nudus erubeſcit & pl⁹ q̃ ex aliis paſſionibus. Sunt eñ iſtæ magis fœdæ & magis viles, & ex toto ſine ratione & volūtate: qđ nō eſt de aliis ita cōmuniter. Aliq tamē dicūt qđ ex cōſuetudine, nō ex natura, qđ videtur falſum. Nā à principio nō fuit cōſuetudo, ſed tamē à principio ſic fuit, vt infrà Gen. 3. Præterea Aug. dicit lib. 14. de ciui. Dei ca. 20. quod quidā ſunt Cinici q cōtra humanā verecundiā, caninā & impudicā ſententiā protulerūt: vt videlicet cū vxore palā nō pudeat agere nec in vico, nec in platea coniugalē concubitū deuitare. Et dicit cōtra iſtos qđ pudor naturalis vicit opinionem huius erroris. Et ca. 18. dicit qđ Tullius ait: Cū omnia rectè facta in luceſe collocari velint, hoc rectè factū, ſcilicet cōcubitus cōiugalis ſic appetit, vt ſciri tamē erubeſcat videri: ita ꝙ nec fili teſtes hui⁹ fieri permittantur. Et ca. 17. dicit quod ex pudore quo Adā ſua pudēda velauit, omnes gentes, quoniā ex illa ſtirpe procreatç ſunt vſque adeò tenent inſitū pudēda velare: vt cū quidā in India nudi philoſophētur, adhibēt tamē genitalibus tegmina, quibus per cætera mēbrorū carēt. Si quærit de coſta de qua fuit facta Eua, vtrū fuit de ſubſtantia Adæ? Dicendū quod ſic, tamē nō fuit poſt modum detruncatus, qa vel potuit aliunde impleri, vel iſta coſta fuit ſibi addita ſuper illas quas habent homines communes, ad illius mulieris formationem: ſicut ſemen quod eſſet ſuperfluun indiuiduo ſingulari, & tamen neceſſarium ſpeciei.

*Aug. li. 14. c. 20. tom. 5.*

*Eodem. li. c. 18. tom. 5.*

*Ibidē ca. 17. tom. 5.*

## CAPVT TERTIVM.

*Sed & ſerpens erat callidior.* Præmiſſo de hominis cōditiōe, agitur de ei⁹ ꝑ peccatū deſtructione. Et primò narrat ei⁹ tētatio, & ſecūdò ei⁹ prçuaricatio & cōcupiſcētialis infectio, ibi, *Vidit igitur mulier.* Tertiò ei⁹ à Deo iuſta punitio, ibi, *Et cū vidiſſent, &c.* Primò igitur tāgit aſtutū ꝓceſſum in tentādo, quia primo venit ad mulierē, ſicut ad partē generis humani infirmiorē: nō eñ venit ad virū, qa vir in aſſūpta natura facilè poſſet ipſum & fraudē ſuā dignoſcere: ſed ſolū ad mulierē quç nō fuit tātç prudētiç ꝙ ipſū dignoſceret, nec tātç cōſtātiç ꝙ ſibi reſiſteret. Et intētādo ꝓcedit nō aſſerēdo, ſed interrogādo: nec interrogādo illā de re de qua ītēdebat euidēter, ſed latēter & vniuerſaliter: qa ſi expreſſiſſet de ligno ſciētiç boni & mali, dicēdo, Quare p̄cepit vobis De⁹ ne comederetis de ligno ſciētiç boni & mali: magis poſſet habere ſuſpectū ꝙ intēderet aliquod malū. Sicut ſi aliqs vellet de aliquo inquirere cautè ſi ī aliquo loco fuiſſet: magis quçreret in vniuerſali:

*Cur ad mulierem nō ad virum iuit ſerpens eo: tentaturus.*

*Cautè ſerpēs in generali īterrogāt nō in particulari.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Fuit hîc aliqs homo de tali regno? vt ad quæſtionẽ vniuerſalẽ, re
ciperet queſtionẽ ſpecialẽ. *De ligno autẽ ſciẽtiæ boni & mali præcepit,*
*&c.* Etꝗa homo quandoque vitat peccatũ timore pœnæ:excludit
timorem mortis,dicens:*Nequaquam moriemini.* Sub teſtimonio e-
tiam diuinæ ſcientiæ, & auctoritatis, ſubdit intentiuũ magnæ
ambitionis,& curioſæ perſcrutationis, dicẽs: *Scit enim Deus &c.*
*Diabolus vnde pater mẽdacij dicitur.* Inuocat teſtem Deum ad falſum,& aſſumit Deũ & ſuã ſciẽtiã in
vanum;vnde ex hoc eſt pater mendacij & periurij. Dicit igitur,
*Sed & ſerpens,&c.* Ex iſta litera innuitur,quod in iſto ſerpẽte erat
aliqua intellectualis ſubſtãtia, & ex hoc quod loquitur cautè &
*Cur homo tẽtatus eſt. Tẽtatio duplex* aſtutè:& ex hoc qđ dicitur quod erat callidior.Si autẽ queritur,
Cur Deus permiſit hominẽ tentari, Dicẽdũ quod tentatio dicit
actũ qui eſt ad hominis experimentũ,ſicut tẽtatur homo in ſciẽ
tia,quando in aliqua difficili quæſtione ꝓbatur,& cõſimiliter ſpi
ritualiter tentatur,quãdo eius vires ſpirituales ꝑ aliquẽ actũ ho
mini difficilẽ ꝓbãtur,vt quãdo allicitur fortiter per delectabilia,
*Ariſto.* vel terretur per triſtibilia:& ſic probatur vel virtus vel infirmitas
ſua.Sicut dicit Philoſ.in li.Elench.de ſyllogiſmo tentatiuo, ꝗ nõ
eſt ad habendũ concluſionẽ,ſed tantũ ad habendũ de hominis
ſciẽtia argumẽtũ.Iſta autẽ tẽtatio poteſt eſſe quãtũ ad intẽtionẽ
alicuius, vel permittẽtis vel tẽtãtis ad tẽtati laudẽ & ꝓmotionẽ,
vel ſaltẽ ad alicuius boni de illa tẽtatione extractionẽ.Et iſto mo
do tẽtat.Deus,ſicut infrà dicitur, Tentauit Deus Abrahã, Iſto
modo etiã tentari ꝑmittit,& etiã ex cauſſa bona,& ſic ꝑmiſit ho
*Cur diabol⁹ in propria ſpecie nõ apparuit Euæ.* minẽ tẽtari.Alio modo tentare dicitur in ordine ad deiectionẽ,
& ſic tentat diabolus.Si quæritur. Quare diabolus non apparuit
Euæ in propria ſpecie?Dic quod homo nõ poterat in ſtatu inno-
cẽtiæ videre ſubſtãtias ſeparartas,vnde indigebat alicuius imagi
*Dionyſ. cap. 4. cæle. hierar.* nis adminiculo.Et qđ ita ſit,patet:Nã diſtabat Ierachia angelica
ab humana,quãtũ ad ſocietatẽ ſecũdũ Dionyſ.& quãtũ ad intel-
ligẽdi modũ naturalẽ,ſicut dicit 4.c.Hierar.angelicę. Si autẽ vi-
deret Angelos clarè,& ſpiritus nõ poneretur nec differẽtia nec
diſtãtia.Pręterea ſi angelos aſpiciebat,multò magis oĩa animalia
& eorũ intima.Igitur nõ oportuiſſet adduxiſſe ea ad nominãdũ
ea.Itẽ ſi Eua Angelũ vidiſſet:benè aduertiſſet,ꝙ nõ eſſet beatus,
*Dioniſ. cap. 4. de diuinis nom. par. 4. à medio.* quũ rationabile ſit credere ſicut à pleriſq; tenetur, qđ in genere
naturę ſpiritualis & intelligibilis:dęmõ eſt natura horribilis. Nã
in eo(vt puto)pulchritudo naturalis ex deformitate ſui criminis
eſt limitata,ſicut etiã anima rationalis quę eſt ſubſtãtia in corru-
ptibilis ſicut angelica: facta eſt ex cõiunctione cũ carne infecta
& fœda.Verũ eſt tamẽ ꝙ ſecũdũ Dioniſ.naturalia ſubſtãtialia eis
reman



remãſerũt ĩtegra, qđ nõ eſt cõtra iſtud,ꝗa hoc exteri⁹ eſſe,acci-
dẽtale poti⁹ eſt,quã eſſe ſubſtãtiale.In ſignũ hui⁹ nõ ꝑmittũtur cõ
muniter aſſumere niſi corpora turpia eorũ deformitati cõueniẽ
tia.Itẽ gradus ſubſtãtiarũ eſt ſecũdũ gradus operationũ: Ideò
cũ habeãt Angeli vlteriorẽ gradũ entis,etiã habẽt vlteriorẽ gra-
dũ operationis,qđ nõ eſſet ſi primi parẽtes agnoſcerẽt naturali-
ter Angelos,cũ illud ſit eorũ ſupremũ intelligibile ꝑ naturã.Si au
tẽ opponitur qđ anima Adę ita erat in potẽtia cõiũcta ſicut ani-
ma ſeparata,ꝗa corpus tũc nõ erat corruptũ,nec eã aggrauabat
ac ideo cũ ſubſtãtias ſeparatas videãt animæ ſeparatæ, videtur
qđ animę cõiũctæ tũc vidiſſent.Ad iſtud reſpõdẽt aliꝗ qđ natu-
rale eſt animę cõiũctę nihil videre niſi cũ phãtaſmate. vnde cum
Angeli nõ cadãt ſub phãtaſmate,tũc nõ poterant videri. Iſta re-
ſpõſio tamẽ nõ eſt ſufficiens,neq; videtur valere. Quod eñ ani
ma innaturaliter exiſtẽs extẽdat ſe naturaliter ad nobiliorẽ ope-
rationẽ,quãdo habet modũ ſuũ debitũ & cõueniẽtẽ videtur ab
ſurdũ.Prætereà ſic dãnati poſt reſumptionẽ corporũ nõ viderẽt
horribiles facies dęmonũ:qđ tamẽ ponitur eorũ maxima pœna.
Sic etiã beati in ſuis corporibus nõ viderẽt Angelos bonos in ge
nere ꝓprio,ſed tãtũ in verbo: & ſic nõ gauderẽt in ſocietate eo-
rũ.Ideo põt dici qđ animæ cõiũctæ vel animæ ſeparatę ex earũ
naturali cõditione nõ poſſunt videre ſubſtãtias ſeparatas,cũ ſub
ſtãtiæ ſeparatæ ſint naturaliter in alio genere quã animę:quia il-
læ ſunt ſeparatæ, ita quod nõ poſſunt corporibus coniungi vt ea
informẽt,hæ autẽ ſunt ita coniunctæ,quod tamẽ poſſunt ſepara
ri.Quod autem animæ vel coniunctę vel ſeparatæ videre poſſint
ſubſtãtias illas cõiungibiles,hoc habẽt ex aliquo ſibi ſupernatu-
raliter addito,quod eis additur regulariter in ſtatu determinato:
ſicut in ſtatu extra meritũ ſiue anima ſit cõiũcta,ſiue ſit ſeparata,
& hoc ad bonorũ gaudiũ & ad malorũ ſuppliciũ. Sicut videmus
etiã quod corpora reſumpta ex naturali cõplexione nõ eſſent in
corruptibilia,nec dãnatorũ,nec beatorũ:cũ tamẽ ex aliquo ſup-
naturaliter addito & cõmuniter & immutabiliter dato habebũt
incorruptibilitatẽ.Bonorũ ꝗdẽ corpora ꝓpter ſuũ bonum:ma-
lorũ autẽ ꝓpter ſuũ cõtinuãdũ ſuppliciũ.Si queritur, Quare in
ſpecie amicabiliori nõ apparuit,ſicut ĩ ſpecie humana.Dicit Be- *Hiſt.ſchol.in*
da ſecũdũ qđ refert Magiſt.in hiſt.ꝙ.ſerpẽs ille quẽ elegit diabo *Gen.c.21.in*
lus ad decipiẽdũ,fuit ꝗdẽ ſerpẽs,ſed habẽs vultũ quaſi muliebrẽ *medio.*
virgineũ:vt ſic quaſi ex ſimilitudine formæ ſibi applauderet. Vel
dicẽdũ ꝙ nõ tẽtauit diabolus nſi ſicut fuit à Deo ꝑmiſſus. Fuit
autẽ permiſſus in ſpecie ſerpẽtis,vt ꝑ hoc quod eſt animal turpe

Universidad de Deusto Biblioteca

&venenoſum poſſet Eua aliqualiter deprehẽdere dolũ ſuũ:vt tẽ
tatio ſcilicet eſſet minus violẽta:& ſi caderet, eſſet Eua min⁹ ex-
cuſabilis.Si quæritur,vtrũ ille ſerpens eſſet ſerpens verus,vel aſ-
ſumptus ex vaporibus formatus?Nõ eſt magna vis tamẽ veriſi-
mile eſt quod fuit ex vaporibus, q̃a ille eſt cõmunis modus dæ-
monis.Sed nũquid credidit mulier ꝙ ſerpẽs qui loquebatur eſſet
ſerpens purus, vel ꝙ in eo eſſet angelus? Aliqui credũt q̃d nullo
modo Eua fuit ita fatua,ꝙ hoc credere poſſet : p̃ſertim cũ in ei-
nullus error poſſet eſſe niſi peccatũ pręceſſiſſet quia oĩs error eſt
pœnalis:quãuis ignorãtia vel neſcientia poſſit eſſe naturalis. Itẽ
decuit eã eſſe ſapientiſſimã, ſicut vniuerſalẽ matrẽ toti⁹ humani
generis, parũ aũt ſciret, niſi ſciret illã diſtinctionẽ humanæ ſpe-
ciei cõtra totũ gen⁹ animaliũ eſſe per rõnale & irrationale,cũ il-
lud ſciant pueri artiſtę.Pręterea ſi crediſſet ꝙ eſſet tãtũ ſerpẽs,
nõ fuiſſet ei locuta de altiſſimis tanquã parũ rõne vtẽti. Nec igi
tur crediſſet de rebus altiſſimis & ſecretiſſimis,ſcilicet, ꝙ eſum
cõſequeretur ſciẽtia Deorũ,quod nõ poterat capi exvi aliqua li-
gni,ſed exvi aliqua diuina:&quaſi modo ſacramẽtali aſſiſtẽte illi
ligno,ſicut dicetur ſuper illũ paſſum.Ideo puto eã nõ crediſſe
eſſe purũ ſerpentẽ,ſed ſciuit Angelũ ſibi in ſerpente loquentẽ.Et
quãuis crederet fortè eũ bonũ angelũ,nõ propter hoc deprehẽ-
debat eius fraudẽ,q̃a angelus eo modo loquebatur quo poterat
loq̃ homini pro illo ſtatu:vnde ꝙ corpore vtebatur erat ex neceſ
ſitate,vnde nõ poterat deprehẽdi ꝙ fieret ex mala voluntate. *Ne*

*Rei illicitæ & vſus & tactus prohibitus.*

*comederemus & ne tangeremus illud,ne fortè moriamur.* Rerum enim
illicitarũ nõ tantũ prohibetur vſus,ſed etiã tact⁹. Et intelligo de
tactu qui ordinatur ad vſum de ꝓpinquo:vnde ſicut ꝓhibitũ eſt
vti muliere carnaliter impudicè,ita tãgere tali tactu, qui de ſe ad
talẽ actũ diſponit,vel in ſe illũ intẽdit, ſicut tãgere impudico ta-
ctu.Sed quæritur quomodo potuit eſſe in muliere talis hęſitatio
cũ prius nõ peccaſſet?Dicẽdũ ꝙ potuit hæſitare abſq; culpa. An
ſentẽtia illa eſſet data omninò irreuocabiliter,aut ꝙ ſic inferret,

*Anſel.in li. de caſu diaboli cap.23.*

niſi De⁹ vellet eã miſericorditer remittere:ſicut etiã dicit Anſ.de
caſu diaboli,ꝙ primus angel⁹ neſciuit ſe ſic peccare,vt foret irre-
uocabiliter damnandus,ſicut fuit.Itẽ alio modo poteſt reſpõderi,

*Aug.lib.11. c.30.tom.3.*

ꝙ ſicut dicit Aug.li.11.ſuper Gen. ad lit.c.16.ꝙ aliqua elatio præ
ceſſit in muliere q̃ excæcauit eius intellectũ,& inclinauit ad cre-
dẽdũ:&fuit fortè elata ex blãdo modo loquẽdi &reuerẽti modo

*Mulier eſt magis gloriæ cupida quã vir.*

quẽ tenuit angelus loquẽdo cũ ea. Mulier eñ quaſi à natura eſt
magis glorioſa & magis gloriæ cupida. *Dixit autẽ ſerpẽs ad mulie-
rẽ, Nequaquã: ſcit enim Deus,&c.* Verbũ eſt ſcriptoris vel Moyſi.In
quoli



quolibet enim libro inueniuntur quædã verba quæ non dicũtur
in perſona ſcriptoris ſed alicuius alterius,ſicut illa verba, *Non eſt
bonum hominem eſſe ſolum. &c.* Alia autem ſunt verba ſcriptoris
aliquã veritatẽ enunciantis,ſicut illa verba, In principio creauit
Deus cœlum & terrã,&c.Sicut hìc dicitur, Dixit autẽ ſerpẽs ad
mulierem.Diabolus ſecundũ veritatem, ſerpens ſecundũ appa-
rentiam ſenſibilem,& ſecundum metaphoricã proprietatẽ dici-
tur.Et vocat eam proprie mulierẽ: quia iam ex hæſitatione pro-
bauerat eam mollem & inconſtantẽ,& ſequitur, *Nequaquã morie-* *Mulier dicitur quia mollis.*
*mini*,vbi vt interdat ad trãſgreſſionẽ, promittit impunitatem & 
abiicit diuinum timorem.Inter omnia enim quę tenẽt hominem
in bono & retrahũt à malo,eſt timor diuinus.Nã qui timet Deũ,
faciet bona,&ideo cũ vult diabolus introducere peccatũ in mẽ *Timoris Dei quanta neceſſitas.*
tem hominis,conatur abiicere timorẽ Dei & ſuæ iuſtitiæ vel ſui
rigoris,Et introducere curat præſumptionẽ impunitatis & ſecu
ritatẽ malã:& tũc aperit oſtia mẽtis omni iniq̃tati,malitiæ & va-
nitati.Propter hoc dicit diabolus, *Nequaquam moriemini. Scit enim
Deus, quod in quacũq; die comederitis,eritis ſicut dij ſcientes bonũ & ma
lum.* Ecce quod aduocat diuinã ſciẽtiam in teſtimoniũ falſitatis.
Sed quæritur, quam apparẽtiam potuit habere verbũ ſerpentis,
quod ex comeſtione vnius ligni,homo ſcientiã reciperet boni &
mali.Imò tantã ſcientiã ſicut diuinæ perſonæ.Scientia eñ nõ ac-
quiritur per comeſtionẽ,ſed per ſtudiũ & ſpiritualem & intelle-
ctualẽ exercitationẽ.vnde videtur fatua fuiſſe valdè ſi hoc credi-
dit:vix eñ eſt homo ita ſimplex qui hoc crederet,quod ex come
ſtione alicuius generaretur mẽti aliq̃s habitus. Cibus enim agit
in ventrẽ,non in mentẽ:reſtaurat corpus,non mentem.Ad quod
dicendũ q̃d Eua nõ ita fatua fuit,nec diabolus ita incredibile ꝓ-
poſuit:imo cautiſſime ꝓceſſit. Nã ſecũdũ Aug. in ſermone de S.
Laurẽtio.Quantũcũq; aliquid ſit incredibile, ſi video de facto ſi *Aug. ſerm. 3.circa principiũ to.10.*
mile:iudico eſſe poſſibile.vnde dicit,Nã cũ mihi quædã impoſſi-
bilia videbãtur,cũ ſimile eſſe cõſpexi : poſſibilia eſſe cognoui,ſi-
cut dicit de paſſione S.Laurẽtij. Multipliciter aũt ꝓbauerat q̃d
lignũ vitę quaſi modo ſacramẽtali erat,cõueniẽs exvi diuina ſibi
aſſiſtẽte,reſpectu vtẽtiũ ad p̃ſeruãdũ corpus humanũ ab oĩ cor-
ruptione,Secũdũ q̃d dicit Aug.li.13.de ciui. Dei c.20.ac per hoc *Aug. li. 13. c.20.tom.5.*
ſimpliciter poterat credere valdè leuiter q̃d lignũ illud p̱ vim di-
uinã ſibi aſſiſtẽtẽ p̱ficeret in cognitione mẽtes ſumẽtiũ de illo li
gno:ideo q̃a leuiter potuit credere ꝓpter ſimile,Diabol⁹ ſicut ve
riſimile ꝓpoſuit,& ipſa ex ſimili experto ſtatim illi credidit &cõ
ſenſit,It nota cũ dicit, *Aperiẽtur oculi veſtri.* Intelligit nõ de oculis

Universidad de Deusto Biblioteca

corporalibus ſed mentalibus. Bonum enim & malũ obiecta ocu-
lorum ſenſibilium non ſunt:ſed intellectualium,vnde locutio eſt
metaphorica qua corporalia trãsferũtur ad ſpiritualia. Oculi di-
*Papias.* cuntur ſecundum Papiam,quia eos ciliorum tegmina occultant,
*Iſid. lib.* 11. vnde oculi quaſi occulti:& dicũtur ab oculo oculis. Et hoc ponit
*cap.* 1. *inter* Iſidorus etymologiarum libro 11.cap.1.& Papias eadẽ verba po
*principiũ & medium.* nit. Et attende quod dicitur. *Et aperientur oculi veſtri*, non quod
eſſent clauſi totaliter & cognitione carentes:ſed quia nõ erãt ad
ſciendum bonum & malũ intenti. *vidit igitur mulier.* Ponitur poſt
tentationẽ ipſa præuaricatio. Et ponũtur tria perordinẽ, Primò,
*Tria ſunt in* *vidit*,poſtea,*tulit*,deinde,*comedit*,propter tria quę ſunt in peccato.
*quouis pec-* ſcilicet,cogitatus,cùm dicit,*vidit*. Ideò ſummè cauendũ eſt quid
*cato.* homo in corde reuoluat:quia omne malũ intrat per ſenſus & co
*Nota.* gitatus.vnde ille eſt ianitor diaboli,ſcilicet,oculus & malus cogi
tatus q introducit beſtias inferni,quę animas vaſtant,ſecundum
illud Tren.3.Oculus meus deprædatus eſt animã meam. Et po-
nuntur tria quæ ſunt in cogitatu,quæ ſolẽ mouere afectũ. ſcili-
cet,bonum vtile,quod ponitur cùm dicitur, *bonum adveſcendum*,
bonum honeſtum cùm dicitur, *pulchrum oculis*: bonũ delectabile
cùm dicitur,*aſpectu delectabile*. Et cum iſta affectum moueant,ſe-
quitur. *Et tulit de fructu*. Niſi conſenſiſſet non tuliſſet. Tertiò poſt
cogitatũ vel conſenſum ſequitur effectus, *Et comedit*. In quo fuit
completũ peccatum. Non tantum autem peccatum ſui cõſum-
mauit,ſed etiam aggrauauit, eo quod virũ ad conſimile peccatũ
*Peccatũ mu* ſollicitauit. Illud autẽ potuit facere vel ex carnali & naturali affe
*lieris aggra* ctione,quia dulcedinẽ fructus probauerat, & quod eratbonũ &
*uatur.* dulcevoluit ſocio cõmunicare:vel potuit eſſe ex vitioſa & corru-
pta volũtate,qa iam in aliquo ſe peccaſſe ſenſit:& ex ſocietate vi
ri in crimine excuſationẽ ſui criminis quæſiuit. *Et comedit*, Mirum
eſt quod Adam ita citò conſenſit,cũ ita eſſet illuſtratus. Ad quod
poteſt dici quod Adã nõ credidit ſicut Eua, Nã quia Eua credi-
dit,prop tereà dicit amplius 1.ad Tim.2 Adã nõ eſt ſeductus, ſed
Eua ſeducta fuit, Sed quãuis nõ credidit illud, *Eritis ſicut dij, &c.*
*Aug. li.* 14. videtur quod ſeductus fuit. Nam Aug.lib.14.de ciuit. Dei cap.11.
*ca.* 11. *to.* 5. & 13. dicit qđ inexpertus diuinæ ſeueritatis æſtimauit ſe in Dei
oculis ita charũ,quod ſententiam de morte non exequeretur ſu
per eum:ac ideò Eua multipliciter fortè ſuadente comedit, quia
*Aug. lib* 14. cum multum eam diligeret & aliã ſociã non haberet:nolut eam
*de ciui. c.* 11. cõtriſtare,vnde ex tali cauſſa frequẽter fit quod offenditur Deus
*à medio* ne offendatur amicus. Nec propter hoc minus peccauit ſecundũ
*tom.* 5. Auguſtinum ibid.,immò magis, quia ſciens & prudẽs peccauit.





vnde multũ exaggerat Auguſtinus iſtius peccati magnitudinem.
*Et aperti ſunt oculi amborum*. Nõ quod prius eſſent clauſi, ſed quia
tunc experti ſunt quod nõ habebant,ſcilicet, differentiã boni &
mali. *Cúmque cognouiſſent ſe nudos*. Quamuis prius ſcirẽt ſe nudos.
hoc tamen dicitur,quia prius nõ habebant id ſicutverecundum,
nec ſicut dãnoſum:ideo ſuper nuditatem oculos nõ ponebant,
Sicut homo in camera nõ curat de incompoſitione ſua, ſicut nõ *Accommo-*
conſideratur quod nec eſt cauſa boni nec mali:ſed quando eſt in *da ſitis.*
aperto,tunc cõuertit ſe ad ſuum defectum: quia ſibi infert vere-
cundiam. *Conſuerunt folia ficus*, Non cum acu vel ferro, ſed for-
tè cum aliqua herba,vel iunco tenui ad modum fili. *Et fecerunt ſi-
bi periZomata*,id eſt,circũcinctoria,quaſi braccas, à peri, quod eſt
circum,& zoma, quod eſt corpus. *Et cùm audiſſent*. Hic agitur de
primorum parentũ punitione: & primo de eorum accuſatione,
Secundò de eorum miſericordi conſeruatione, *Et vocauit Adam*,
Tertiò de eorum à Paradiſo eiectione, *Ecce Adam, &c.* In primo
ſic ꝓcedit ſicut bonus & optimus Iudex. vnde originaliter & ra-
dinaliter hìc docetur proceſſus iudicij. Primò eñ ponitur iudicia
ria inquiſitio ſeu interrogatio. Secũdò interſeritur peccantiũ cõ *Optimam iu*
feſſio,ibi *Mulier quam dediſti mihi, &c.* Et tertiò ſubditur condem- *dicij formã*
natio,ibi, *Ait Dominus ad ſerpentè*. Dicit igitur, *Et cum audiſſent vo-* *Deus obſer-*
*cem domini deambulantis*. Iſta Dei apparitio ſecundum Auguſti- *uat.*
num 11.ſuper Geneſ. cap.33.fuit facta per creaturam viſibilẽ ſiue *Aug. li.* 11.
formam,vnde & auribus ſenſibilibus audierunt aliquam vocem *c.*33.*tom.*3.
corporalem,& hoc vt ipſi homines cum Deo tanquã cum homi-
ne loqueretur, Sicut Abraham locutus eſt cum Deo ad quercum
Mambre, Si quæritur,quomodo cognouerũt quod ille eſſet mo-
dus Dei vel lex eius, & quod ille qui loquebatur eſſet Deus?
Dicit Auguſtinus cap. præfato quod ſatis probabile eſt, ſolere *Ibidem cap.*
Deum in forma humana illis hominibus apparere:quia per crea 34. *tom.* 3.
turam tali actioni cõgruã.vel poteſt dici,quod in forma qua ap-
parebat,relucebant quædam diuinę maieſtatis inſignia & autho
ritatis: ex qua vel cũ qua immittebatur audienti vel intuenti ſen
ſus diuinæ præſentiæ. *Ad auram poſt meridiem*, Id eſt, hora
nona, Nam ſexta hora ſecundum quoſdam peccauit, & etiam
ſexta die. Litera autẽ Hieronymi habet. ad veſperam. Et loquitur
de eo ad modum viri in horto ſuo propter æſtum refrigerium
quærentis. Et dicitur aura ab aëre,quaſi aëra: quia leni & ſuaui *Hier. in heb.*
motu aëris facta. *Abſcondit ſe Adam*, Quæritur quomodo A- *queſt. ad*
dam fuit ita demẽs, quod Deo cuius oculi intima omniũ rerum *hunc locum*
penetrant,ſe occultabat,& maximè per latibula lignea? Ad hoc *tom.*3.

Universida de D... Biblioteca

*Aug. li. 11. cap. 73. circa finē to. 3.*

Auguſtinus lib. 11. ſuper Gen. cap. 33. reſpondet, & dicit quod nō eſt, mirum, ſi ex paſſione pudoris & timoris fecit aliqua demētię ſimilia, cum homines prudētiſſimi, ex talibus paſſionibus ita frequenter ligentur: quod fiunt quaſi pueri & tremuli & trepidi, & verbum & vſum rationis amittunt. Et hoc præcipuè potuit contingere quia etiam iudicem ſuum ſentiebat non tantū ſide, non tantum mente: ſed etiam corporali ſpecie. Ideoque maiorem timorem ingerebat, *In medio ligni paradiſi*, id eſt, in medio lignorum, ſigulare pro plurali aſſumendo. Hæc autem apparitio Dei fuit facta homini vt reduceretur ex tali timore ad pœnitentiam: ſecundum quod patet ſecundum faciem literæ. *Et dixit ei vbi es?* Hæc autem vox vel quæſtio, non fuit Dei ignorātis: ſed Dei reſpōſionem de miſeria in quā ceciderat, extorquere volētis. Fuit etiam inſultantis & vocantis Adam ad comparendum corā iudice pro meritis recepturum, Culpa enim ſua eum corā Deo accuſabat: & Dei iuſtitia eum ad iudiciū proclamabat, cùm dicit,

*Paſſio hominem etiam prudentiſſ. puero facit ſimilem.*

*Adam cur prius interrogatur quā Eua.*

*Adam vbi es?* Et interrogauit prius Adam quàm Euam, quia peccauerat recentius: ideo peccatum ſuum erat recentius. Nam procedit more hominum inquirentiū abſcōſa & occultiora per præſentiora & patentiora. Item interrogat eum prius, quia ipſe erat principalior, & corruptio generis humani magis ad ipſum ſpectabat. Itē alia ratio eſt, quia veritas vt eſt virtus moralis eſt ex quadam conſtantia, & audacia eſt dicere rem ſicut eſt: In timore aūt audaciores ſunt homines quàm mulieres, & fontes quā molles. Item quia naturali cōplexione eſt homo veracior: & citius confiteretur culpam: ideo à pœna ſuæ nuditatis inquiritur & cōcludit ſuam culpam, quia per culpam inciderat in illam pœnā cùm dicit, *Quis verò oſtendit tibi quod nudus eſſes, niſi quod de ligno de quo tibi præceperam ne comederes, comediſti?* Et nota quòd ſerpens non interrogatur, quia omnino peruerſus erat & obſtinatus, & finaliter cōdēnatus: ideo illa interrogatio nihil profeciſſet quia non fuiſſet correptoria. Dicit tamē Augu. lib. 11. ſuper Geneſ. cap. 36. quòd ideo nō interrogauit ſerpentem, quia hoc fecerat non per ſeipſum, ſed per diabolū mouentē ipſum: Sicut angelus locutus fuit per aſinā, vnde vult qđ fuit verus ſerpēs. *Mulier quā dediſti mihi.* Ecce quod culpam ſuam refert & in mulierem, & in Deū per reductionem, quia Deus dederat mulierē. Hæc autē dixit vt fortius ſe excuſaret, credēs quod Deus ſibi citius remitteret, ex quo ab aliquo à Deo dato homo ad peccādum occaſionē acceperat. Vnde cùm homo quærit excuſationis ſuffugiū, nunquā petit veniam: nuſquā infirmus implorat medicinam. Attēde tamē quod

*Cur ſerpens non interrogatur.*

*Aug. lib. 11. ca. 30. circa mediū to. 3.*

isti



iſti ſuā culpam non negāt ſicut Cain, ſed in aliū referunt vt alleuiēt & excuſent Nō tamē à toto, q̄a ſciebāt quod habebāt libertatē, & ſciētiā, & cognitionē, & gratiā: quibus accedētibus poterāt peccato reſiſtere, & nō cōſentire. Tamen volebāt ſe excuſare à tāto, quia culpabilius eſt cadere nullo inſtigāte, quā aliquo ſuadēte: ideo homo refert in mulierē aut in ſerpentem. Iſta eſt enim natura cōſpirātiū in aliquem, quod quādo reprehendūtur, vnuſquiſq; totum malum in aliū refundit & excutit à ſequantum poteſt, & alteri imponit: & ſic ſoluitur talis cōcordia, ſicq; cōtigit in propoſito *Serpens decepit me.* Et hoc patet quod capiebat in ſerpēte ipſa Eua aliquā ſubſtantiā ratione vtentē, quia nūquā naturæ brutali imponeret ꝙ decepiſſet eā quia decipere eſt naturæ ſagacioris & aſtutioris. Ideò etiam ipſe homo de muliere nō dicit, Mulier decepit me, q̄a tūc recognouiſſet mulierē aliquo modo aſtutiorē & ſimpliciorē, vnde mulier in ſerpēte credidit eſſe angelū ſagacioris & aſtutioris naturę. *Et ait Dominus ad ſerpentē,* Vbi dat pœnas pro peccato. Et debito ꝓcedit ordine, quia ſicut peccauerunt: ita ſecundum ordinem puniuntur. *Quia feciſti hoc ideo maledictus eris.* Aliqui exponūt literam iſtam moraliter, referendo ad mores. Vel ad malitiā diaboli, exponēdo myſticè non literaliter. Tamē credo quod poteſt literaliter exponi de ſerpente vero. Nā ex facto iſto eſt animal generi humano odioſum: quia fuit primę præuaricationis inſtrumentum. Vnde ſicut ſignum crucis eſt diabolo odioſum, quia fuit inſtrumētū quo Chriſtus exhibuit nobis noſtrę liberationis beneficium: ita ſimiliter ſerpēs eſt apud homines maledictus, quia fuit talis maledictionis inſtrumētum, Vnde eſt maledictus ſuper omnes beſtias terræ. Et licèt ſit animal venenoſum: tamen ex euentu iſto eſt redditū magis odioſum. Quare autem eſt punitus ſerpens, cùm nō ſit animal quod habeat liberum arbitrium? Dicendum quòd illud fuit ad oſtenſionē diuinæ iuſtitiæ, & ſcandalum vitandū, ne videretur quod Deus peccatū alicuius naturę intellectualis dimitteret impunitū: ideo ſicut fuerat in eo aliqua ſimilitudo intellectualis, quia ſcilicet loquebatur: ita eſſet, in eo aliqua ſimilitudo pœnæ inflictæ ꝓ peccato. Quod autem ſequitur, *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ*, quidam exponunt & dicunt quod ſerpentes tunc ibant & incedebant erecti, & veſcebātur fructibus, viuebantque de terræ naſcentibus, ſicut recitat Magiſter in hiſtoriis: Vnde quod ſupra ſuum pectus gradiantur, habēt ex iſta ſententia, non ex natura. Hoc autem friuolum videtur, Nam nos non videmus quod habeant pedes vel inſtrumenta quibus poſſent

*Nota.*

*Nota commodum exemplū ad propoſitum.*

*Cur ſerpens punitur pro peccato Adæ.*

*Hiſt. ſcho laſt. in Gen. cap. 21.*

Universidad de Deusto Biblioteca

incedere erecti cum pars eorũ vltima ſit in fine debilior ad totũ
corpus,& ita illud ei nõ poſſit inniti. Ideò dico quod aliqua incõ
moda ſunt quę habẽt ſerpẽtes ex iſta ſentẽtia, ſicut quod eſt ma
ledictus & horribilis redditur ex iſto facto,& ex facti cõſideratio
ne fidelibus,& ex inſtinctu aliquo per diuinã iuſtitiam & ordina
tionẽ cõplãtato in omnibus fortè, ſicut etiã eſt ſequẽs pęna quę
ponitur conſequenter cùm dicitur. *Inimicitias ponã inter te & mu-
lierem.* Aliqua autem ſunt incõmoda quæ habuit antè, ſicut ſunt
iſta, *Super pectus tuum gradieris, & terrem comedes.* Et iſta ponun-
tur & replicãtur vt ex hoc aggrauẽtur alia & appareat maior pœ
na, ſicut maior eſt afflictio addita infirmo quàm ſano. *Inimicitias
ponam inter te & mulierem.* Ad literã credo quod ex aliquo inſtin-
ctu facto in muliere à Deo, habet quendã horrorẽ & imaginatio
nem quaſi naturalẽ ad ipſum ſerpentẽ. Vnde ſit vt mulieres ma
gis nitantur iſtã ſpeciem exterminare,& caput ſuum conterere.
*Qmales inimicitiæ inter ſerpẽtem & mulierem.*
Vel aliter dici poteſt, quod mulier ex natura habeat, ſicut ſexus
infirmus, quòd iſta venenoſa horreat, quod ante nõ horrebat in
ſtatu innocẽtiæ,& tũc hoc habebat ex ſpeciali dono diuinę gra
tiæ, quod poterat certidunaliter iſtorũ nocumẽta vitare, ac ideo
nõ curabat iſta perſequi: Sicut etiã ex natura complexionis nũc
patitur in partu mulier, tamẽ ex gratia Dei nõ pateretur in ſtatu
innocentiæ. Ideò ex culpa quæ iſtã gratiã priuauit, eſt iſta pœna.
Itẽ poterat eſſe quod aliqd erat in animalib⁹ brutis,& aliqua im
preſſio qua homini obediebant & parebãt. Iſta autẽ omnia ceſſa
uerunt per hominis culpã. Animalia enim fuerũt ſuis naturalib⁹
paſſionibus relicta,& mulier fuit omni gratia deſtituta:& gratia
gratũ faciẽte,& omni alia gratis data. Ideò ex peccato factę ſunt
inimicitiæ iſto modo inter ſerpẽtẽ,& mulierẽ. Vnde dicitur: *Ipſa
conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo illius.* Quod dictum
eſt ſecundũ literam, quia ſerpẽs ambulat ſuper pectus, inſidiatur
calcaneo, ſicut parti ſibi propinquæ, ad quã facilius poteſt attin-
gere: *Et ipſa conteret caput tuum.* Quia aliquid hærens terræ, de
facili poteſt ipſum terere. Mulieri quoq; dixit, M*ultiplicabo ærum-
nas tuas, &c.* Ecce vbi ponitur pœna mulieris, & ponũtur hic pœ
næ quatuor, Prima multitudo inopiæ & miſeriæ, vndedicit, *Mul-
tiplicabo ærumnas tuas.* Secunda eſt pœnalitas grauidationũ & im
*Quatuor mulieris pœna.*
prægnationum. Nam per conceptus non intelligit conceptũ pro
lis qui fit per coitum, in quo eſt inordinata delectatio vel libido,
ſed intelligit imprægnationẽ ſubſequentem ipſum conceptum,
quãdo ꝓles creſcit & augmẽtatur, in qua imprægnatione & gra
uidatione multa incõmoda cõcomitãtur. Vnde Hieronim⁹ dicit
*Hierony. in hebr. quæſt. ſuper geneſ. tom. 3.*

quod



quod vbi nos habemus ęrumãs tuas & cõceptus tuos, ſeptuagin
ta habent: triſtitias tuas & gemitus tuos. Tertia pæna eſt dolor
parturiẽtiũ, quæ maxima eſt ꝓpter raritatẽ complexionis mulie
rum,& teneritudinẽ illarũ partiũ, & artitudinem earũ, reſpectu
ſuorũ fœtuum. Item propter abundantiam retentorum mẽſtruo
rũ ſanguinũ, quę ſi nõ bene purgãtur, infinitæ infirmitates & tor
ſiones generantur,& illi humores corrũpuntur, Propter quæ di-
citur: *In dolore paries filios.* Quarta pœna eſt ſeruilis ſubiectio eius
ad virum, vnde dicitur: *Sub viri poteſtate eris.* Prius quidem erat
ſub eius poteſtate ad regimẽ & vtilitatẽ ſuæ directionis & guber
nationis, abſq; omni pœna & diſplicentia & vilitate. Sed inquan
tũ ponitur in pœnã eſt in ſeruili vilitate, & cùm eius diſplicẽtia,
& includit multa incõueniẽtia. Vix enim poteſt eſſe quod vir pro
pter qualitatẽ corruptionis naturæ nõ exerceat poteſtatem ſuã
in mulierẽ immoderatè & ſuperbè: præcipuè propter maguum
*Quomodo mulier ſub viri poteſtate erat ante peccatum & poſt.*
hominis zelum, quem habet ad vxorem, propter ſuę libidinis ca
lorem & feruorẽ. Et nota quod iſtæ pœnæ non tantum reſpiciũt
perſonam Euæ, ſed totam ſuam poſteritatem. Iuſtum enim eſt,
quod ſicut in ipſis peccauimus, ita in ipſis omnes puniamur. *Adæ
verò dixit.* Hîc notatur pœna inflicta virò. Et prima pœna eſt mi-
ſerabilis in ipſa vita afflictio ſecunda mortis corruptio ibi, *Quia
puluis es.* Procedit autẽ primo ſic, quia primo ponit culpã peruer
ſi cõſenſus,& poſtmodũ inordinati effectus, ibi *Et comediſti de li-
gno,* Iſti enim ſunt duo pedes peccati cõpleti, Cõſenſus & actus.
Peccauerat enim & vxori conſentiendo,& lignum vetitũ come-
dendo,& ponit pœnam. *Maledicta terra, &c.* Tamen formalis ra-
tio eſt in conſenſu, quia actus nõ eſt peccatum niſi propter con-
ſenſum.
*Duo pedes peccati ſunt conſenſus & actus.*
Si autem tu opponis eodem modo, non eſt cõſenſus ma
lus, niſi propter actum malũ. quia ſi actus eſſet in differẽs, vel bo
nus, conſenſus in actũ non eſſet peccatum.
*Obiectio.*
Ad hoc dic quod in
conſenſu formaliter eſt peccatum. Nam oportet ad peccatũ po-
nere conſenſum in actu, tamen ad peccatum nõ oportet ponere
actũ ſecundum effectum, ſed tantum ſecundum quod eſt volun
tatis obiectum. Obiectum autẽ poteſt eſſe non exiſtens actu, dũ
tamen ſit apprehenſum, ſecundum quod dicit Philoſophus 3. de
anima, quòd obiectum voluntatis eſt bonum ratione apprehen-
ſum. *Quia audiſti vocem vxoris tuæ.* Mulier enim debet audire vo-
cem viri, nam ad ſolam eius vocẽ debet parere, niſi videret quod
vox eius contineret aliquid voci ſuperioris contrarium, iuri ſcili-
cet naturali, vel diuino, vel poſitiuo, ad quod eſſet magis obligata
quàm viro. Sicut etiam ſubditus debet audire vocem prę̧lati, nec
*Ariſto. li. 3. text. 46. & ſequen.*

debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet diſcutere de ſuo pręcepto,niſi appareret euidẽter error ali
quis.vir autẽ nõ debet audire vocem vxoris,nec prælatus ſubdi-
ti,quia neuter iſtorum habet auctoritatẽ, ſed tamẽ debet audire
vocem rationis per mulierẽ loquentis vir,vel per ſubditum præ-
latus:quia ratio pręſidet,& pręfertur & viro & prælato,& veritas
& æquitas.Mulieres etiã habet ex facto iſto legẽ ſibi præſcriptã.
Nã vir ſuper mulierem à principio authoritatem ſuſcepit,tamen
neglecta ſua authoritate priꝰ mulieri obediuit, & eius vocẽ audi
uit & ſine ratione,Imò cõtra rationẽ ei obediuit magis quã mu-
lier viro.vnde ille ꝓpter vocẽ inferioris cõtempſit vocẽ Dei præ
cipiẽtis,& rationis dictãtis, nõ audiri debere mulierẽ vel vocem
eius,niſi vox haberet ex ratiõe vigorẽ & auctoritatẽ, propter ꝙ
dicitur hic, *Quia audiſti vocem, &c.* Et replicat ſecundum iu-
ris ordinem culpam,& procedit non tantum ſecundum culpam,
ſed ſecundum culpam confeſſam vel cognitam. Nam culpa ſu-
per quam fertur ſententia,debet eſſe vel per alios fide dignos ꝓ-
bata:vel à reo confeſſa.Poteſt autem quæri, quid terra demeruit
quia pro peccato Adæ maledicitur?Ad quod reſpõdeo,quod ter
ra non eſt maledicta in ſe vel in ſua ſubſtantia, vel reſpectu ope-
rationum diuinarum,Nam terra ſemper ſequitur diuinam volun
tatem & diuinum imperium, propter quod debet benedici aut
maledici,cum ſuo pareat conditori.Sed dicitur maledicta reſpe-
ctu operationum humanarum, Nam terra eſt homini nociua &
mala,& inobediens humanæ volũtati & ſuæ operationi. Dici-
tur. *In opere tuo*,Homo enim terram laborioſe excolit,vt inde fru
ctus colligat vnde viuat, & tamen quamuis multum laboret,
multa contra eius intentionem reddit,quæ magis homini nocẽt
quàm iuuant. vnde ſequitur: *In labore comedes ex ea cunctis diebus
vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ.*
Quaſi diceret, Tu pro comeſtione tua intendes & laborabis ad
habendum harbas,& dabit tibi ſpinas & tribulos. Et nota quod
pœna ponitur hic cõmutatio alimenti,quia herbæ,loco ſuauiſſi-
morũ fructuũ.Item labor acquirendi, quia fructus Paradiſi ſine
labore hominis naſcebantur,modo autẽ oportet quod terra la-
borioſe excolatur. Si autem quæritur ſi prius terra ſpinas & tri-
bulos germinaret?Reſpondeo quod non video, quin hoc fieret,
cum terra haberet ad iſta ſecundaria principia,& cœli eſſent ita
potẽtes,tamẽ iſta germinatio nõ eſſet homini pœnalis, quia ter
ra nõ excoleretur,vt aliud loco iſtorum expectaretur,cum viue-
ret homo de fructibus lignorum gratis productorum. Modo au
tem eſt pœnalis,nam cum maximo labore ſperat inde alimentũ,
propter

*Cur terra punitur.*

*Terra etiam in ſtatu innocentiæ tribulos genuiſſet.*



propter quod dicitur: *Germinabit tibi.* Priùs enim iſta germina-
bat terra,non homini, ſed animalibus iſtis vtentibus fortè ſicut
aſinis, qui inde delactabiliter comedunt: vel ad terræ orna-
tum, vel ad eleuandum hominem ad laudem Dei, multipli-
cibus generibus entium, vel fortè ad aliquam neceſſitatem ani-
malium brutorum, ſicut ad aliquam curam alicuius infirmita-
tis, propter aliquam virtutem quam haberent vel adhuc ha-
bent reſpectu aliquorum animalium à tota ſpecie, Sicut non eſt
aliquid quod non habeat operationem conſequentem ſuam ſpe
ciem. Et nota quod Hieronymus dicit in hebraicis quæſtioni-
bus, quod: *in opere tuo*, Non intelligitur opus ruris colendi,
Sed opus hominis accipitur hic pro peccato hominis. vnde, *in
opere tuo*, id eſt, pro peccato, Intelligitur de maledictione de-
terioris. Nam terra fuit deteriorata per peccatum ſaltem reſpe-
ctu hominis. Et huic expoſitioni concordant Aquila, qui po-
nit, maledicta humus propter te, & Theodoſion, qui ponit,
maledicta terra in tranſgreſſione tua. Et ſequitur: *In ſudore
vultus tui veſceris pane tuo*, vbi expoſitiue dicit, & ponit ſu-
dorem vltus ad exaggerandum nimium laborem, vel in tan-
to labore pœnam, eo quod non ſolum in corpore, in quo ci-
tius eſt ſudor propter coopertutam veſtimentorum & propin-
quitatem quam habet cum corde, in quo eſt vena originalis ca-
loris: ſed etiam in facie erit ſudor, quæ tamen facies eſt re-
uelata & ventis expoſita. *Pane tuor*, id eſt, à te elaborato. Et
intelligit per panem quicquid eſt neceſſarium ad victum,ſecun
dum viam alimenti, & etiam indumenti. Iſta enim ſunt homini
neceſſaria ſecundum Apoſtolum, primæ ad Timotheum ſexto.
Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſumus.
Iſta autem pœna ſibi optimè competit, quia de ligno vetito
guſtauit voluptuoſe, ideo debet viuere laborioſe, quia cum
pœna ſit medicina quædam contra culpam & remedium,& me-
dicina, ſecundum Gregorium fiat per contraria, ſicut curan-
tur calida frigidis, ſi in culpa fuit libidinoſa delectatio, in pœ-
na debet eſſe laborioſa afflictio. Iſta autem medecina, labor ta-
lis, ſcilicet, non tantum eſt medicina curatiua, vel purga-
tiua infirmitatis præſentis, ſed etiam præſeruatiua, & cau-
tela pro futuris. Nam labor & vexatio humiliauit homi-
nem, ne nimis efferatur, & ne inſóleſcat, ſicut frenum continet
equum ne impetuoſe currat. Per iſtam autem literam habetur
quod homo qui ſine labore aliquo vtili panem comedit,ſi poteſt
cõmodè laborare, quod diuinam ordinationem quodammodo

*Hier in heb. quæſt. in Geneſ. tom. 3.*

*Nomine panis quiquid eſt neceſſarium ad alimentum intelligitur.*

*Gregorius.*

*Vt frenũ continet equum ſic labor hominini.*

Universidad de Deusto Biblioteca

infringit ſecundum illud .2.ad Tim.3.& 4.& ad Titum 3. Si quis non vult operari,non manducet.Et quia poſſet aliquis dicere q̄d homo debet aliquo tempore laborare & ſudare , & poſtmodum delitiis vacare,ſubdit terminum illius laboris , ſcilicet limitem mortis. *Donec*(inquit)*reuertaris in terram,de qua ſumptus es* , Vbi cū præfixo laboris nobis impoſiti termino,ponitur ſpecialis pœna peccati primi parentis,& ſuorum poſterorum , ſcilicet,corporis reſolutio in terram , & in ſua principia ſcilicet in elementa , ex quo reliquerat curam diuini regiminis quo poterat eſſe immortalis,& nō mori in illo ſtatu perſiſtens.Expoſitus fuit autem neceſſitati mortis,quia Dei mandatum reliquit , & non ex ſola naturali aptitudine ſuæ originis , nā ſumptus erat de terra quantum ad corpus , & ideo cum terrena omnia & elementaria ſint in ſua principia reſolubilia & generabilia & corruptibilia , oportuit,ex quo iuſtitia diuina eum priuauerat ſupernaturali gratia, quod reſolueretur via communi ſicut alia , & iſtam cauſam innuit dicens , *de qua ſumptus es* , Et expoſitiuè planius ſubiungit. *Quia puluis es , & in puluerem reuerteris.* Commemorat autem diligenter vilitatem ſuæ originis materialis, vt per hoc animoſitatem eius refrenet , & inducat ad ſuperneceſſariam virtutem vmilitatis , & hoc quidem ipſe Dei filius quod hîc facit verbo in veteri teſtamento,in nouo teſtamento in quo non tantum docuit verbo , ſed verbum confirmauit exemplo docuit & humilitatem , & ſtatum humilitatis ſeruauit , dicens , Matthæi 15. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde,Et ſubdit quomodo vocauit Adam nomen vxoris ſuæ , *Vocauitque Adam nomen vxoris ſuæ Euam , eo quod mater ſit omnium viuentium* , Vbi agitur de hominis miſericordi conſeruatione, ſicut de eorum indutione. Hîc autem videtur mirandum , cur nominatio vxoris hîc ponitur tantum. Poteſt eſſe ratio,quia Adam prius vocauerat mulierem à ſuo naturali principio,dicens:Hęc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt. Hîc autem ex alio euentu aliter nominat eam , ſcilicet ex ſpeciali ipſius mulieris officio generationis pro omnibus poſteris. Eua enim interpratatur ſecundum Hieronimum in libro hebraicarum quæſtionum vita.Dicta eſt autem vita , quia ipſa eſt origo omnium viuentium , ſecundum quod ſtatim ſubiungit:*eo quod mater eſſet omnium viuentium.* Et ſcriptoris eſt cauſa vel ratio, & Adæ nomen illud imponentis. *Fecit quoque Dominus Deus Adam & vxori ſuæ tunicas pelliceas.* Eos quidem induit propter eorum neceſſitatem & honeſtatem. Neceſſarium enim eſt naturæ humanæ regumentum & propter frigus & propter

*Labor non niſi in morte finiendus.*

*Mulieris nominis ratio.*

*Hierony.in hebr. quæſt. in Geneſ. tom.3.*

*Cur.tegumentum eſt homini neceſſarium.*



propter calorem.Nā propter complexionis humanæ raritatē ſi exponeretur magnis algoribus, vel ſolis ardoribus , nimiū frig⁹ penetrās ipſam propter ſuā raritatē,calorē naturalē extingueret & nimius calor eius humorem conſumeret , & nimis deſiccaret.Alia autem animalia protegūtur vel duritia corij, vel pellis vel locis ſpecialibus:ſicut piſces qui protegūtur in aq̄s , vermes in terra,per quę vitant aëris intemperiem.Homo autē nō habet corium durū,nec pilos,nec poteſt manere extra aërem, cùm indigeat puro & magno aëre propter reſpirationē , & refrigerandum cordis calorē.Propter quod illi nō ſunt audiendi, qui dicūt quod veſtimēta nō ſunt neceſſaria niſi propter conſuetudinem, Nam tunc non erant ad veſtimēta conſueti. Induit etiam eos ꝓpter honeſtatem,ad cooperiendū ſuā verecundiam. Nam erubeſcunt homines naturaliter de mēbris genitalibus,quæ rationi & voluntati poſt peccatum rebellāt,ſicut dicit Auguſtinus 14.de ciuit.Dei. cap. 20.Induit etiam eos ad oſtendendū ſuam ad eos pietatem,& ſic daret aliquam ſpem de ſua reparatione , eo quod iam incipiebat de eis curare.Vnde ab iſto loco incœpit noſtram neceſſitatem releuare,& tunc conſummauit quādo ianuā Paradiſi per ſuam paſſionem aperuit. *Tunicas pelliceas*, Pelliceæ dicūtur à pellibus,quia de pellibus ſunt factæ, Pelles autem dicūtur, quia pellunt frigus,& ab homine & ab animalibus. In iſtis autē pelliceis mirabiliter aduocantur ad cōſiderationē ſui criminis, quia illi qui in principio in omnibus ſibi ſufficiebant,iam animalium exuuiis indigebant brutorū. Qualiter autem fecit, vel ſuo ſimplici imperio,vel angelorum miniſterio non cōſtat.Modus tamen Dei eſt communicare creaturæ quod poteſt ſuſcipere taliter vt inter creaturas ſit aliqua connexio actionum creaturarum ſuperiorū reſpectu inferiorum. Lex enim diuinitatis eſt infima per media ad ſuprema reducere ſecundum Dionyſium. *Ecce Adā quaſi vnus ex nobis ſciens bonum & malum.* Vbi ponitur eiectio eius de Paradiſo,& nota hiſtoriam vſque ad finem capituli. Verbum autem illud eſt verbum Dei inſultantis & poſteros deterrentis, quaſi diceret,Non ſolùm quod deſiderauit non obtinuit , ſed & quod habuit,Non conſeruauit.Voluit autem mulier ſcire bonū & malum cùm credidit diabolo dicenti,Erris ſicut dij ſciētes bonum & malum,& illud adam imponit,quia ſibi in hoc fauit & eā non corripuit.Vnde primo præmittit confuſibilem inſultationē. Secundò contra hominis vitam longam poſſibilem apponit cautelam,quia non fuit dignus Adam peccator ita diu viuere,nec in tanta ſanitate ſicut poſſet habere per lignum vitæ , vnde dicit,

*Aug. li.14. ca.20.paulo à fine. to. 5.*

*Pelles vndè dicantur.*

*Dion.cap.5. eccle.hierar. in tit. de ſacerdotū perfectionib. in principio. Inſultatio Dei contra peccatores.*

Universidad de Deusto Biblioteca

*Viuere in æternum quid ſit.*

*Nunc autem ne fortè mittat manũ ſuam, & comedat de ligno vitæ & viuat in æternum*, Hyperbolica eſt locutio vel exceſſiua, id eſt longiſſimo tempore. In ligno enim vitæ non tantum erat vis diuina ad modum ſacramentalis ad conſeruationem hominis, ſed erat qualitas abſoluta, qua erat proportionatũ & contemperatũ cõplexioni hominis. Locus erat etiã valdè contẽperatus, ita quod ſi ibi diu manſiſſent potuiſſent ita diu vixiſſe, Sequitur. *Emiſit eũ de Paradiſo voluptatis vt operaretur terram de qua ſumptus eſt*. Propter ſuum demeritum reductus eſt ad ſuum naturale & originale hoſpitium & miniſterium ſicut Domini ſeruos qui eos offenderũt, deponunt ab honore & ad priorem ſtatum, & domos ſuas viles remittunt, & ad officia priſtina vel eis debita. Secundum Magiſtrum in hiſtoriis Adam fuit poſitus in angulum vel agrum Damaſcenum, iuxta quem Adã & Eua ſepulti ſunt in ſpelunca duplici, & ibi fuerunt facti. Vnde autem hoc habet, neſcio, niſi quod Ioſue 14. dicitur, quod Ebron quæ fuit in ſorte tribus Iudæ, & fuit data Caleph, antè vocabatur Cariatharbe, id eſt, ciuitas quatuor. Et ſubditur in textu, Adam maximus ibi ſinus erat, vnde creditur quod vocata fuit ciuitas quatuor propter patriarchas ibi ſepultos cum vxoribus ſuis adam, Abraham, Iſaac & Iacob. Eſt autem veriſimile quod ibi ſepultus fuit vbi dixit. Hieronymus tamẽ dicit quod fuit eiectus ante fores Paradiſi, & quod habitare fecit eum contra Paradiſum voluptatis, & quod Deus poſuit ibi, Cherubin ad cuſtodiendã viam ligni vitæ. Tamẽ potuit eſſe quod licet eiectus fuit primò, ſicut ad primũ locum extra Paradiſum, quòd ibi non remanſit, ſed vltra delatus fuit vſque ad prædictũ locum ad angulum vel agrum, ſcilicet Damaſcenum.

*Hiſt. ſcholaſt. in Gen. ca. 24. Ioſ. 14.*

*Vbi ſepultus quóue eiectus eſt Adam.*

*Hiero. in Hebr. quæſt. in Gen. to. 3.*

*Et collocauit Cherubin ante paradiſum voluptatis*, Non oportet quod ibi fuerint fixi vel alligati ſicut vnus homo ianitor vni portæ, ſed vult dicere, quod ipſum locum commiſit cuſtodię angelicæ, qui dicũtur angeli Cherubin. Et dicũtur angeli Cherubin ab interpretatione, quia ſcientia pleni. *Et flammeum gladiũ & verſatilem*. Hîc ad literam loquitur ſecundũ corporalem ſimilitudinem vel metaphoram. Sicut enim gladius verſatilis & ad omnẽ partẽ vibrabilis, & præcipuè ſi eſſet ferreus, & cùm hoc flammeus, optimè cuſtodire aliquẽ locum, & homines ſummè terreret, & ratione ferri incidentis, & ratione ignis comburentis, & ratione verſalitatis hincinde attingẽtis: ſic vult intelligi q̃d angelica cuſtodia ita terribiliter illi loco præſideret, quod nullus ire præſumeret vel auderet, quoniam optimè cuſtodiũt, & tamen in cœlis Deo aſſiſtunt, non tantum mentaliter, ſed etiam ſubſtantialiter.

Vnde



Vnde ſequitur: *Ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*. Hoc lignum ſpecialiter nominat, quia propter illud non edendũ ſpecialiter clauſit Deus Paradiſum, quia per illud ſicut dictum eſt magis poſſet prolongari vita hominum. Iſidorus ethymologiarum lib. 14. cap. 3. dicit quod iſte locus eſt muro igneo ſeptus & interclusus, ꝙ vtrum ſit verum neſcio, ſed tamen poteſt eſſe quod circa mõtes & valles propinquas monti in quo eſt Paradiſus ſit multa mineria ſulphurea circum circa, quæ continuè reddat flammas, ſicut mons Vulcanus in Sicilia. Et nota quod Augſt. 13. de ciuita. Dei ca. 21. dicit quod nonnulli ſenſerunt totam hanc Paradiſum non ad literam eſſe vel fuiſſe corporalẽ, ſed ſolũ figuraliter fuiſſe deſcriptam, ad ſignandum intelligibilem Paradiſum gratiæ & gloriæ, & vitium ſibi contrarium per quod expellitur inde homo quod Auguſtinus improbat, licèt concedat illa verè ibi ſignari, ſicut per Agar & Saram ad Gal. 4. ca. deſignantur duo teſtamẽta: & nihilominus fuerunt duæ mulieres realiter & ſecundum veritatem. Sicut etiam per petrã de qua exiuit aqua Moyſe percutiẽte, figuratur Chriſtus ſecundum Apoſtolum 1. Ad Cor. 10. q dicit, Petra autem erat Chriſtus. Si autem opponitur tunc de partu abſq; dolore & corruptione quomodo ſit? Dico ſecundũ Auguſtinum 14. de ciuit. ca. 24. quod ſicut nunc manus & digitos liberè laxamus, & liberè ſtringimus, & conſimiliter labia noſtra & palpebras: ſic mulier laxaret & ſtringeret partem ſui vteri ad cõceptum & partũ, ſed nulla corruptione neruorum & arteriarũ, nec emitteret partum per violentã ſeparationem prolis à matrice, ſed magis per quandam digeſtiuã maturitatẽ. Et Auguſtinus ponit multa exempla ad hoc ibidem, & in materialibus, & in hominibus. Ex hoc autem ſequitur quod ſine libidine poterãt cõcipere & generare ex quod membra ad nutum obedirent. Si opponitur de meatibus & fecibus. Dico quod fortè alimentũ ita ſumeretur quod totum aſſimularetur. Et ſi eſſet impurum aliquid per ſubtiles euaporationes emitteretur. Item ſi eſſet groſſum, poſſet eſſe odoriferum ſicut quorundam animalium, & germen quarundẽ arborũ, & emitterentur ad voluptatem hominũ ſicut ſaliua. Et dato quod non emitterentur, meatus non eſſent ſuperflui, quia poſſent ſeruire multis aliis motionibus, & eſſent ad corporis ornatum, ſicut ſunt in patria vbi non emittuntur feces.

*Iſidor. li. 14. cap. 3. paulò à principio.*

*Aug. li. 13. c. 21. to. 5.*

*Aug. lib. 14. cap. 24. tom. 5.*

*Auguſt. loco nunc citato.*

*

Universidad de Deusto Biblioteca

## CAPVT QVARTVM.

ADAM verò cognouit vxorem ſuam. Poſtquam egit de lapſu primi parentis, igitur de ſucceſſione generationis lapſorum:& primo ſucceſſio generationis reproborum ponitur quæ facta eſt per Cain. *Cognoui quoque Adam vxorem ſuam.* Item primo ponitur origo, ſecundo conuerſatio, *fuit Abel,* tertio ſucceſſio, *Cognouit autem vxorem ſuam. Adam vero &c.* Nota quòd tam ſcriptura quam ſancti patres honeſtiſſime ſunt: circunlocutio pera aliquid pudendi includentia, & hoc vt quantum poſſent occaſionem libidinoſæ cogitationis pro audientibus vitarent. vnde Rabbi Moyſes dicit quod patres non habuerũt huiuſinndi nommina propria, ſed tranſumpta & accommodata, & hoc atteſtatur eorũ honeſtati & caſtitati. Nã ita caſti erãt quod etiã huiuſmodi nominare horrebant. videtur autem ex iſta litera quod illa die qua fuerunt creati vel paulo poſt peccauerũt primi parentes, Nam ſi ibi pluribus diebus ſtetiſſent, videtur quod cõueniſſent, quod non legitur. vnde inquiunt aliqui quod ſextò die peccauerũt, & circa nonã, ſicut Chriſtus ſexto die paſſus fuit & hora nona expirauit, & illã culpã expiauit, vt tẽpus liberationis reſpõdeat tẽpori trãſgreſſionis & præuaricationis. Et q̃d Adã prius non cognouerit Euã videtur etiam ex eo. Nam ſi eam cognouiſſet, concepiſſet, quia nulla eorum commixtio fuiſſet fruſtrata fructu debito & intento, & ſemper intendendo. *Peperit Cain dicens, Poſſedi hominem per Deum,* vnde à paſſione hac dictus eſt Cain, qui interpretatur poſſeſſio ſiue acquiſitio. Ex hoc autem & multis aliis colligitur Adam & Euam reductos ad Dei timorem & cultum, quia primum ſuum partum à Deo recepiſſe firma fide profitentur. vnde vexatio dedit eis intellectum. Sed & probatur ex ſequentibus, Nam Cain & Abel obtulerunt Deo ſacrificia, & veriſimile eſt quod non feciſſent, niſi à parentibus ad talem cultum in quo recognoſcunt Deum auctorem diuinæ maieſtatis informati fuiſſent. Si quæritur, quare Cain malus fuit prius generatus quàm Abel bonus? Reſpondet Auguſtinus 15. de ciuitate Dei, quod ſicut in vno homine non prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale gignitur, ſic ex Adam lapſo primo malum proceſſit, & poſtmodum per baptiſmum regeneratur, vel per aliud loco baptiſmi, vt per circunciſionem in veteri lege, vel per fidem & aliquã obſeruantiã in lege naturę. Et in hoc oſten-

*Rabbi Moyſes.*

*Qua die & hora peccauit Adam.*

*Adã & Eua pœnituere de peccato ſuo.*

*Aug. li. 15. cap. 1. circa mediũ to. 5.*



oſtenditur quòd bonitas morũ non eſt ex natura vel ex primogenitura, ſed ex mera Dei gratia *Rurſúmque concepit & peperit Abel.* Abel interpretatur luctus, Nam Eua poſtquã Dominum Deum deſeruit, planxit ſuã culpam, & recognouit eam. Et iſte eſt ordo pœnitendi, Moueri in Deũ deuotè, & peccatũ lugere, vel de peccato dolere. Vnde ſecundũ ordinem naturæ & iſtius litera, primò eſt motus liberi arbitrij in Deũ quã in peccatũ. *Abel fuit paſtor ouium, Cain autem agricola.* Ponitur poſt origenem prolis conuerſatio. Et nota quod quãuis Cain præ ceſſit in natiuitate, tamẽ Abel præ ponitur in cõuerſatione. Sed ſi quæritur, Quare Abel fuit paſtor ouium cùm tũc carnes nõ ederẽt? Dicitur quod potuit eſſe ꝓpter lanas & ſacrificia quæ ex illis debebãt fieri: & ad impinguandũ agros quos colebat Cain, vt meliꝰ fructificarẽt. Si quæritur, Quare ſancti Patres fuerũt paſtores ab initio? De Abel poteſt dici, quod Adã ex neceſſitate deputauit Cain filiũ ſuum maiorem & fortiorẽ agriculturæ, vt liberius poſſet Deo vacare, & quieſcere, & regere familiam. Abel autẽ deputauit officio multũ vtili pro victu humano poſt agriculturã. De aliis autem patribus ratio fuit conditio terræ Orientalis, quę abũdat in paſcuis propter maximũ beneficium Solis & temperatũ, qui Sol eſt pater omnium fructuũ. Alia ratio poteſt eſſe quia iſtud officium eſt aptum ſolitudini & ſimplicitati, orationi & meditationi, & humilitati, & præcipuè vbi propter multitudinẽ paſcuorum, vel latitudinẽ deſertorum eſt magna ſequeſtratio à plebibus & turbis. Et nota quod ab initio mundi omnes ſancti ſtatus populi Dei incipiunt à ſumma ſimplicitate, & humilitate & paupertate, & puritate, quod nos in multis poſſumus intueri, tam ex veſtitu quàm ex ornatu & victu, quia nõ erant textores. Vnde credo in vili tunica ſine calceis, nudis pedibus incedebant, & modum à Deo ſibi traditũ de pelliceis obſeruabant: ſine ſalſamentis etiã, & ſine vino de terræ fructibus viuebãt. Item in defectu ſociorum & miniſtrorum. Adam enim in perſona propria colebat terram, & fodiebat, & boues & iumẽta cuſtodiebat, & ligna deferebat. Eua etiã fuit ſola obſtetrix, & nutrix partuũ ſuorũ, & ancilla in omnibus domeſticis obſequiis domus ſuæ: & aquã ferebat, & ignem incẽdebat. Non erat etiã vſus pecuniæ, nec cõtractus venditionum, nec litigia cauſſarum. Itẽ quia habebãt ſimpliciſſimas domos & viles, ruſticano opere formatas, nec dũ erat vſus muſicorum vel inuẽtio inaniũ cantilenarum. *Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ.* Ex hoc patet quod falſa eſt opinio dicentium quod ſacrificia eſſent in lege introducta ſolum ad

*Bonitas morum ſolum eſt ex Dei gratia.*

*Cur Abel paſtor erat ouium cũ tũc carnes nõ eſſent in vſu.*

*Cur ſancti patres fuerũt olim paſtores.*

*Nota omniũ ſtatuum in ſanctis patribus ſimplicitatem.*

Universidad de Deusto Biblioteca



tollendã idololatriã,cùm conſtet hîc ab initio mundi ſecundum naturá generis incœpiſſe. Vnde ſunt introducta vt eſſent inſignũ latriæ & ſingularis adorationis & cultus Deo ſolũ debiti. Si autẽ inuenitur aliquid in ſcriptura quod videatur huic contrariũ, exponẽdum eſt quod non à principio præceperit ſicut per ſe bona, ſicut ſunt præcepta moralia,ſed ſicut ſigna vel inſtrumẽta actus perfecti,vel perfectæ iuſtitiæ, ſicut latriæ. Et ſic exponitur illud Ieremię 6. Non pręcepi eis de verbo holocauſtomatũ,in die qua eduxi eos de terra Ægypti. Data ſunt autẽ igni ſacrificia & conſumebãtur,quia publico facto debemus proteſtari quod oĩa noſtra,ſunt Deo offerẽda & diuinis vſibus applicãda. Alia aũt ratio poteſt eſſe neceſſitas cógregationis fideliũ in vno cultu & modo colendi Dñm ſub quo viuant vniformiter. Propter hoc ergo *Cain obtulit de terræ frugibus, & Abel obtulit de primogenitis ſuis, & adipibus earũ.* Et nota quod oblatio Cain dicitur nomine communi. Nõ enim dicitur de optimis terræ frugibus,qđ ſi feciſſet ad aliorum exemplũ,ſcriptura nõ tacuiſſet,ſicut dixit de Abel ꝙ obtulit de primogenitis &adipibus earũ:vnde ex hoc colligitur quod ex cupiditate &auaritia optimas fruges retinuit,&min⁹ bonas Deo obtulit, ſicut multi faciũt qui nunquã Deo offerũt niſi deterius, & quod eſt corruptũ vel conſumptũ,&quo nõ poſſunt vti. Vnde Deus iſtius oblationẽ & talium condẽnat,& faciem ſuam & oculos à tali oblatione auertit. Vnde ſequitur: *Reſpexit Dominus ad Abel & munera eius, ad Cain autem & munera eius non reſpexit.* Qualiter autẽ fecit iſtũ reſpectũ & iſtam approbationẽ oblationis Abel,& reprobationẽ Cain & ſuorũ munerum? Credo quod Deus aliquo ſigno oſtẽdit quod illa approbabat,iſta repudiabat. vnde fortè illa inflãmabat & cõuertebat in flãmã, & fumũ odorabilẽ aſcẽdentẽ,quaſi innueret quod eã ſuperius ad ſe traheret, & eam acceptaret:alia autẽ dimitteret, ſicut fuit in primo ſacrificio Aaron,poſt eius conſecrationẽ. Leuitici nono:& in ſacrificio Heliæ. 3. Reg. 18. Vnde ſecundum Hierony. Theodotionis tranſlatio habet, Inflãmauit Dominus ſuper ſacrificium eis. Et nota quod dicitur priùs reſpexiſſe ſuper Abel,quàm ſuper ſuũ ſacrificium,quia Deus magis acceptat ſacrificium cordis,quã exterioris operis. Illud enim eſt ſacrificium ſibi gratiſſimum, de alio nõ ita curat,niſi quià iſtud cõcomitatur & aliud ſequitur,vt quaſi faciat ſacrificiũ cordis ſacrificio operis viam ad oculos Dei. Ideoq; non iuit ſacrificium Cain ante Dei approbãtis aſpectũ, quia nõ habuit deuoti affectus ducatum. *Iratus eſt Cain vehementer.* Hîc agitur de peccato ipſius Cain in proximum, & primò de peccato affectus

*Cur olim ſacrificia Deo facta igne cremebantur.*

*Cain & ſui ſimiles quod deterius eſt Deo offerũt.*

*Hierony. in Heb. quæſt. in Gene. hoc loco, tom. 3.*

*Cur Deus prius ſuper Abel reſpexit quàm ſuper munera.*



affectus, ſecundo de peccato effectu,ibi, *Dixitque Cain ad Abel.* Tangit autem duplex peccatũ:Iræ, ſcilicet, & inuidiæ. Dicit ergo, *Iratus, &c.* Ira ſcilicet inuidiæ,& indignationis in fratrem, & impatientię in Dominum, qui munera ſua non acceptauerat. Et fuit inuidia peſſima & nequiſſima. Nã inuidia reſpectu boni alicuius temporalis magis mouetur ſecũdum rationem, vel minus contra rationem:quia ſi inuideo de aliquo pulchro equo,ex hoc fortè moueor,q a ſi alter habet,ego non habebo. Si vnus alius eſt epiſcopus,ego non poſſum eſſe,quia duobus non cõmunicatur: Sed bonum diuinum eſt ita cõmune,quòd omnibus communicatur niſi per hominem impediatur. *Et concidit vultus eius*, & intra,& extra. Intra quaſi per quãdam deſperationem:extra per faciei & oculorum depreſſionẽ,& pallorẽ & immutationẽ, & hoc propter nimiam triſtitiam. Quia enim erat primogenitus,nec adhuc feciſſe poterat crimina ſenſibilia ſicut fornicatiões & furta, (quia nõ erat cui poſſet furari, neque cũ qua poſſet mœchari & fornicari)quia vidit fratrem ſuum corã ſuis parentibus, & à Deo ſibi præferri:intollerabilem incurrit inuidiã & maximã triſtitiam ipſum totaliter conſternantẽ. Cõcidit autẽ eius vultus exterior, quia ab interiori cõſternatione mẽtis vel cordis exterior aſpect⁹ faciei cadit. In vultu enim lucet cõmuniter paſſio mẽtis. Sicut videtur in gallo,quamdiu enim habet conſtantiã,erigit pectus, & caput,& caudã. Vnde ex hoc apparet mirabilis virtus apprehenſionis & affectionis,quòd ita ſubitò & ita vehementer totã naturam immutat. Neque per aliquã qualitatẽ abſolutã,vel actiuam, vel paſſiuã,ſicut quando aliquid vel caleſcit,vel frigeſcit: nec per imperium & motum voluntatis, ſed per illam apprehẽſionem & affectionem ita cõcibit homo,& neſcio per quem latenter influxum. *Dixit quoque Dominus Deus ad eum.* Vbi poſita admonitione procedit ab effectu malo in actum malum,& accipit modũ prædicatoris,& ponit quatuor quæ debent eſſe in prædicatione,ſcilicet argutio peccati,ibi, *Quare iratus es,* Promiſſio etiam ſolatij, & ſtatus boni,ibi, *Nónne ſi bene egeris.* Tertiò,comminatio ſupplicij,ibi, *Sin autem malè.* Quartò cõmonitiò boni. *Sub te erit appetitus tuus, Quare iratus es,* Arguit de inuidia & impatientia, innuens irã ſuã eſſe iniuſtam & irrationabilem: Nã mõſtrat cauſam quare Deus ſua munera nõ acceptauerat, fuiſſe culpam ſuam, Deus enim nõ acceptat dona malorũ. Vnde ſi vis eleemoſynas,& quęuis opera bona nõ perdere, Deũ tibi propitiũ & amicũ prius habere ſatage:aliàs nõ valent ad meritum vel goriam de condigno. licet valeant & proſint ad impetrandum gratiam de congruo,

*Cur inuidia de reb. tẽporalib. minus vituperatur quàm de ſpiritualibus.*

*In facie elucet cõmuniter paſſio mentis.*

*Quatuor debent eſſe in prædicatione.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Quare igitur,&c.* quaſi dicat. Tu nõ debes ꝓptereà turbari & nequã eſſe,quia ego bonus ſum,& ideo mĩnus hominis indigni repello & iniuſti. *Nónne ſi bene egeris recipies.* Ponitur promiſſio præmij reſpectu bonorũ,& promittitur bonum diuinæ recõciliationis. vnde ſecundũ Hieronymũ in hebraicis quæſtionibus, in hebræo eſt. Nónne ſi bene egeris,dimittetur tibi etiã delictũ? Theodoſiõ habet, acceptabile erit munus tuũ mihi ſicut munꝰ fratris tui iuſti acceptabile fuit. *Si autem male, ſtatim peccatum in foribus aderit*,id eſt,per aperta ſigna exterius patebit ac ſi eſſet in ianuis tuis,vel in aperta pœna.q.d. Nõ poteſt mihi occultari qui etiã inſpicio,nec diſſimulare poſſum quod non puniam. vnde quamuis peccatũ tranſeat,quia eſt tranſitorius actus: tamẽ eſt præſens in pœna quæ peccatum ſequitur, Et quia peccatũ punitur & in qua repreſentatur, *veruntamen ſub te erit appetitus tuus.* vbi hortatur ad bonum virtutis,id eſt,deſideriũ peccati ſit ſub te. Eſt em̃ mos ſcripturæ accipere futurũ indicatiui pro p̃ſenti imperatiui, ſicut in præceptis decalogi patet Exod.20. Nõ cõcupiſces: Nõ furaberis,&c. *Et tu dominaberis*,id eſt,habe eius dominiũ cohibendo ipſum. Tamen poteſt legi indicatiuè vt monſtretur dominiũ quod habet homo ad vitandũ peccatũ,ideo inexcuſabilis eſt ſi peccet. Si quæritur,quare Cain nõ placebat dño,nec eius munus? Aug. 15. de ciuit. Dei ca.7. dicit quod in quo Cain Deo primum diſplicuit nõ eſt facile inueniri,niſi quod Ioannes in prima ſua canonica ca.3. dicit quod ideo fratrem ſuum occidit, quoniã opera eius erant maligna, Fratris autẽ iſta. Septuaginta habent iſtam literã, Nónne ſi rectè offeras,recte autẽ nõ diuidas peccaſti? Ex quo datur intelligi, Deũ ideo nõ reſpexiſſe ad munera eius: qa malè diuidebat: quia dabat Deo aliquid ſuũ,ſibi aũt retinebat ſeipſum: quod oẽs faciũt qui aliquid Deo dãt vt eorũ prauis voluptatibꝰ opitulet̃, Mali enim volũt vti Deo vt fruãtur mũdo. Itẽ ad Heb. 11. dicitur quod fide plurimam hoſtiam obtulit de Abel q̃ Cain, per quã conſequutus eſt eſſe iuſtus,teſtimonium perhibẽte eiuſdem muneribus Deo. Ex quo patet quod Abel habuit fidem per dilectionẽ operantẽ, & ideo Cain nõ placuit Deo quia non habuit charitatem: *Dixit Cain ad Abel*, vbi poſt peccatũ affectus, ſequitur peccatũ effectus, & hoc primo quantum ad actũ manus per homicidiũ ibi, *Cúmque eo nunc.* Dicit igitur, *Dixit autem Cain Abel, Egrediamur* volebat enim & cõceperat fratrẽ ſuũ occidere, ideò volebat quod lateret ſuos parẽtes,& etiã ſuas ſorores,quos etiã metuebat,propter hoc eduxit eũ ad locũ ſolitariũ vbi nullꝰ poſſet eũ videre nec factũ impedire. nec ſcelus accuſare, nec punire.

*Her. in heb. quæſt ſuper Geneſim tom.3.*

*Scriptura futurum indicatiui pro præſenti ponit indicatiui.*

*Aug. lib. 15. cap. 1. tom.5.*

*Ad munera Cain non reſpexit Deus quia male diuidebat*

*Heb. 11.*



nire. Ideò quod cõcepit,opere compleuit,& concepit dolorẽ, & peperit iniquitatem. vnde ſequitur: *Qui cùm eſſet in agro conſurrexit aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum*, Maxima fuit malitia,quoniam fratrẽ ſuũ occidit ex mera inuidia: vnde nec ipſum retraxit fœdus maximũ & fortiſſimum naturæ vinculum quod debet eſſe inter fratres qui manãt immediatè ab vna carne, Nec etiam timor cõminatæ paulò ante pœnæ. Nec reuerẽtia iuſtitiæ quę erat in fratre,id quod probauerat per dominum qui eius holocauſtũ acceptauerat: Nec ſimplicitas humilitatis & innocẽtiæ: Neq; prõptitudo obediẽtię,quia ſibi obediuerat eundo ad agrũ: Ideo aduocat diuina iuſtitia eũ ad tribunal iudicis, vnde ſequit̃: *Et ait dominus ad Cain, vbi eſt Abel frater tuus.* More iudicis interrogat,vt vel confeſſionem veritatis extorqueat: vel eius negationẽ doloſam adaperiat. Et primo ponitur tantũ interrogatio,ſecũdo ipſius Cain obſtinatio,ibi, *Qui reſpondit*, Dicit igitur, *vbi eſt Abel?* Non eſt interrogatio ignorãtis,ſed ad pœnitentiã inuitantis. *Qui reſpondit*, vbi primo ponitur obſtinatio in malitia, Secundò deſperatio de venia, ibi, *Maior eſt iniquitas, &c. Qui reſpondit. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?* vnde ponit abnegationẽ veritatis & charitatis,dicit enim: *Neſcio*: Quod refertur ad pertinaciã intellectus, *Et nuquid cuſtos fratris,&c.* quod pertinet ad obſtinãtiã affectus. Et reſpõdit etiã indignãter & pertinaciter, *Nunquid,&c.* q. d. Iniuſte petis à me de fratre meo,cuius me nõ feciſti cuſtodẽ. Et tamẽ ſi bene cõſideraſſet,certũ eſt quod mẽdaciũ dixit, Nã vnicuiq; mãdauit dominus de proximo ſuo Eccle.17. *Dicítque ad eum, Quid feciſti?* vbi agitur de iuſtitia cõdẽnante,& primo cõuincitur de culpa, ſecundo infertur pœna, ibi, *Nunc maledictus eris. Quid feciſti? vox ſanguinis*,&c. Quia enim factũ nõ cõfitetur,nec excuſat tantum ſicut Adã,ſed ſimpliciter & pertinaciter negat,ideo cõuincit eum per euidentiã facti ſubdens, *vox ſanguinis &c.* q.d. Licet non confitearis,tamen factũ euidens,& ſanguis fratris tui tenet locũ & vicẽ accuſatoris. vnde interliniaris gloſa dicit, Euidentia enim patrati ſceleris nõ indiget clamore accuſatoris. vel aliter. Sãguis fratris tui ita effuſus, euidẽter exigit à me fieri iuſtitiã. ſicut ſi alta voce clamaret. vnde Hebr. 11. inſcribit hanc vocẽ merito fidei ipſius Abel: vbi dicitur quod per illam vocẽ adhuc defunctus loquitur. *Nunc igitur maledictus eris*, vbi ponitur pœna condemnationis & maledictæ perſonæ,& punitio in opere. *Maledictus eris ſuper,&c.* Iſta litera exponitur tripliciter: Primò ſuper terrã, id eſt, plus quàm terra,ſicut dicitur: ſuper omnes Deos, id eſt, magnus pluſquam omnes dij. vel ab his qui ſunt ſuper terrã, quia omnes

*Peccatum Cain ſatis bene exaggeratur.*

*Peccatum Cain expenditur.*

*Eccle. 17.*

*Glo. interlinearis ibi.*

*Heb. 11.*

*Pœna peccati Cain.*

Universidad de Deusto Biblioteca

maledicēt tibi,id eſt,interpretabũtur te malũ pro fratricidio:vel ſuper terrã,qđ os ſuũ apperuit & ſuſcepit ſanguinē fratris tui de manu tua. Loquitur aũt de terra quaſi de quadam crudeli beſtia hiatu oris ſui bibēte ſanguinē ab aliquo ſibi effuſum vel per hoc innuit Cain quęſiuiſſe aliquã loci oportunitatē,ſicut aliq̃ foſſam quę citò abſorberet ipſum & eius ſanguinē ne poſſet deprehēdi. vnde fortè fecit vnã foſſam in qua abſcōdit illũ. *Cùm operatus fueris eã.&c.*Ponitur punitio in opere,&priùs ipſius cōmorantis,ſecundò progredientis,vt ſiue ſtãs,ſiue progrediēs, puniretur, ibi, *vagus & profugus.*Dicitur igitur.*Cùm operatus fueris, &c.* Maxima pœna cōmorantis in aliquo loco eſt inutilitas laboris, & pœna procedentis de loco ad locum eſt inſtabilitas:quæ periculoſa eſt ex duobus,ex defectu neceſſariorũ,& ex timore hoſtiũ. Et primò eſt vagatio ex defectu neceſſariotiorũ, ideo dicitur,*vagus.*Secũdò ex fuga,ſcilicet ex timore hoſtiũ,ideo dicit̄,*profugus.*Vagus propter cōcupiſcētiã boni: profugus ob fugã neceſſariã propter timorem imminētis mali.vnde in Hebræo habetur timidus. *Dixítque Cain ad Dominum.*Notatur deſperatio de venia.Secũdò Dei

*Deſperatio Cain ex quibus cauſis proceſsit.*

miſericordia aliquid relaxantis de pœna,ibi,*Dixit ei Dominus.*Deſperatio autem Cain ex triplici conſideratione ſurrexit, ex conſideratione culpæ irremiſſibilis & grauis. Vnde dixit: *Maior eſt iniquitas mea quàm vt veniam merear,*quaſi dicat:Omne meritum indulgentiæ vel omnem ducedinem parcentis,vel cōdonantis miſericordiam tranſcendit culpa mea. Quod quidem ſi credidit ſimpliciter,nō ſolùm fuit deſperatio, ſed etiam infidelitatis error. Si

*Secũda cauſa deſperationis.*

tamen paſſionatus dixit,tunc ſolùm fuit deſperatio, quæ eſt voluntatis paſſio Secunda cauſſa deſperationis Cain,eſt ex conſideratione iuſtitiæ inflexibilis.Vnde ſequitur:*Ecce eiicis me,&c.* Vnde iam æſtimabat ſe ſentētialiter damnatum,& aſpectu, & reſpectu diuino indignum.Ex quo ſequitur deſperatio,quia nullus poteſt veniam conſequi,niſi primum ſuper eum ferantur oculi Dei condeſcendentis, & ad ſe peccatorem reducentis, & ſuis dulciſſimis oculis & ſua gratia ad ſuam miſericordiam aduocantis.Iſta om-

*Tertia ratio d.ſperationis.*

nia excludit Cain. *Ecce eiicis me à facie terræ, & à facie tua abſcondar.*Tertia ratio deſperationis, eſt pœna iam inflicta, & miſeriæ præſentis & ignominioſæ,& incertæ mortis. Vnde dicit,*Et ero vagus & profugus in terra.Omnis enim qui inuenerit me occidet me.*Quæritur.quare hoc timebat? Dicendum quod lex naturalis ei dice-

*Per quæ quis peccat punitur etiam.*

bat,quod per quæ peccat quis,etiam torquetur. Sapientiæ vndecimo. Et etiam hoc potuit dicere ex timore, ſicut dictum eſt. Vnde quidam aiunt,quod ipſe Cain hacuit & timorem corporis

&



& agitationem mentis furioſæ.Et vnum ſignificatur nomine(vagus) aliud nomine (profugus). Quia igitur ex iſtis deprehendebatur patenter ſua culpa:timebat quod omnis qui eũ inueniret, ſicut legens in eo ſententiã mortis, & ſicut executor diuinæ iuſtitiæ:mortem ſibi inferret.Vel hoc dixit ex deſiderio ſicut deſperatus,ita quod exponatur,*occidet me,*id eſt, occidat me. Et hoc ſecundum Gloſam interliniarem, vt compendio mortis præſentes cruciatus euaderet. *Dixí:que ei Dominus: Nequaquam ita fiet.*

*Nota.*

*Glo. interliniari ibi.*

Hìc ſubiungitur miſericordia aliquid relaxans de pœna,& ponit tria per ordinem quæ debent releuare deſperantē propter mortis timorem,ſcilicet,promiſſionem longioris vitæ,ſecundò punitionem interfectoris,tertiò ſignũ datũ ad euaſionē interfectionis.Hæc dicit per ordinem,*Ne quaquam ita fiet,*id eſt, non ita citò morieris ſicut credis.Deus enim per ſuam miſericordiam peccatores expectat ad veniam vel pœnitentiã:vnde ipſum Cain non ita citò voluit mori,vt hìc tempus haberet pœnitendi. *Sed omnis qui occiderit Cain. ſeptuplum punietur,*id eſt,non ita te reiicio à cura mea,quin grauiſſimè puniã eũ qui te occiderit, authoritate ſua.

*Triplex miſericordia Dei ad Cain.*

*Expectat Deus peccatores ad pœnitentiam.*

Si quæritur,quare non dicitur,Qui occiderit te,ſed Cain?Dicendum quod Cain eſt nomen naturæ.Per hoc igitur oſtendit quod non licet in naturam inſurgere:licèt in peccatũ ſit licitũ ratione culpæ illis quorum intereſt. *Poſuítque Dominus ſignum in Cain.*

*Quæſtio.*

Ponitur ponitur in ſigno euidēti,quod ſignũ fuit tremor capitis, vt ſciretur à Domino punitus &iudicatus,& ita nō occideret̄ ab aliquo,inhumanũ enim eſt afflicto afflictionē addere.Et iſtã ſententiã ponit Magiſt.hiſt. *Egreſſusque Cain à facie Domini, habitauit ad Oriētalem plagã Edem.* Vbi ponitur cōuerſatio Cain poſt peccatũ.Si quęritur,qualiter à facie Domini potuerit egredi,cùm eñ Deus ſit infinitus & ſecundum eſſentiã & ſecundum potentiam, & ſecundum ſcientiã:non videtur quod pateat aliquis ſenſus ſecundũ quem poſſit aliquis egredi à facie Domini, nam vbiq; eſt quantũ ad iſta omnia.Egreſſio autē dicit quandã elongationē& remotionē.Dicendũ eſt ad hoc,quod Cain nō fuit egreſſus à diuina eſſentia,quia vbique eſt, nec ab eius potentia, quia vbique poteſt,nec ab ei⁹ ſcientia,quia omnia ſcit & intuetur:ſed dicitur egreſſus à ſua gratia & beneuolētia, quia obſtinatus fuit & cum pertinacia. Vel à loco in quo erant primi parentes,in quo Dei erat ſupernaturalis influentia,& de quo erat ei ſpecialis cura,vel à ſua collocatione,per quã ipſe Cain habebat ſenſum ſuę pręſentiæ.Per hoc patet quod Adã erat longè poſitus à Paradiſo, quia innuit iſta litera quod Cain longè fuit ad Orientē proficiſcens.

*Hiſt.ſcholaſ. in Gē,ca.27. à medio.*

*Quomodo verum ſi quod peccatores à facie Dei egrediuntur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Et notãtur in hoc ibi iſta tria vitia quæ habuit ipſe Cain,ſcilicet
paſſio deſperationis:quia egreſſus fuit à facie Domini, vnde fuit
ſicut ægrotus deſperatus, ꝗ ab ipſius facie Medici recedit,&r e⁹
Deſperatus qui ſe à miſericordi iudice elõgat, & veniã petere cõ
temnit.Itẽ ponitur timor malæ puſillanimitatis,cùm dicitur,*pro
fugus*,ex nimio enim timore inſtabilis erat.Itẽ amor inordinatus
voluptatis,quia habitauit ad oriẽtalẽ plagã Edẽ. Edem enim in

*Peccator voluptates quærit.*

terpretatur voluptas vel delitię,vnde aſſumit ſibi terrã voluptuo
ſam. Fortè enim à parẽtibus audierat aliquid de delitiis quas in
Oriente in Paradiſo habuerãt,ideò illuc fugit. *Cognouit autẽ Cain
vxorem.*Determinata autẽ Cain origine,ait de eius ſucceſſione&
ſuorũ mala cõuerſatione,quæ in duobus principaliter cõſiſtebat
In ædificatione ciuitatis,& bigamia,vel pluralitate vxorũ. Quo
rũ vnũ ꝓcedit ex mundi cupiditate,aliud ex carnis voluptate.Et
dicit,*Cognouit,&c.*Nota quod quamuis ſcriptura nõ exprimat ge
nerationẽ filiarũ à parentibus primis,tamẽ eam ſubinnuit. Nam
alias non potuit Cain habere vxorem,niſi duceret ſuam ſororẽ.
Tamẽ hoc ſcriptura tacuit quaſi fuerit iſtud in prĩcipio ex neceſ
ſitate,ꝗa hoc erat,& eſt cõtra legẽ & inſtinctũ naturæ.vnde poſt
modũ in lege ꝓhibetur,ideo voluit hoc ſcriptura tacere,ne eſſet
incentiuum ad agendum contra illud pręceptum,*Quæ concepit &*

*Aug.lib.13. ca.8.tom.5.*

*peperit Enoch*,Quanquã generatio Enoch primò narretur,tamen
non ſequitur,ſecundũ quod dicit Auguſt.de ciuit. Dei.15.cap.8.
ꝙ fuit primogenitus,ſed priùs narratur eius generatio,quia fuit
patri prædilectus,vel ꝓpter ſequẽtes euẽtus,quia ab ipſo magis
fuit populi denominatio & ciuitatis,& terræ:ſicut nõ ſequitur ꝙ
Iudas,ò quo dicũtur Iudęi fuerit primogenitus Iacob.Vnde ſeꝗ

*Enoch interpretatur dedicatio.*

tur. *Cain ædificauit ciuitatem & vocauit eam nomine filij ſui Enoch.*
Enoch interpretatur dedicatio,& propter hoc ſic eũ vocauit,ꝗa
omnes operas ſuas & bona ſua illi filio,ſicut præaccepto dedica
uit.Sed quæritur,Cùm magnus popul⁹ reꝗratur ad vnã ciuitatẽ,
quomodo ita pauci potuerunt facere ciuitatem? Ad quod reſpõ

*Aug.li.15. ca.8.tom.8.*

det Auguſtin.de ciuit.Dei.15.cap.8.& 9.quod iſtud fuit poſt lon
gum tempus cõiunctionis Cain cũ vxore,ita quod ex eius prole
iã magnus numerus manauerat.Nec eſt mirũ,quia Cain diu vi-
xit,& ſuo tempore potuerunt filij eius multũ multiplicari, ſicut
filij Iſraël per 400.annos ſic fuerunt multiplicati, quod vix pote
rãt numerari,ſicut habetur in Exodo 12.Poſito autem ꝙ Enoch
fuit ſuus primogenitus, tũc oportet dicere quod poſt Enoch ge
nerationem nõ ædificauit ſtatim ciuitatẽ, quia tũc non erãt niſi
paucæ pſonæ:ſed lõgè pòſt eius generationẽ,& magnã ſuę ꝓlis
multi-



multiplicationẽ.Itẽ ſi quęrit, Quare non vocauit citatẽ nomine
ſuo,ſed nomine filij ſui?Poteſt eſſe ratio,ꝗa ex maledictione Dei
& infamia facti ſui,ſcilicet homicidij , erat mũdo odioſus,ne ex
infamia ei⁹ redderet ciuitas odioſa,& in poſterũ ei⁹ filij ex memo
ria facti eſſent opprobrioſi.Itẽ alia ratio poteſt eſſe,quia parẽtes
ſũt magis ſoliciti de filiis quàm de ſeipſis, ideò ciuitatẽ à filio de
mominauit & eã ſibi deputauit,nõ eñ filij parẽtibus debẽt the-
ſaurizare,ſed parẽtes filiis.2.Cor.12.Itẽ ſi quærit, Quare fecit ci
uitatẽ?Reſpõdet Ioſeph⁹,ꝙ cupiditas & timor mouerũt eũ. Di- *Ioſephus li.1.*
cit eñ:Rapina & violẽtia opes cõgregãs ſuas ad latrocinia inui *cap.2.antiq.*
tabat,nõ timẽs illos quos lædebat in ciuitate†ſuos,obſcuritatẽ *Iud.*
collegit.*Genuit autẽ Enoch Irad.*Iſtæ perſonæ ibi ponuntur nõ ꝙ †ſua.
inde certa myſteria vel facta excerpãtur,ſed vt ſequẽtiũ genera-
tio texatur.Niſi eñ radices plãtem⁹,ramos nõ colligim⁹ ſecũdũ
glo.Ab illis autẽ Lamech deſcẽdit,de quo ſcriptura dicit,*Qui ac* *Glo.ordinaria in hoc loco.*
*cepit duas vxores.* Hîc agitur de hoc quod ſpectat ad cõcupiſcẽtiã
carnis,&diuiditur in duas partes,ꝗa primò agitur de Lamech cõ
iugio,ſecundò de homicidio,ibi,*Dixitque Lamech vxoribus.* Poni-
tur ergo deſpõſatio duarũ vxorũ.*Qui accepit , &c.*Et quia credit
quod hoc fecit ex ſola carnis libidine, ſubiũgit generationẽ filio
rũ.*Genuitq; Adã,&c,Iabel.*Ille fuit pater habitantiũ in tẽtoriis,nõ
ſicut milites ad impugnandũ, vel obſidẽdũ:ſed ſicut paſtores ad
cuſtodiã gregũ.Fuit enim ſingularis inuẽtor eorũ quę ſpectãt ad
officiũ paſtorale:& fortè inter cętera inuenit vſum tẽtoriorũ ꝗ-
b⁹ vtũtur paſtores,præcipuè in Oriẽte ꝓpter maximos calores,
& ꝓpter frigus nocturnũ.Dicitur autẽ inuẽtor iſtius artis ꝓpter *Quis fuit primus paſtor ouium.*
iſta,nõ quia prim⁹ paſtor fuit,quia Abel fuit primus paſtor,ſicut
ſuprà dictũ eſt. Vnde Abel fuit paſtor & pater primus quãtũ ad
officiũ:ſed quãtũ ad aptũ modũ& ſingularẽ,Lamech dicitur pri
mus. *Nomen fratris eius Tubal ipſe fuit pater canentium cythara & or-
gano.*i.magn⁹ inuentor artis muſicæ, & muſicorũ inſtrumẽtorũ.
Si autẽ legimus quod poſt diluuiũ lõgè iſta facta & inuẽta ſunt *Quis prim⁹ inuentor muſicorum inſtrumentorũ vel muſicorũ.*
Reſpõdetur quod iſti inuenerũt,ſed traditio ab iſto & ſuis facta
& etiã iſtrumẽta in diluuio perierũt,ideo alij reuocauerũt.Mul
ta enim inuẽta à primis ꝑ obliuionẽ vel aliã cauſam perierũt,quo
rũ ſimilia poſtmodum à poſteris ſunt inuẽta.Nec oportet ꝙ iſti
fuerint etiã omninò primi, ſed ſufficit quod fuerint ſolemniores
reſpectu illorũ tẽporũ,& quaſi cõſummatores:ſicut Ariſtot. dici
tur pater Logicaliũ,& Priſciã.Grãmaticaliũ,cũ tamẽ plures Lo- *Ioſeph.lib.1.*
gici & Grãmatici fuerint ante eos.Nota tamẽ ꝙ Ioſephus dicit *antiq. Iud.*
quod ars illa muſicorũ ab iſto Tubal deſcẽdit.Et ſi opponitur ꝙ *cap.4.*

Universidad de Deusto Biblioteca

diluuium iſta inſtrumenta muſica deſtruxit, Reſpōdit quod Tu-
bal in duabus calumnis muſicam ſcripſit:in vna lapidea,quæ nō
*Eod. c. iā citato paulò à fine illius.*
diſſolueretur,in latera ex alteribus,quæ nō conſumeretur incen
dio.Nam iſta duo iudicia Adā propheticè prædixerat vētura, ac
ideo filij eius propinqui ſe contra ea muniebāt. Et tūc poteſt ſol
ui quod leguntur alij inuētores iſtius artis poſt diluuiū, quia nō
intelligitur quod inuenerunt primariū actū,& neceſſaria ad ſim
plicē modū:ſed quod inuenerunt aliquem ſingularem modum.
Sed quæritur quomodo potuit iſte conſonantias muſicas inueni
re? Ad hoc reſpondent aliqui Hiſtoriographi, quod à fratre ſuo
malleatore fabricāte qui vocabat Tubal-cain,q erat frater ſuus
ex parte patris, ſed de alia matre ſicut infrà eodem dicitur:dele-
ctatus : nanque iſte Tubal in ſono & conſonantia caſuali,& ſine
arte facta ex ponderibus malleorum conſonantias proximiores
quæ ex eis naſcuntur,excogitauit. Quā etiā inuentionem ſecun
*Iſid. lib. 3. ca. 15. circa principium.*
dum Iſidorum libr.3.Græci attribuunt Pythagoræ,Quod poteſt
eſſe,quia Gręci ignorabant iſtam artem,ideo eā prius non fuiſſe
putabant.Sicut aliquis vadens ad terram alienā , multa de terra
ſua poſſet fingere & inuenire apud illos qui alia nō vidiſſent. Si-
*Iſidor. lib. 3. ethy. cap. 21.*
cut etiā aliq fingūt ſe cōponere libros,accipiētes libros antiquo
rum ignotorū & propalantes,& modica immutatione facta ſibi
aſſeribētes.Cytherę forma in principio ſimilis fuiſſe tradit pecto
*Li. 3. ca. 20. paulò poſt principium.*
ri humano, quia vt vox à pectore:ita ex ipſa cantus eduntur, &
ꝓpter hoc ſic vocatur.Nā pect⁹ in lingua Dorica, cythara dicit.
Hoc dicit Iſidorus li.ethy.3.c.33.vel dicit cythara,quaſi iteratio
ne percuſſa.Organū generale nomen eſt omniū inſtrumentorū
muſicorū ſecūdū Iſidorū ethymol.lib. 3.ca. 22.Et hoc dicit etiā
Papias,& dicitur ab orge quod eſt colore quia ſolebāt his vti ad
*Lib. 1. antiq. Iud. c. 4. à medio.*
cultū Dei, *Sella quoque genuit Tubal-cain, qui fuit malleator.* De hoc
dicit Ioſephus quod ferrariam artē prim⁹ inuenit,res bellicas de
center exercuit, ſculpturas etiā in metaris in libidinem oculorū
*Artis malleatoriæ triplex neceſſitas.*
fabricauit.Ex quo ſumit triplex hui⁹ neceſſitas,artis,ſcilicet,mal
leatoriæ neceſſitas,quātū ad vſum ferri ꝓ humano victu,ſiue ad
colendū terras,ſiue ad iungendum domos ligneas.Itē alius finis
eſt defenſio ab inimicis in rebus bellicis,quæ fit cū inſtrumentis
ferreis.Tertius finis eſt voluptas ex ſculpturis. Si quęrit quomo
do iſtā artē inuenire potuit?dicitur quod cùm ſuccēdiſſent fruti
ces in paſcuis venæ metallorū in mineris fluebant in riuulos, &
fluebā laminę de illis in aliquibus locis ſtantes & cōſtrictæ poſt
receſſum ignis figuras locorū referebant.Et ex hoc cœpit exco
gitare ꝙ metalla poterāt diuerſas cōfigurationes accipere, & ꝑ
lique-



lique factionem & productionem vnde ſequitur, *Et faber in cūcta opera æris & ferri. Soror verò Tubal Caim Noēma.* Hęc autem dicitur
artē texturæ inueniſſe. Sed quomodo iſtā artē cogitauit, poteſt
*Quomodo ars textoria potuit inueniri.*
quæri,& dicitur quod ex operibus quorūdā animalium ſolertia
hominum potuit inſtrui,poſt peccatū propter ſubtilitatem natu
ræ.Et potuit iſta Noëma inſtrui ad texendum,quemadmodū ex
mirabili operatione apum poſſunt architecti inſtrui ad domificā
dum.Sed quæritur an habere plures vxores fuerit peccatū? vide
*Quæſtio de pluralitate vxorum an fuerit licita.*
tur quod nō,cùm legam⁹ ſanctos patres plures habuiſſe vxores,
ſicut legitur infrà.29.de Iacob & Moyſe,Dauid,& cæteris.Igitur
non peccauit Lamech Contrariū tamē videtur per gloſam quæ
dicit quod Lamech primus contra naturā & contra morē ad ul-
*Glo. interliniaris ſuper illud: Qui primus accepit vxores duas.*
teriū cōmiſit. Dicitur quod Lamech peccauit duplici de cauſſa:
Tū quia fecit cōtra naturā, hoc eſt cōtra ius naturale, & etiā cō
tra cōſuetudinē,Ius enim naturale dicit vnā eſſe vnius.Peccauit
etiā contra bonos mores,quia contra temperantiam & moderā
tiā,Ex incōtinentia eñ immoderata plures vxores habuit.Quod
autē opponitur de ſanctis patribus, dicitur quod cū ipſis fuit diſ
penſatum,& hoc propter multiplicationem hominum ad diuinū
cultū,in quo informabāt eos ſancti patres.vnde ſancti patres nō
vtebātur eis incōtinēter,ſed caſtè,prolis,ſcilicet,intentione,ideo
cū ipſis fuit diſpenſatū.Item non peccabant ſancti patres haben
do plures vxores ex ſecūda ratione,quā aſſignauimus in peccato
*Obiectio.*
Lamech,nam iſtud fuit tunc in conſuetudinem tractum. Si au-
tem opponitur quod non poteſt fieri contra ius naturale,nec in
eo diſpenſari.Dicitur quod aliquid poteſt eſſe contra ius natura
le dupliciter.vel quia eſt malum ſecundum ſe,hoc eſt quod nul-
lo modo & nulla cauſa poteſt bene fieri,vt fornicari,mentiri, &
illud nunquam non poteſt eſſe peccatum , nec Deus poſſet ibi
diſpenſare , quia ſic faceret contra ſuam bonitatem cùm inclu-
dant in ſe eſſentialem malitiam : Aliud eſt contra ius naturale,
*Duplex aliquid eſt contra ius naturale.*
vel contra dictamen rationis , non qui eſt malum ſecundum ſe,
vel quod contineat eſſentialem malitiam agentis , vel inordina-
tionem , ſicut dictum eſt de fornicatione & mendacio , ſed in ſe
continet aliquod malum naturæ particularis, ad quod ſi moue-
tur aliquid,peccat contra naturam particularem. Tamen quia
frequenter malum naturæ particularis accipitur,vt bonū reſpe-
ctu mali communis , ideo vt malum commune vitetur , iſtud
malum exercetur,& tunc nō habet rationē mali,ſed boni , ſicut
occidere , vel occiſio hominis mala eſt reſpectu naturæ particu-
laris,tamen vbi ſaluatur iuſtitia cōmunis optima eſt.Et in talib⁹

Universidad de Deusto Biblioteca



quæ ſic ſe habent Deus poteſt diſpenſare,& ſic etiã ratio & *inid tinæ* aliquando diſpenſat in nonnullis rebus cum iudicibus, &
inter talia eſt habere plures vxores , vel bigamia, qua quamuis
non ſit ibi tãta cõformitas mutuę ſocietatis,ſicut quãdo eſt vna
vnius,nec tãta occaſio pacis in familia,nec ita perfecta educatio
prolis reſpectu vtriuſque parentis : tamẽ quia iſta recompẽſan-
tur vel recõpenſabantur in bono maiori,ſcilicet, in promotione
cultus diuini,ideo potuit ibi diſpẽſari. *Dixitque Lamech vxoribus
ſuis Adæ & Sellæ. Audite vocẽ meam vxores Lamech auſcultate ſer-
monem meum,quoniam occidi virum in vulnus meum , & adoleſcentu-
lum in liuore meo*,vbi Lamech coniugi deſcribit ſuum homicidiũ,
& excitat ad attendendum , dicens , *Audite.* &c. Sic enim lo-
quuntur grãdæui quando volunt attendi & reuerentur audiri.
Sunt enim cõmuniter in ſenſu præſumptuoſi,& ſe reputant pro-
pter experientiam longam temporis:& alios contẽnunt propter
inexperientiam.Item ſe reputant propter quandã naturalẽ ma-
turitatem,quia ſunt in eis magis ſedatæ paſſiones quæ ſequũtur
calorem naturalem,ſicut intẽperantia,& ira.Et ſignanter prouo
cat vxores ad audiendum,quia cõmmniter mulieres ſunt ad lo-
quendum prõptę,& ad audiendũ ſunt graues propter animi ma-
iorem leuitatẽ,& propter inſtrumenti maiorẽ mobilitatẽ: quod
accidit propter eius raritatẽ & ſubtilitatẽ,*Quoniã occidi, &c.* Hic
confitetur culpam ſuam, *In vulnus meum*, id eſt, in vulnus quod
illi intulit, *Et adoleſcentiam in liuore meo*, id eſt, per plagas liuen-
tes,quas ſibi intuli vel *in liuore meo*,id eſt, in grandi ira mea , quæ
vultum & labia palleſcere facit. Et quãuis ad idem poſſit referri
vtrumque cum dicit,*occidit virum*,& tamen dicit , *adoleſcentulum.*
tamen ad diuerſa ſecundũ communiter loquẽtes refertur.Et di-
cit Magiſter hiſtoriarũ quod per virũ intelligit Cain,ꝑpter hoc
quod ſequitur: *Septuplum vltio dabitur de Cain.*Eſt vna opinio quę
ponitur in gloſa quæ dicit,quod Lamech prę ſenectute caligaue
rant oculi, & ibat ad venationẽ pro recreatione, & vſu pellũ, &
directus à iuuene ductore miſit ſagittã quaſi ad feram,& occidit
Cain inter vepres latentẽ.Tunc iratus verberauit iuuenẽ ducto
rẽ,ſciẽs quod ille qui occideret Cain ſeptuplo puniretur per ſen
tẽtiã à Deo latã ſupra eodem ca.Iſtam ſẽtẽtiam reputant aliqui
fabuloſam,nec videtur mihi quod poſſit haberi per literam,nec
quod occiderit Cain,nec quod occiderit ductorẽ ſuum,nam lite
ra non dicit,niſi quod occiderit virum & adoleſcentulum,& hoc
verum fuit.Nam homo fuit carnalis & voluptuoſus,ideo ad fo-
uendum delitias ſuas,& diuitias per quas ſuam voluptatem ſer-
uabat

*Homines grandeui ſunt communiter præſumptuoſi.*

*Hiſt.ſchol.in Geneſ.ca.28*

*Hiſto.ſcholaſti loco citato.*



uabat:aliquos potuit occidere,& hoc erat notoriũ.Et quia vxo-
res ſuæ habebant eũ odio,& poſſent inuenire colorẽ occidendi
eum,ſicut,reũ morte,ideo vt iſtũ colorẽ tollat,allegat ſic partim
ſecundũ rationem,partim ſecundũ fictam adinuentionẽ proce-
dens. Quod enim dixit pluries debere puniri occiſores Lamech
quã Cain,videtur rationabile,nam ille cõmiſit fratricidium, iſto
autẽ ſimplex homicidium : ille occidit hominem Deo acceptũ,
iſte hominem communẽ vel cõmunes homines.Ille à Deo cor-
reptus & præmonitus non deſtitit:iſte autem non legitur aliquã
diuinã admonitionẽ recepiſſe ſpecialiter,ideo videtur quod plus
debuit puniri , ac ideo cõcludit & arguit:Si Cain plus peccauit
quã ego,occidendo virum & adoleſcentulũ:Igitur ſi ille punitur
ſeptuplo qui occidit Cain,plus ergo punietur qui occiderit La-
mech.Et ſatisfacit apparentẽ rationẽ. Quod autẽ addit dicẽns:
*Septuplo vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuageſies ſepties.* Ad
timorẽ mulierum fuit ficta adinuentio. Vel etiam accipitur de-
terminatũ pro indeterminato,& ſic ſenſus eſt, *ſeptuageſies ſepties*, *Mat. 18.*
id eſt,longè plus.Sicut in Euangelio dicitur Petro quærenti quo
ties dimitteret fratri peccanti,Non dico tibi vſq; ſepties,ſed vſq;
ſeptuagies ſepties.Item quantũ ad modum quẽ narrant,non vi-
detur illud veriſimile:nã iſto modo Lamech fuiſſet excuſabilis,
ex quo inuitus feciſſet.Item non eſt dubiũ , quin Cain qui erat
pater primus omnium de terra illa,haberetur in magna reuerẽ-
tia.Nec apparet veriſimile quòd lateret ſolus inter fruteta , ſicut
vna fera.Neque obſtat quod dicitur, *Vagus erat & profugus ſuper
terram.*Nam hoc non fuit ſibi dictũ quaſi nõ eſſet in magnis ho-
noribus.vt potè quia ędificauit ciuitatẽ , ſed hoc fuit dictum eò
quòd ex ſentẽtia Dei omiſit domũ paternam , & terram natiuã,
& iuit ad aliam,quam longo tempore quæſiuit,& pro qua ante-
quam ſtaret multum diſcurrit.*Cognouit quoque adhuc Adam vxorẽ
ſuam, & peperit filium, vocauítque nomen eius Seth.*Determinata ge-
neratione reproborum,deſcribitur generatio electorum , ſicut
Seth & ſuorum, filiorum,nominauit eum,& ſecundum morem
communem & ſecundũ modũ ſanctorũ, & ponit nominationis
rationem & motiuũ,& totũ reducit ad generationẽ diuinã.Seth
enim interpretatur reſurrectio, vel poſitio, qa quaſi Abel in iſto
iuſto filio reſurrexit,quia quãuis alios poſt mortẽ eiꝰ genuiſſet,
tamẽ ſimiles in bonitate nõ erant.Iſte autẽ fuit ſimilis in bonita
te,ideo Abel reputauerunt in iſto ſuſcitatum.*Sed & Seth natus eſt
filius quem vocauit Ennos.*Ponit autem generationem Seth , & e-
ius nominationem,quia vocauit eum Enos,& ponitur iſtius no-

*Cur Cain vagus dicitur & profugus ſuper terrã.*

*Seth interpretatur reſurrectio.*

Universidad de Deusto Biblioteca

minis ratio. *Iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Enos enim interpretatur inuocatio. De hoc autem dubitatur quomodo cœperit inuocare nomen Domini. Nam ſic oſtenditur Eccleſia incœpiſſe ſub eo vel ab eo. Ad quod tamen opponitur de Adam, de Abel q̄ omnes boni fuerunt. Dicitur quod non incœperit diuinum cultum, ſed quod inuenit aliquem modum ſingularem colendi vel orandi Deum. Vnde Eccleſia incœpit ab Abel, non ab Adã, quia Eccleſia fuit ſemper continua, & ſemper in ea fuerunt aliqui iuſti. Si verò ab Adam incœpiſſet Eccleſia, fuiſſet diſcõtinuata, q̄a cùm peccauerunt parentes primi, nullus iuſtus fuit.

*Enos interpretatur inuocatio.*

*Eccleſia ab Abel, nõ ab Adã incœpit.*

## CAPVT QVINTVM.

HIC *eſt liber generationis Adam, &c.* Hic ponitur primò creationis hominis recapitulatio, ſecundò deſcribitur eiuſdem bona generatio, ibi, *Vixit autem Adam centũ triginta annis.* Ponit autem creationem, & quantum ad hominis animã, & quãtũ ad corpus. *Hic eſt liber generationis Adæ.* Ponitur autem hic titulus liber generationis Adã, quia iſte liber eſt vetus teſtamẽtũ, vel primus liber veteris teſtamẽti. Nã Adã fuit vet⁹ homo; ſicut titul⁹ primi libri noui teſtamẽti ponitur generatio noui hominis, ſ. Chriſti, vnde ſicut hic dicitur, *Hic eſt liber generationis Adã.* ita dicitur Mat. 1. Liber generationis IeſuChriſti. *In die qua creauit Deus hominẽ.* Per hoc autẽ qđ dicitur ĩ die, videtur falſum eſſe dicere qđ Adã & Eua nõ fuerũt vna die formati: nã hic dicit̃ ꝙ ĩ vna die fuerũt creati. Tamẽ põt reſpõderi qđ iſtud dicitur ſecũdũ intẽtionẽ ſcripturę, quę ꝓductionẽ mulieris poſt ſeptimũ diẽ q̄etis recitat expoſitiuè. Et ꝙ dies accipit̃ hic ꝓ toto tẽpore creationis ipſorũ, ſicut ſuprà, vbi dicitur, Iſtæ ſunt generatiõs cœli & terræ, in die quo fecit Domin⁹ cœlũ & terrã. Et nota ꝙ Adã accipit̃ ꝓ homine ſingulari, quãdo dicitur, Hic eſt liber generationis Adã: nã generatiões mulierũ ſcripturę nõ recittã, tamẽ quãdo ſeq̄tur poſteà. *Et vocauit nomẽ eorũ.* Accipitur Adã ꝓ homine cõmuniter: nã Adã idẽ eſt qđ homo, ambo autẽ erãt homines ab humo dicti, ſed ꝑ quãdã excellẽtiã vir ſibi retinet nomẽ, & mulieri impoſuit nomẽ, ſpeciale. *Ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã fecit hominẽ.* Homo accipitur hic ſicut cũ dicit̃, Homo eſt animal rationale, mortale. Per hoc autẽ qđ dicit ad imaginẽ, notat cõformitatẽ, in eſſẽtia, ꝑ ſimilitudinẽ, verò cõformitatẽ in gratia. Et ex hoc cõcluditur qđ & De⁹ fecit hominẽ ſecũdũ animã, q̄a ſecũdũ illã habet ſimilitu

Math. 1.



militudinẽ & imaginẽ Dei. Nec tãntũ ſecũdũ animã, ſed & ſecũdũ corpus, in quo eſt diſtinctio ſexus: vnde ſequitur, *Maſculũ & fœminã creauit eos.* Ita ꝙ illud plurale (eos) diuidit̃ vt ſingulę parte ꝯ ſubiecti ſingulis partibus prędicati referãtur, quia Adã fecit maſculũ, Euã fęminã: Sicut ſi dicerem⁹, Socrates & Plato habẽt duas animas, oportet ꝙ ad veritatẽ ꝓpoſitionis prędicatũ diuidat̃, & ſingulę partes ſubiecti, ſingulis partib⁹ prædicati referãtur: diuidẽdo duas animas in vnã, & dicẽdo: Socrates habet vnã animã & Plato habet vnã animã. *Et bene dixit illis.* Nã nõ tãtũ dedit vim exiſtẽdi in ſe. ſed ſe multiplicãdi in ſpeciẽ. *Vixit autẽ Adã cẽtũ triginta annis, & genuit filiũ, &c.* Et diuiditur in multas partes: Nã ponit multorũ generationes, & de quolibet tria facit: ponit tẽpus quod fluxit in vita ſua antequã generaret, & tẽp⁹ generationis, & tẽpus mortis. Si quęrit̃, Quare tãtũ tẽp⁹ interpoſuit Adã ad ꝓpagationẽ filiorũ poſt mortẽ Abel? Dicũt aliq̄, quod nõ interrũpit actũ generationis, ſed generationes nõ recitãtur quę nõ ꝑtinebãt ad Chriſtũ: vel etiã põt dici qđ generationes iſtæ ponũtur ad exiſtimandũ ętatẽ mũdi & deſcurſum. Per generationes autẽ aliorũ à Seth nihil ꝓficiſſet decurſus, q̄a tota aliorũ poſteritas & Cain, & aliorũ fuit ꝑ diluuiũ abolita, & ſolum ſtetit generatio Seth in Noë & ſua poſteritate. Vnde patet friuolũ eſſe quod dicitur à quibuſdã, qđ Eua ꝓpter deſolationẽ de morte Abel cõtinẽtiam vouit, & qđ De⁹ in voto ſuo diſpẽſauit ꝓpter multiplicationẽ generis humani: & hoc videtur dicere Methodius, & Strabus. Iſtud autẽ reputo friuolũ, quia habuerunt de multiplicanda prole pręceptũ, nec eſt veriſimile quod eſſẽt huius trãſgreſſores mandati, nec de hoc à ſcriptura notantur. *Et genuit filiũ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã.* Non dicit ad imaginẽ Dei, ſed ſuã. Nã imago Dei viui erat in homine deturbata, ita quod nõ debebat dici diuina cũ careret ſuo formali, ſcilicet eleuato actu cõtẽplationis Dei, & ꝓ prius ſic dicitur, ſcilicet reſpectu obiecti diuini. Similitudo autẽ ex toto erat delata, q̄a ſimilitudo attẽditur quantũ ad gratuita: & poſteritas Adę cõcipitur in carẽtia gratię & originalis iuſtitię: Et ideo dicitur genitus ad imaginẽ & ſimilitudinẽ primorum parẽtum, quia ſimilis in natura ab eis etiã culpabiliter infectus proceſſit. Notare autẽ debes ſecũdum Hieronym. in Hębraicis quæſtionibus, quod vſq; ad diluuiũ in generationibus hominũ antequã generent filios ſuos, ſeptuaginta interpretes pl⁹ ponũt cẽtũ annos quã ponũt Hebræi. Sicut verbi gr̃a, vbi habemus de Adã qđ vixit centũ triginta annis, ipſi habẽt ducẽtos triginta annos, & ſic de aliis. Poſtquam autem generunt de ętate ſua, tantùm

*Reiicitur eorum opinio qui dicunt quod Eua vouit votũ continentiæ. Methodi⁹, Strabus vt refertur in gl. or. ſuper hunc locum.*

*Hieron. in Heb. quæſt. ſuper Gen. tom. 3.*

*De hoc Auguſt. 15. de ciui. cap. 10 tom. 5.*

Universidad de Deusto Biblioteca

auferunt quod ſecundũ vtramq́; literam in ætate eadẽ mortui ſunt:quod vnde proceſſit,neſcio,niſi ex vitio ſcriptorũ, & quod ſit verius,Hieronymus nõ aſſerit. Sed hîc ſolet quęri de hoc qđ hîc dicitur,quod iam in ætate magna generabãt quomodo tãtũ expectabãt.Et vt de Adã taceamus de quo conſtat qđ anteà fuit centum triginta annorum,quã genuit Abel.de Enos quæramus qui dicitur fuiſſe nonaginta annorũ quãdo genuit Cainam, Nõ enim videtur veriſimile quod tantam ætatem ad contrahendũ expectarent,cùm videamus in nobis qui ſumus natura debiliores,quod citius homines generant,& non tantum expectant.Secundũ Auguſtin.15.de ciuit. Dei. cap.12.reſpondit quidam qui vocabatur Plinius ſecũdus,cũ cõmemoraſſet ſcriptũ eſſe quoſdã vixiſſe centum quinquaginta annis, alios trecẽtis, alios quadringentis,alios nongentis & ſimiliter, tanto tẽpore expectaſſe ad generandum,dixit hoc contigiſſe ex varietate annorũ vel differenti ſumptione. Quidã enim æſtatẽ & hyemem pro duobus annis ponebant:Alij quatuor anni tempora ponebant pro quatuor annis:Alij vnũ menſem lunarem pro vno anno. Alij autem dicunt quod anni illi de quibus hîc loquitur, ſunt tales anni,qđ illorũ decem faciunt vnum annum noſtrum, ita quod centum anni illorum ſunt decem anni noſtri,ita quod ille qui vixit nongentis annis de illis annis,vixit nonaginta de noſtris. Iſtud autẽ probat Auguſtinus ibidẽ impoſſibile. Nam hîc dicitur quod Enos nonaginta annorum genuit Cainam,nonaginta autem de illis ſunt nouem de noſtris:igitur nouem annorũ genuiſſet, quod nullus diceret.Item Cainã genuiſſet ſeptimo anno,quia ſeptuaginta annos habebat quando generauit. Iſtud autem à nullo diceretur,& propter hoc credo quod intelligit de cõmunibus annis.Inconueniẽs enim eſſet,quod in cauſſa neceſſaria,ſcilicet generationũ deſcriptione in qua ætas mundi probatur, & ex qua multæ prophetiæ & multarum ſcripturarũ veritates & expoſitiones dependent:poſitum eſſet aliquid ita malignũ,niſi eſſet alicubi expoſitum.Et quod obiicitur quomodo iſta ſtarent diu antequã accederent ad propagandũ ſicut hic videtur innui? Reſpõdet Auguſtinus 15.de ciuitate Dei, cap.15. quod tantò fuit ſerior & tardior proportione pubertas, quantò vitæ totius tunc erat maior annoſitas.Aut quod magis video eſſe credibile, non hic primogeniti cõmemorati ſunt,ſed illi quos ſucceſſionis ordo poſcebat,vt veniretur ad Noë & Abrahã, & ad certos alios articulos temporum.Quod probat per exemplũ genealogiæ Chriſtià Matthæo deſcriptæ,vbi primò dicitur,Abrahã genuit Iſaac,& reliquit

*Cur tandiu expectabant antiqui antequam matrimonio iungerentur.*

*Aug.lib.15. ca.12.to.5.*

*Aug.li.15. de ciuit Dei ca.12.to.5.*

*Aug.lib.15. ca. 5. circa princ. to.5.*





liquit Iſmaël primogenitum.Deinde dicit,Iſaac genuit Iacob, q non fuit primogenitus,& ſic quaſi de omnibus, ſaltẽ de multis. Eos enim in ordine generationis poſuit per quos ad Dauid & ad Chriſtũ perueniret.Potuit ergo eſſe quòd plures antè genuiſſent,ſed de iſtis loquitur quorũ generatio ad Chriſtũ pertinet,& à quibus Chriſtus deſcendit.Si autẽ quæritur, vtrum viuebãt ità diu naturaliter vel miraculoſe? Dicunt aliqui,quod humanũ genus,quia tunc recens erat,plus habuit vigoris & durabilitatis,& quod per ſucceſſum tẽporũ ille vigor deficiebat. Sed cõtra hoc arguitur,quia tẽpore Moyſi, & citra vita hominũ ſatis cucurrit vniformiter,& Dauid dicit,dies noſtri ſeptuaginta anni.Vnde quibuſdam videtur quod Deus naturã antiquorũ vigorauerit propter neceſſitatẽ humanæ propagationis & primariæ fundationis & inſtructionis humani generis,ac ideò à multiplicatione ſufficiẽti facta,ſicut à tempore Moyſi ſatis cucurrit vniformiter.Dãt autẽ ſignũ huius in Moyſe & Caleph,quia enim vita Moyſi erat populo regendo neceſſaria, propter hoc in fine Deuteronomij dicitur quod Moyſes centum annorũ & viginti erat quãdo mortuus eſt,nec caligauit oculus eius, neque dentes eius ſunt moti. De Caleph verò quia cõſtãtia eius erat populo vtilis,dicitur Ioſue 14.Conceſſit mihi Dominus vitã ſicut pollicitus eſt,octoginta quinque annorũ ſum,ſic valens vt valebam tẽpore quo ad explorandum terram miſſus. ſum.*Vixit Mathuſalem centum octoginta ſeptem annis, &c.* Atque hic genuit Noë,qui vixit ſexcentis annis, & tunc fuit diluuium, & poſt vixit trecentis quinquaginta annis,& ita fuit nongentorũ quinquaginta annorum quando fuit mortuus,ſicut infrà nono dicitur,& ſic Mathuſalem fuit mortuꝰ, in anno in quo fuit diluuium. Nã Mathuſalẽ tẽpore ſuæ mortis fuit nongentorum ſexaginta nouem annorum.Centum enim & octoginta ſeptem quibus vixit Mathuſalem antequam genuit Lamech,& centum octoginta duo quibus vixit Lamech antequam genuit Noë, & ſunt trecenti ſexaginta nouẽ, quibꝰ additi ſexcenti anni ipſius Noë, quos habuit tẽpore diluuij,faciũt nongentos ſexaginta nouem,quæ fuit ætas Mathuſalem tẽpore ſuæ mortis,ſecundum omnes tranſlationes. Vnde ſic patet quod in anno diluuij fuit mortuus,vt patet ex litera iſta,quæ eſt eadẽ cũ Hebreo,ſecundum quod dicit Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus,qui dicit quod iſtam literã inuenit etiã in Biblijs Samaritanorũ,& ea ſoluit illã quæſtionem & perplexitatem quam mouet Auguſtinus 15.de ciuitate Dei,capite vndecimo, & Hieronymus ſuper iiſdẽ verbis mouet eam in Hebraicis quæſtionibꝰ,

*Hierony. in Heb. quæſt. in Ge. tot. 3.*

*Aug. li. 15. c.11. tom. 3.*

Universidad de Deusto Biblioteca



& dicunt quod eſt quæſtio famoſiſſima,& ſecundum literam ſeptuaginta Interpretũ,videtur haberi aliquid cõtra ſcripturã quę dicit, quod omnes mortui ſunt exceptis octo animabus quę fuerũt in arca Noë,inter quas non dinumeratur Mathuſalẽ. Quod autem ſic ſequatur probant per literã 70. Dicit enim litera eorũ, quia Mathuſalẽ priuſquã genuit Lamech fuit centũ & ſexaginta ſeptem annorũ. Lamech autẽ quando genuit Noë fuit centum octoginta octo annorum, qui ſimul iuncti cum annis Mathuſalem, quos habebat quando genuit Lamech, faciunt annos trecentos quinquaginta quinque. His additi ſexcenti anni quos habuit Noë ante diluuium,faciunt nongentos quinquaginta quinque annos,Mathuſalem autem vixit nõgentos ſexaginta nouem annos,igitur poſt diluuium vixit quinque & nouem annis,id eſt, quatuordecim annis. Ex iſtis moti quidam, ſecundum quod refert Auguſtinus ibidem,aiunt, quod ad tempus fuit cum Enoch patre ſuo in Paradiſo terreſtri, ad quem diluuium non aſcendit.

*Augu. loco citato.*

Quem modum nõ approbat Auguſtinus,imò dicit quod certum eſt Mathuſalem non vixiſſe poſt diluuium:vnde ſecundum Hieronymum videtur quod litera noſtra ſit melior quæ tollit perplexitatem iſtam. Nec ex hoc ſequitur quod ſeptuaginta dixerũt falſum vel mendacium,ſed fortè fuit vitium ſcriptorum.

*Hierony. in Heb. quæſt. in Gen. te. 3.*

Quæritur de Enoch,de quo hic dicitur, *Ambulauitque cum Deo, & non apparuit,quia tulit eum Deus.* Quò tulerit eum, & vtrum viuum vel mortuum,non apparet clarè ex iſta litera,tamẽ videtur quod tulit eũ Deus mortuũ.Nam hic dicitur,Facti ſunt omnes dies eius trecenti ſexagintaquinq; anni.Igitur videtur quod poſt nõ vixit. Sed iſtud poteſt exponi, & exponitur verè de annis quibus vixit ante ſuam tranſlationem.Et quãuis nõ habemus quod fuit trãſlatus clarè ex iſta litera:tamen ſatis innuitur & efficaciter probatur ex multis. Primò ex hoc quod non dicit quod eſt mortuus,ſicut dicitur de aliis,quod tamen faceret ſi ita fuiſſet. Apparet etiã ex alia ſcriptura,Eccleſia. 44. dicitur.Enoch placuit Deo, & trãſlatus eſt in Paradiſum.Et ad Hebręos 11. dicitur:Fide Enoch trãſlatus eſt ne videret mortem,& non inueniebatur, quia tranſtulit eum Dominus.Vnde quãuis hoc loco ſcriptura, quæ ſtudet breuitati,nõ hoc exprimat ita clarè,tamẽ ex iſtis aliis ſcripturis patet clariſſimè,& iſti habuerũt hoc à Spiritu ſancto, & ab aliis qui ab illo tẽpore hoc reliquerũt in ſcriptis. Si autem quæritur quare fuit tranſlatus?Poteſt dici quod ſicut iudicia Dei occulta non ſunt temerè aut præſumptuoſe diſcutienda, ſed potius venerãda & metuenda,ſic eius arcana opera & conſilia nõ ſunt curioſe aut

*Ecclef. 44.*

præ



præſumptuoſe perſcrutanda,ſed fideliter magnificãda, & ſobriè ſpeculanda.Ratio tamen aliqua poteſt poni de ipſo & Helia conſimilis. Secundum enim teſtimonium Chriſti & Malachiæ Prophetæ Helias fuit reſeruatus vt in fine ſeculi filios Iſraël conuerteret.Item ad confirmandam fidem, & fortem & grandem æſtimationẽ magnalium illius temporis vltimi. Et propter hoc duo erant maximi ſui temporis & ſuæ ætatis,ætatis dico mũdi. Nam Enoch fuit maximus ante legem,& Propheta ſecundũ quod dicit Iudas in canonica ſua,& de iudicio prophetauit,propterea ad iſtud tempus reſeruatus fuit. Helias autem fuit maximus Propheta poſt legem & maximus iuſtitiæ zelator. Ideo debet eſſe iudicij (in quo fiet plena iuſtitia) teſtis. Vterque enim fuit circa tempus grandis iudicij,ſicut Enoch circa tempus diluuij, Helias circa tempus magnæ perſecutionis,nam tunc fuit magna interfectio Prophetarum ab ipſa Ieſabel 3. Reg. 8. Inſtetit etiam captiuitas decem tribuum. Item iſti duo Prophetæ ſicut patres & quædam capita Prophetarum,ideo conuenienter reſeruantur in teſtes illius temporis, in quo de vniuerſo orbe in gentibus & Iudæis neceſſe erit dare ſingulare teſtimonium de Chriſto & imminentis iudicij dare ſigna, & reducere diſperſa in vnũ,ita quod ex Gentibus & Iudæis fiet vnum ouile.

*Enoch fuit maximus propheta ante legem.*

Si autem quæritur vnde viuunt?Dicitur quod de lignis Paradiſi quæ ſunt optimè proportionata pro complexione humana quãtum ad ſuam qualitatem abſolutam,& cùm hoc habent vim diuinam ſibi tanquam ſacramentaliter aſſiſtentem,materiam eorum conſeruantem: ſicut in ſtatu innocentiæ fuiſſet. *Vocauitque nomen eius Noë,dicens. Iſte conſolabitur nos ab operibus manuum noſtrarum in terra cui maledixit Dominus.*

*Enoch & Helias quibus alimentis viuant.*

Noë enim interpretatur requies,& prophetice,nomen iſtud ſuſcepit,nam per ipſum facta eſt humani generis reparatio,quia ab iſto totum genus humanum defluxit. Vnde ipſe eſt vniuerſalis pater omnium poſteriorũ ſicut Adam reſpectu omnium ſimpliciter. Vel alia ratione dicitur vel prophetatur quod conſolaretur nos,quia prædicabat diluuium imminere ad pœnam malorũ & ad ſolatium bonorum. Vel quia ipſe bonus & iuſtus ſolatium erat inter malos ſuis parentibus. *In terra cui maledixit Dominus.* Non quantum ad ſuam eſſentiam, ſed quantum ad laborioſam hominis habitationem, & ſic terminatur generatio primę ætatis quæ continet nouem generationes.

*Noë interpretatur requies.*

Universidad de Deusto Biblioteca



## CAPVT SEXTVM.

NOë *igitur cùm quingentorum eſſet annorum*, Hic agitur de generatione ſecundæ ætatis, in qua ſtipes eſt Noë, ſicut in prima ſtipes eſt Adam, Et primò agitur de ſtipite, ſecundò de generationis ſucceſſione, ibi, *Hæ ſunt generationes filiorum Noë*, De ſtatu ante diluuium infrà agitur ſeptimo. *Dixit dominus ad eum*, De ſtatu poſt diluuium infrà octauo circa finem, *Menſe ſecundo ſeptima die menſis*. Item primò exprimitur hominum culpa, ſecundò taxatur pæna, ibi eodem: *Corrupta eſt terra coram Deo*. Tertiò executioni mandatur ſententia ibi, *Fac tibi arcam*. Primò ponit hominum communem malitiam. Secundò ipſius Noë innocentiam vel iuſtitiam ibi, *Noë verò inuenit gratiam coram domino*. Item primò quæruntur quędam præambula. Secundò infertur hominum malitia vt Deo abominabilis & odioſa, *videns autẽ Deus, &c.* Dicit igitur, *Noë verò, &c.* Non eſt intelligendum præciſe, quod genuerit ipſos directè poſt quingenteſimum annum ſtatim, quia nec omnes ſimul generauit, nec in tam breui tẽpore, quia non legimus quod bigamus fuerit, ideo oportuit quod vnius generatio expectaret alterius natiuitatem propter vteri grauitatem. Infrà etiam 11. dicitur quod Sem centum annorum erat biennio poſt diluuium, Cùm igitur in diluuio erat ſexcẽtorum annorum, videtur quod non fuerit genitus quando Noë habuit quingentos annos præciſe. ſed duobus annis poſt. Infrà etiã 11. dicitur quod Cain fuit minor quàm Sem, ex hoc colligitur quod fuerint geniti circa illud tempus quo habuit Noë quingentos annos, ſcilicet, aliquantulũ poſt. Aliqui dicunt quod ex iſta litera colligitur quod Noë fuit magnæ continentiæ: qui ita diu vixit generationi nõ vacans: Tamen ex hoc nõ ſequitur apertè, quia fortè plures habuit, quorum generatio tacetur, vel fortè erant mortui, ideo non ponuntur, quia ipſi nihil egerunt ad reparationem generis humani, ſed iſti tres tantum. *Cúmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram*, Quæritur quid intelligit per filios Dei? Dicendum quod ſicut tota generatio Sarracenorum vel ſchiſmaticorum ſegregata eſt à generatione bonorum Chriſtianorum, ſic tota generatio Cain erat tunc ſegregata à generatione Seth. Et hi vocantur hîc filij Dei, alij vero vocantur filij hominum. Et probabiliter creditur quod ab Adam & Seth & cæteris patribus ſanctis fuerunt filij prohibiti coniugaliter commiſceri cum filiis vel filiabus populi Cain, ſicut ſunt modò prohibiti per eccleſiam nubere Sarracenis. vnde ex hoc præcipuè apparet pœna ſceleris ſui, quia non fuit

*Prohibitio contrahendi cum infidelibus ab ipſo Adam creditur manaſſe.*



fuit dignus quod aliquis de filiis ſuis ad generationem ſaluatoris aliqualiter pertineret, nec quod generatio eius vltera diluuiũ procederet. Eo tempore autem de quo loquimur modò contra prohibitionem parentum concupiſcentia victi, cõmixti ſunt filij bonæ generationis, filiabus malæ generationis, & econtrà, non attendentes niſi ſolam ſpeciem corporalis pulchritudinis & ſuæ carnalis voluptatis *Dixitque Deus, nõ permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt*, Oſtẽditur debitus ordo iudicij. Debet enim fieri admonitio, & deinde grauiora agentibus etiã dãnatio, Et ſecũdum hoc ponitur ibi, *vagãtes autem erant, &c. Dixitque Deus*. Quęritur per quem iſtud prædicari fecit, vel ſi per ſeipſum omnibus dixit. Dicitur quod non decuit, quod per ſe omnibus diceret, cũ iam genus humanũ eſſet multiplicatum, ſed decuit quod alicui inſinuauit, quod omnibus iſtud reuelaret, & ſic fecit quia reuelauit Noë, & per Noë aliis prædicauit, ſicut patet 2. Pet. 2. vbi ſic dicit. Et originali mundo nõ pepercit, ſed octauũ Noë iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorũ inducens. Et continet duo hæc prædicatio. *Non permanebit, &c.* affectũ, ſcilicet miſericordiæ, & cõmutationem iuſtitiæ. Primum ibi, *Non permanebit ſpiritus meus*, id eſt indignatio mea. q. d. irremediabiliter non indignabor ſicut feci angelo peccanti. Et reddidit rationem, *quia caro eſt*. i. quia fragilis eſt vnde videtur reddere rationẽ irremediabilitatis peccati angeli, & reparabilitatis peccati hominis, qa homo peccauit ex infirmittate, angelus autem ex malitia. Tamẽ nõ loquitur hic de peccato primorum parentũ, ſed de peccato poſteriorum. Nam Adam nõ peccauit ex infirmitate, quia ea prorſus caruit. Poſteri autẽ peccãt ex fragilitate & fomite carnis infectæ, propter quod magis excuſantur. Poſſet tamẽ dici, quod peccatũ primorum parentum fuit ex fragilitate reſpectu peccati angeli. Nam homo cõpoſitus ex anima & corpore, ex eo ipſo quod eſt vnitus ſpirit⁹ ſuus corpori, magis poteſt paſſionari multis paſſionibus, & cõpati corpori, & ideo plures habent homines occaſiones peccandi quã angeli, cùm poſſint moueri appetibilibus duorum generum, ſcilicet, ſpirituali & corporali, angelus autem non mouetur corporali pulchritudine, neq; dulcedine ſicut homo. Sicut patet quãdo Eua peccauit, dicitur 3. Gen. quod vidit lignum pulchrum viſu, & ad veſcendũ ſuaue. Secundum Hieronymum in hebraicis quæſtionibus litera eſt hæc, Non iudicabit ſpiritus meus homines in ſempiternũ, quia caro ſunt, id eſt, quia fragilis eſt in homine cõditio, Nõ eos ad æternos cruciatus ſeruabo, ſed hic illis reſtituam quod merentur. Ergo non ſeueritatẽ vt in no-

*Hierony. in heb. quæſt. in Geneſ. tom. 3.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtris codicilibus legitur,ſed clementiã Dei ſonat, dum peccator hic pro ſuo ſcelere viſitatur,vndevidetur literã noſtrã intellexiſſe Spiritus meus,id eſt,dilectio mea,vel,volũtas mea : vel ſic,ſpiritus meus,id eſt,anima rationalis quæ eſt à me creata,non permanebit in hominẽ æternũ,id eſt,diu vel ita longo tẽpore ſicut ſolet.Et iſti ſenſui cõcordat quod cõſequenter ſubiungitur. *Erúntq; dies illius centum viginti anni*,quaſi dicat, vſque modo diu ſatis vixerunt per meam prouidentiam & ſpecialem gratiam,ſed de cętero non viuent communiter vltra centum viginti annos. Quæ ſententia fuit ſatis obſeruata.Nã & à tempore Abrahæ ſancti homines ad cõmunem ætatẽ erant reducti. vnde mirum fuit quod Sara octoginta annorum peperit, & Abrahá nõ pauciorũ quam centum annnorum generauit.Quãuis autem iſte ſenſus multum videatur literæ cõſonus,tamẽ Hieronymus & Auguſtinus iſtum ſenſum abiiciũt.Hieronymus in hebraicis quæſtionibus & Aug. 15.de ciui.Dei c.24.vnde dicunt ſic,Non humana vita ( vt errant multi)in centum viginti annos eſt contracta,quia poſt diluuium plures leguntur per ampliores annos vixiſſe. & intendunt quod velit dicere in illa litera, *Erúntque dies illius centũ viginti anni*.Quod expectaret eos vſque ad centum viginti annos ad pœnitentiam, & tunc miſericorditer eis inferret temporalem pœnam. Tamen contra iſtam expoſitionem eſt vna ratio, Nam iſtud fuit dictum poſtquam Noë habuit quingentos annos , ſicut in eodem capit. ſupra dicitur.Infrà autem diluuium à tempore illo non fluxerãt, niſi centum anni , quia diluuium fuit factum Noë exiſtente ſexcentorum annorum. Ad hoc reſpondet Hieronymus in hebraicis quæſtionibus quod propter eorum malitiam,ad quam omni die attendebant,fuit ille terminus abbreuiatus.Secũdum Auguſtinum verbum iſtud fuit dictum Noë antequã haberet quingẽtos annos per viginti annos,& ſic ſoluitur perplexitas. *Gentes autem erant ſuper terram in diebus illis.* Poſtquam poſuit culpam hominum ſimplicem,hic ponit culpæ dictę aggrauationem,ad hoc quod probetur Deus inferre iuſtam iſtius punitionẽ. Et ij de quibus loquitur, habebant peccatum innocentiæ , & peccatum ſuperbiæ , & exemplum malitiæ. Incontinentiam oſtendit per ingreſſum filiorum Dei ad filios hominum,Superbiam ponit cùm dicit , *potentes à ſeculo.* Scandalizantem malitiam , patentem & apertam , cùm dicit , *viri famoſi.* Quæritur quid intelligitur per iſtos Gigantes ? Iſidorus libr. ethymologiarum 11. cap. 3. dicit quod gigantes dicũtur quaſi terrę terrigenę,id eſt,geniti à terra, quaſi terra eos ſua maxima mole formauit vel produxerit , non deter-

*Nota expoſitionem Hiero. huius loci.*

*Hier. in heb. quæſt. in Gene. tom. 3.*

*Aug. lib. 15. cap. 24. to. 5.*

*Bona obiectio.*

*Hieron. loco citato to. 3.*

*Augu. loco citato. to. 5.*

*Iſido. lib. 11. cap. 3. paulò ante medium*



determinata hominis vis generatiua. Nam videtur quod ad hoc nõ extendat ſe vis à patre deciſa,quod poſſet ita exceſſiuè & improportionaliter extendere materiam ſeminalem,ideo dicuntur à vulgo non ab hominibus propagati , ſed à terra geniti.Alij dicunt, & ſic Auguſtinus de ciuitate Dei , libro. 15. cap. 23. quod Gigantes ſunt homines ſtatuta maximi , viribus fortiſsimi , & voluntate peſsimi & crudeliſſimi. vnde Baruch. 3.Ibi fuerunt Gigantes viri nominati, illi qui fuerunt ab initio ſtatura magna ſcientes bellum. vnde & à Simmacho vocantur violenti. In hebręo autem habetur cadentes.Refert autem Auguſtinus in loco prædicto hos Gigantes primò fuiſſe angelos,non bonos,ſed malis,ex quorum commixtione cùm fœminis ſunt poſtmodum alij Gigantes homines nati,qui fuerunt potentes in viribus, famoſi in malitia,& crudelitate & ſæuitia. Et ſi aliqui ſint qui hoc non credant, ipſe dicit, quod fama eſt , multiq́ue audiſſe confirmant Syluanos & Faunos,mulieribus ſæpè improbos extitiſſe, ac earũ appetiſſe & peregiſſe concubitum,vnde & hoc negare,ait,impudentiæ videtur. Modus autem quo id faciunt ſatis facile poteſt intelligi,Nam ſubſtantiæ ſpirituales hoc non faciunt nec facere poſſunt,niſi in aſſumptis corporibus, nec etiam in talibus per ſe delectantur, niſi pro quantò per iſta ad vilitates peccatorum homines pertrahuntur. Ipſi autem dæmones ſciunt naturas fœminum,& qualiter poſſunt in calore debito ſeruari.vnde primò ſub ſpecie mulieris ſunt ſubcubi viris, & contra receptis ſeminibus, & in calore debito conſeruatis accipiunt ſpeciem virorum,& ſic poſſunt generare. Sicut video quod ſemina arborum,poſſunt taliter conſeruari , quod inde arbor poteſt produci , tamen ſi non conſeruetur in tali modo, debitus calor naturalis exhalat,neque poteſt inde aliquid produci.Sed cõtra hoc obiicitur.Ex hoc adhuc non habemus quod iſti ſic generati debeant excedere ſtaturam communem,Nã conſeruantur in virtute ſeminis quod fuit à perſonis receptũ,& per conſequens producti inde maiores eſſe non poſſunt, quam eſſent ſi producerentur vel propagarentur à propriis parentibus,neque excedunt propriorum parentum ſtaturam, Sicut ſi gallina cubat ſuo calore oua perdicis , pulli ſunt eiuſdem ſpeciei cum perdice,& eiuſdem ſtaturæ, & non ſtaturæ gallinæ.Ad hoc poteſt dici quod dęmones poſſunt ſtaturã maiorem facere & minorem,Nam ſuperexcreſcẽtia in magnitudine, ſicut eſt in gigantibus vltra mediũ ſtatum, & diminutio in paruitate ſicut in nanis poteſt eſſe ex parte materiæ,agente calore radicali improportionate,Nã multa materia & mollis eſt multum

*Aug. lib. ca. 23. aliquid huius habet tom. 5*

*Symmachus apud Hieroni heb. quæ. in Geneſi to. 3.*

*Aug. lib. 15. de. ciuit D i c. 24. to. 3.*

*Bona obiectio.*

*Reſpoſio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



extenſibilis in calore etiā medioeri, Ipſe autem diabolus poteſt
materiam augmentare, Sed obiicis quod & tunc ſaltem deberēt
eſſe molliores & magisdebiles, ſicut cōtingit in maximis homini
bus, cuius cōtrariū hic dicitur, quia dicitur quod fuerūt potētes.
Dicitur quod dæmones ſciunt calorē naturalē augmentare, & ꝓ
portionare, & ſic ex tali augmēto caloris etiā accidētalis fit mate
ria magis fortis, ſicut etiam ex diſpoſitione humidi nutrimētalis
proportionaliter calidi, materia magis ex eodem humido radica
li extenditur, & etiā fortior redditur, ſicut apparet quod idē bene
nutritus fit maior & fortior, quā nutritꝰ miſerè & viliter, vel etiā
ſi ſint duo ſimilis naturæ, diſſimilis nutrimenti. Eodem autē mo
do poſſet eſſe in quātitate diminuta. Et patet modus iſtorum gi-
gantum & quodāmodo fuerūt vel potuerūt eſſe per cauſam ſu-
pernaturalē & quaſi artificialē, ſicut etiam dæmones fecerūt ſer-
*Aug. lib. 3. cap. 9.* pētes ſicut Moyſes. vnde vocat eos Aug. 3. de Trini. agricolas, qa
addunt principia & cōiungūt ea, & hos ſua ſagacitate producūt
effectus. Nota tamen ꝙ Auguſtinus ponit & ſubdit in capitulo
iam dicto quod non oportet dari iſtū modum ex hoc quod nati
ſunt tēpore primitiuo homines gigāteæ ſtaturę, quia etiam tales
vt dicit à cōmunibus patribus nati ſunt Nā ante paucos annos
Romæ fuit fœmina gigātea antequā fiebat mirabilis vſquequaq;
concurſus, & tamen parentes erāt non multū longi. Quod etiā
patet ex hoc, quia ſicut ex aliqua accidētali cauſſa & diſpoſitione
defectiua homo poteſt ita notabiliter à ſtatura humana medio-
cri cadere: ita ſimiliter credo ꝙ ex aliqua accidētali cauſſa melio
ratura, vel à parte nutrimēti, vel à diſpoſitiōe cœli poterit aliquis
ſtaturā humanā excedere mediocrem. Quæ autem multum ex-
cederet noſtram cōmunem hominū ſtaturam, eſſet gigātea ſta-
tura. *Videns autem Deus quod multa malitia hominum, &c.* poſuit ho-
minum culpam pœna dignam. Hîc ponit iuſtam Dei indignatio
nem & puniendi diſpoſitionem. Dicit igitur *videns*, & cę. videns ſi
quidē non tantum exteriora mala opera, ſed interiores cogita-
tiones & internos motus animorum, vnde ſequitur, *& quod cun-
cta cogitatio hominis intenta eſſet ad malum.* videt autem iſta viſione
intelligentiæ ſimplicis, non approbationis. Vnde ex hoc incutit
nobis timorem qui non poſſumus effugere Deis cognitionē. *Pa
nituit eum quod hominem feciſſet*, More humano loquitur. Et eſt
*Figuratè paſſiones homi- num Deo attribuuntur.* quædā figura quæ antropoſpatos dicitur, quādo paſſiones homi
num Deo attribuuntur. Mos autem hominum eſt quod quan-
do vnum opus deſtruunt, faciūt ex cordis diſplicētia, Cùm etiā
aliquid fecerint, Et quando putant quod aliquod malū poteſt cō
tingere



tingere præueniēdo occurrunt, & deſtruūt, & impediunt, & præ-
timētes in futurū timore peccata vitant. *Tactus dolore cordis intrin
ſecus.* In nobis enim actum deteſtationis ſequitur paſſio doloris,
Et iſto modo hîc loquitur more humano. Vnde vult dicere quod
habuit diſplicentiā. Et accepit vel ſignificat cauſam per effectū.
*Deiebo hominem quem creaui a facie terræ, ab homine vſque ad animan
tia.* Sed quare deleuit animantia? Dic quòd in ſignum deteſtatio *Cur animā- tia delentur.*
nis eorū pro quibus erant facta, & vt oſtenderetur quod nō ſunt
nec conſeruantur niſi propter hominem. *Noë verò inuenit gratiam
coram Domino.* Poſita eſt ſupra hominum communis malitia, hic
ſubditur ipſiꝰ Noë iuſtitia. Alij enim ex iniuſtitia diſplicebāt, ſed
iſte ex iuſtitia placuit. Vnde tacitæ quæſtioni reſpōdet. Poſſet eñ
aliquis cōnexere ex quo debebat mundum delere, Quomodo à
regula quam generaliter propoſuit iſtū Noë excepit? & etiā quia
videret eſſe perſonarū acceptor ſi alios deleret & iſtū coſeruaret,
ideo excuſat ſe & reſpondet quod cætera non ſunt paria. Nā alij
cōmuniter erant iniuſti, & iſte iuſtus. Oſtenditur etiā deuotus ad
Deum ibi, *Cùm Deo ambulauit.* Non potuit errare, bonū directorē
habuit. Oſtēditur etiā ordinatus ad ſemetipſum, ibi, *Iuſtus atque
perfectus.* Beneuolus atque ſolicitus ad ædificādum & conſeruan
dum proximū & populū ſuæ correptioni ſubiectum, ibi, *In gene-
rationibus ſuis. Et genuit Sem, Cain, & Iaphet,* Qui fuerunt paternæ
iuſtitiæ imitatores. *Corrupta eſt autem terra*, Hic ponitur taxatio
ſententiæ & diſpoſitio de pœna & oſtēditur humani generis cul *Quando Deus dicitur videre cul- pas hominū.*
pa, non tantum vt culpa, ſed vt ſtatim punienda. Culpa enim in
ſcriptura nondicitur à Deo videri & vinire ad faciē & conſpectū
Dei, niſi quādo diſponit eam punire Priꝰ ſe habet ſicut dormiēs,
vel ſicut ignorās: ſed cùm diſponit punire, tunc ſe habet ſicut ad
uertens, ſciens & cognoſcens, ſecundū quod habetur infra. Cla-
mor Sodomorum & Gomorræorū venit corā me. Vnde de vno
facto quādo volumusquod à Deo puniatur dicimus, videat Deꝰ
& iudicet. Non quod ignoremus quod Dominus videt, vel opte
mus quod cognoſcat, ſed quia volumus quod videat ad punien
dū, Ita dicitur hic. *Cumq; vidiſſet Deus terrā eſſe corruptā, dixit: Finis
vniuerſæ carnis venit coram me*, q.d. vidit ad puniendum. Vnde iſta
viſio eſt viſio impatientis iuſtitiæ, non viſio diſsimulantis miſeri
cordiæ, *vniuerſæ*, id eſt, omniū hominum, exceptis paucis, ſcilicet
octo qui reſpectu tantę multitudinis non faciunt numerū. Et di
cit: *Diſperdam eos cum terra*, Quæritur quomodo terram diſperdi-
dit? Dicitur quod non intelligitur quantum ad ſubſtantiam, ſed
quātū ad apparentiā, quia fuit aquis vndiq; cooperta: vel intelli

Universidad de
Bibliote

*Glo. ord. ſuper illud, diſperdam eos.*
*Eſus carniũ cur poſt homini conceſſus.*

gitur non quantũ ad actũ eſſendi vel innotificandi, vel etiã quá-
tũ ad aliquem vigorem & fœcunditatem, vnde dicit gloſa: Tra-
dunt doctores terræ vigorẽ & fœcunditatem longè eſſe inferio-
rẽ poſt diluuium, & ideo hominibus eſum carniũ eſſe cõceſſum
cùm antea tantũ terræ naſcentibns viuerent, vel victitarẽt. Et di
citur terra repleta iniquitate, vt ſumatur continẽs pro cõtẽto, id
eſt, homines habitantes in terra, Sicut etiã templum dicitur ſan
ctum, quia eſt ad ſanctos vſus dedicatũ & deputatum *Fac tibi ar-
cam,* Egit de damnatione reprobatum, agit nũc de liberatione iu
ſtorum. Et deſcribitur iſta arca quantum ad omnes cauſas, quã-
tũ ad efficientem. *Fac,* materialem, *de lignis leuigatis,* Formalẽ, ibi,
*& ſic facies eam,* finalem, ibi, *Ecce ego adducam aquas diluuij, &c.*

*Aug. lib. qu. ſuper Gen. ca. 5. tom. 4.*

*Fac tibi arcam.* Quærit Auguſtinus quomodo. Noë potuit tã ma-
gnam arcam facere cũ ſuis filiis? Et reſpondet quod potuit alios
euocare & adhibere mercedẽ, qui tamen non curauerunt intra-
re, quia nec verum credebant quod ille prædicabat, ſed panẽ ſuũ
lucrabantur. *De lignis leuigatis,* Iſta eſt materia, & dicuntur leuiga
ta & complanata & polita. Fuerũt autem ligna ſic poſita ne arcę

*Hierony. in hebr. quæſt. in Geneſ. tom. 5.*

aliquod noxium inhæreret. Septuaginta ſecundum Hieronymũ
habent: de lignis quadratis. Et potuit eſſe quod eſſent polita &
quadrata. Quadrata vt multo melius poſſent coniungi. *Manſiun-
culas in ea facies,* id eſt, differentes manſiones compones, *Et bitu-
mine lignies,* Vt ſcilicet ligna indiſſolubiliter compingantur, Bitu-

*Glo. ord. hoc loco.*

men enim eſt genus terræ quod gluten dicitur. Vnde dicit Gloſa
quod eſt gluten feruentiſſimum, quo ligna linita, nulla poſſunt
diſſolui violentia. *Intrinſecus,* Ne diſſolueretur ex igne vel homi-
num iocoſa diſſolutione, vel animalium impetuoſitate, *& extrin
ſecus.* Ne diſſolueretur aquarum impetu & fluctuum concuſſione
& cõtinua agitatione. Iſtud autem vt dicitur ab aliquibus colli-
git in aliquibus in quibus ſupernatat, in Syria, & eſt limus de ter

*Forma arcæ deſcribitur.*

ra æſtuans. *Et ſic facies eam,* Ponitur forma & intrinſeca & extrin-
ſeca, & deſcribitur quantum ad dimenſionum diſtinctionem. *Cœ
nacula & triſtega,* Et quantum ad dimenſionem trecentorum cu
bitorum longitudo, quinquaginta cubitorum, latitudo triginta
cubitorum. Vnde erat quadratum altera parte longius. Erat
etiam ſuperius ſtricta & inferius lata vt multum de aqua contin

*Aug. lib. 5. c. 27. tom. 5. & in lib. quæſt. ſuper Gene. ca. 4. tom. 3.*

gens minus ſubmergeretur, & à maiori aqua melius portaretur.
Stricta autem ſuperius, ne aquis pluuialibus obrueretur. Quæ-
rit Auguſtinus 15. de ciuitate Dei cap. 27. Quomodo tam parua
arca potuerit continere omnium animalium genera? & reſpon-
det quod illi cubiti erant Geometrici. Et imponit iſtam opinio-
nem



nem Origini, & dicit quod iſtud non in eleganter aſtruxit. Cu-
bitus autem geometricus quantum ſex noſtri continet. Vnde ſe
cundum hæc longitudo habuit mille octingentos cubitos, & de
latitudine, & de longitudine ſimiliter munera. Sed videtur quod
non potuit eſſe ita longa & ita lata, ex quo habebat niſi trigin-
ta cubitos in altitudine. Cùm enim in cubito deberet cõſumma
ri ſicut hic dicitur, quatuor extrema longitudinis & latitudinis,
debebant conuenire & concurrere in cubito. Quod non vi-
detur poſſe fieri in formoſa figura, niſi plus abſcõderet & quaſi
in perceptibiliter partes altitudinis ab arcæ extremis in quib⁹ in
choabant ad medium arcæ accederent. Propter quod dicit Au- *Aug. lib. 15. ca. 27. to. 5.*
guſtinus de ciuitate Dei. lib, 15. cap. 27. quod quælibet trium do-
morum arcæ tantum habuit altitudinis, ita quod tota fuit nona
ginta cubitorum in altitudine. Iſidorus autem dicit, quod intel-
ligit vſque ad tabulatum. Et fortè idem intelligunt Auguſti-
nus & Iſidorus, quia prima domus terminabatur ad primum ta- *Iſidorus.*
bulatum. In cubito autem fuit conſummata, quia ſupremum
eius erigebatur in ſurſum, & finis vel angulus iſtius pyramidis
erat cubitalis. *Feneſtram facies in ea.* In parte. ſcilicet, ſuperiori,
in camera luminis. Et dicunt Iudæi ſecundum Magiſtrum in hi- *Hiſto. ſcholaſt. in Gen. cap. 32. paulo à fine.*
ſtoriis quod iſta quę dicitur feneſtra fuit vitrea, & ad hoc, ſcilicet
quod poſſet commodè lumen reddere & aquæ reſiſtere. *Cœnacu-
la & triſtega facies in ea.* Hic determinatur ſicut dictum eſt, forma
intrinſeca arcæ. *Cœnacula, &c.* facies in ea ſolaria, ita quod
ſint in ea tria tecta, & tres manſiones, quia duo ſolaria faciunt
tres manſiones. Et fortè in qualibet domorum erant multæ ca-
meræ & multæ manſiones ad multas neceſſitates, quia alia man
ſio erat pro animalibus, alia pro auibus, &c. alia ad comedẽdum
& quieſcendum, alia ad purgandum ventrem. Et hoc videtur
dicere litera 70. quam ſequitur Auguſtinus 15. de ciuitate Dei, *Aug. lib. 15. cap. 26. 27. tom. 5.*
capitul. vigeſimo ſexto, vbi enim habemus cœnacula & triſtega,
ipſe habet bicamerata & tricamerata, ita quod ſit ibi ſecunda
& tertia camera, & quælibet poteſt eſſe in plures diuiſa.
Vel poteſt eſſe ſenſus quod præter inferiorem domum, ſecun-
da habuit duas cameras, & tertia tres cameras, ita quod
præter ſentinam fuerunt quinque cameræ, duæ in media vel
ſecunda, tres in tertia, & hoc fortè intelligit quando di-
cit bicamerata & tricamerata. Et ex hoc loco vt puto acce-
pit Magiſter in hiſtoriis Auguſtinum dixiſſe quod arca ha- *Hiſto. ſcholaſt. in Gen. cap. 32.*
buit quinque cameras præter ſentinam. *Ecce ego adducam a-
quas diluuij.* Hic ponitur cauſa finalis arcæ. Ad hoc enim facta

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt aqua vt ſaluarentur ab aquis, Noë & filij ſui. *Vt interficiam omnem carnem.* Videtur enim iſtud eſſe falſum. Nã piſces habent carnes, & etiam carnes in quibus eſt ſpiritus vitę, nam viuũt & vita vegetatiua & vita ſenſitiua: & tamen piſces nõ fuerũt mortui in diluuio, imò potius conſolati. Ad hoc dicitur quod piſces, quamuis viuant vita vegetatiua, nõ tamen ſpirant. Vnde nõ habent ſpiritum vitæ, Non enim habent pulmonem qui aërem attrahit & expellit. Vnde infrà proximo explanatur iſtud, cùm dicitur, *vniuerſa in quibus eſt ſpiraculum vitæ, mortua ſunt.* Sed quæritur vnde fuit diluuium vel ex cauſa naturali, vel ex cauſa ſupernaturali? Quamuis aliqui fuerint qui dixerunt diluuium eſſe per naturam, dicendo quod cùm fuit diluuium aquarum, omnes Planetæ, & Stellæ, quæ poſſunt valere ad humiditatem, concurrerũt, & in diluuio futuro, ignis, omnes Planetæ calidi, & Stellæ quæ ad calorem faciunt, concurrent. Tamen ſi iſtud fuiſſet naturaliter. Pgiloſophi vel Aſtrologi iſtud deprehendiſſent: & cùm non inueniamus quod aliquis Philoſophus de hoc aliquã fecerit mẽtionem, dicendum eſt quod iſtud fuit per viam ſupernaturalem. Ideò bene ſignanter dicitur: *Ecce ego adducam aquas diluuij, ponámque fœdus meum.* Id eſt, ex fœdere ſpecialis amoris quo te elegi, & quod tecum pepigi, te fideliter ſeruabo: Neque ſolum te, ſed & tuum genus Vnde ſequitur: *Ingrederis arcam tu & filij tui.* Hîc determinatur modus liberationis, quæ fuit facta, Secunda pars, ibi, *Tolles igitur tecum, &c.* Dicit igitur, *Et ex cunctis animantibus vniuerſæ terræ bina,* Quæritur de muſcis & ſtellionibus animalibus? Dico ſecundum Auguſtinum 11. de ciuit. Dei cap. 27. quòd illa quæ generantur ex corruptione, vel ex humore terræ, vel cadaueribus, non fuit neceſſe ibi ponere. Vnde non fuerunt animalia ibi, niſi quæ generãtur neceſſariò per ꝓpagationem. Per hoc etiam ſoluitur illud de phœnice, num ibi fuerit? Ad quod dic quod fuerit ibi, ſed non ſub binario numero, ſed vnica. Nam non poteſt phœnix generari niſi ab ipſa phœnice. Ideò nõ fuit ibi ſub maſculino ſexu & fœminino, ſed ſub vno indiuiduo. Item de illis quæ ex commixtione ſpecierum diuerſarum generãtur, ſicut mulus? Dic quod non fuerunt ibi, quia ſunt in potentia illis ſpeciebus principalibus. Item quærit Auguſtinus lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 27. de animalibus quæ non viuũt in aqua, nec in terra diu, ſicut ſunt vituli marini? Et reſpondet quod extra arcã habebant loculos ex quibus poſſent aſcẽdere, & poſtmodum in aquas deſcendere. Item quærit Auguſtinus ibidem. Si ꝓpter animalia quę viuunt carnibus poſita ſunt in arca plura

ad

*Quæſtio*

*Aug. lib 13. ca. 27. circa medium tom. 5.*

*Aug. lib. 15 cap. 17. to. 5.*

*Aug. lib. 15. ca. 17. à medio illi⁹ to. 5.*



ad eorum vſum. Dic quod ſunt aliqua q̃bus omnia animalia vegetãtur vt dicitur, ſicut ficus & caſtaneæ, & alia, propter quod dicitur, *Tolles igitur, &c. Fecitque Noë ſicut præceperat illi Deus.*

## CAPVT SEPTIMVM.

DIxitque Dominus ad eum, Ingredere, &c. Prius egit de ſtatu Noë ante diluuium. Hic agit de illo proſtatu diluuij, & primo quomodo fuit arcam ingreſſus, ſecundò qualiter inundationibus mundus fuit ſubmerſus, ibi, *Cũque tranſiſſent ſeptem dies*, Et primò ponitur præceptum Domini, ſecundò executio præcepti. *Fecit ergo Noë omnia.* Dicit igitur: *Ingredere, &c.* Sed quæritut quando præcepit ingredi, An per ſeptem dies antequam eſſet diluuium, Nam ſequitur, *Adhuc enim poſt dies ſeptem ego pluam*, Poteſt dici quod fuit ſibi dictum quod pararet ſe ad ingreſſum, vel quod intraret ad parandum & diſponendum arcam & alia. Vel debet intelligi ingreſſus pro illo tẽpore pro quo erat neceſſarium. Redditur autem ratio quare ipſum reſeruauit magis quàm alium, quia hoc meruit ſua iuſtitia quod ſicut culpam aliorum communem euaſerat ſingulariter: ita à pęna abſolueretur ſpecialiter, & propter hoc ſequitur: *Te enim vidi iuſtum coram me & generatione iſta. Ex animantibus mundis tolles ſeptena & ſeptena.* Quæritur quomodo illo tempore animalia fuerunt munda, & immunda, quia animalia mũda & immunda fuerunt ex lege determinata, maximè cũ Apoſtolus dicit, Nihil eſſe immundũ atq; cõmune, Igitur nullũ immundũ erat animal per naturã, nec per legẽ, & per cõſequens nõ poterat eſſe talis animaliũ diſtinctio? Ad hoc poteſt dici q̃d illa erãt mũda vel immũda per legẽ determinanda, & iſta Noë potuit ſcire diuina inſpiratione, ſicut ſciebat diluuiũ futurũ. Vel põt dici quod quædã dicta ſunt ꝑ naturã immũda, nõ quod nõ ſint à Deo, q̃a ſic loquitur Apoſt. ad Ro. 14 ſed quia quãtũ ad vſum hominis ſunt horribilia, ſicut ſunt immũdę res abominales, & illa dicit immũda, nõ q̃a ſint ꝓhibẽda in lege, vnde diuerſimodè ſumitur immũdũ hîc & ibi, propter quod credo q̃d fuerũt ibi ſeptẽ porci, q̃ tamẽ ꝓcus eſt in lege immũdus & prohibitus, ſed nõ eſt homini horribilis ad eſum vel ad vſum. Sed quęritur quare plura pręcepit ſumi de mundis quã de immũdis? Dici poteſt q̃d mũda debeãt eſſe poſt diluuiũ ad eſum hominis & vſum, q̃a fuit homini poſt diluuiũ cõceſſus eſus carniũ, & ſunt etiã apta ad diuinũ cultũ & ſacrificiũ, & ideo neceſſe fuit q̃d pl⁹ multiplicarẽtur & citi⁹, & ꝑ cõſequẽs quod plura taliũ ibi ponerẽtur, Sed

*Quãdo Noë fuit arcam ingreſſus.*

*Cur plura animalia de mundis quã de immundis in arca ſumantur.*

Universidad d… Bibliot…

*An duo binaria & duo ſeptenaria fuerũt in arca an vnũ.*
*Rabanus.*
*Gloſ. ord. in principio huius cap.*

quæritur ex hoc quod dicit litera de mundis ſeptena & ſeptena, de immundis bina & bina, vtrum fuerunt de qualibet ſpecie mũda duo ſeptenaria, & de qualibet immunda duo binaria? Ad hoc poteſt dici ſecundũ Rabanũ, & in gloſa quod non fuerunt duo ſeptenaria, ſed vnũ, Sed litera ſequens videtur cõtradicere, quæ poſtmodũ dicit, *De omnibus quæ mouentur ſuper terram ingreſſa ſunt in arcam duo & duo, maſculus & fœmina.* vnde videtur quod quilibet maſculus haberet vnã fœminam, & econtra. Illud autem nõ poteſt ſtare in numero impari, ergo ſi eſſet ibi ſeptenatium vnũ in qualibet ſpecie munda, ſequeretur quod vnũ eſſet ibi cui non reſponderet cõpar ſuus. Sed ad hoc poteſt dici quod de mundis fuerunt ſeptẽ. Propter enim vſus ad ſacrificium, vel ad aliquem aliũ vſum fuit ibi vnum, non cum alio ad generationem combinatum quia nõ fuit propter iſtum finẽ, vel vt poſteà poſſet ſeptimũ comedi, & alia generationi & multiplicationi vacarẽt. Quod autẽ dicitur de ſequenti litera quæ videtur contraria, poteſt dici quod quãdo ante dicitur de omnibus duo & duo, intelligitur cõmuniter quaſi diceret cõmuniter vni reſpõdebit cõpar ſuus in ſexu diſtinctus. Vnde ſi vnicũ erat ibi non habẽs cõparẽ, nõ impedit modũ loquẽdi cõmunem, Sicut cũ imus proceſſionaliter, & eſt vnus impar, vltimus videlicet, dicitur quod nos omnes imus bini & bini, quãuis ſit vnus cui nõ reſpondet aliquis ſocius, *vt ſaluet ſemen ſuum ſuper ſuperficiem terræ,* Ex hoc colligitur quod non fuerunt ibi niſi illa quæ generantur ex ſemine, & per propagationẽ, nõ illa quæ generantur per putrefactionẽ, *adhuc enim poſt ſeptem dies, &c.* id eſt, pluere faciam. Vnde in hoc oſtenditur quod pluuia illa nõ fuit ex neceſſaria reſolutione vaporum eleuatorũ in aëre & ingroſſatorum: ſed fuit tantũ per diuinum imperium. Nam cùm aſinus generat aſinũ, quamuis ad hoc concurrat Dei voluntas & potentia, quia omni naturæ cooperatur: tamẽ generare aſinũ non dicitur, & hoc quia ſit, cum generali Dei influẽtia, & etiam à naturali potentia. Sed ſi ſpecialiter ſine actu aſini aſinum faceret, diceretur ipſum propriè facere, ſed tamen non generare, quia genero, dici productionem ſimilis ex ſimili naturali virtute & mediante ſemine, quod hîc non eſſet. Igitur ſi dicitur hîc pluere, manifeſtum eſt quod ita pluuia eſt facta ſpecialiter virtute diuina, & non ex vaporum neceſſitate naturaliter euaporatorum. *Delebo omnem ſubſtantiam, quam feci.*

*Nota exemplum.*

In hoc videtur Deus reſpondere vni quæſtioni tacitæ, Poſſet enim dubiiari vtrum Deus potuit iſtud facere quod omnia animantia vbique terrarum perirent, & quaſi arguit ſic, Facilius eſt diſtruere



deſtruere, Igitur ſi iſta feci, & iſta poſſum delere. Ex hoc etiã cõcluditur, quod Deus agit mera libertate, & nõ naturali neceſſitate. Nã cauſſa quæ agit naturali neceſſitate, non agit contraria, ſed conformia, ſecundũ Philoſophum dicentem, Idem ſemper manens idem, natum eſt ſemper facere idem, vnde ſol nunquam deſtruit lumẽ ſed ſempergenerat. Per hoc etiã excluditur error dicentiũ mundum ab æterno, & naturali neceſſitate productũ. *Sex centorum annorum erat Noë, quando aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram.* Ex hoc colligitur quod arca per centum annos fuit fabricata, Nam ſupra dicitur, quod Noë erat quingentorum annorum cum recepit præceptum de arca fabricanda, & quando intrauit ſexcentorum annorum, & certum eſt quod habito præcepto ſtatim fecit arcam, Nam dicitur hic & ſupra quod fecerit omnia quæ præceperat ei Dominus. Igitur centum annos vixit arcam fabricando. Et non ſine ratione tantum tempus effluxit vt ligna eſſent conſolidata & deſiccata & compaginationes eſſent confirmatæ. Et ſi argueres quod Deus poteſt iſta ſubito facere, Poteſt dici quod veriſſimum eſt, ſed noluit, & modo cõmuni & naturali totum opus reliquit. Alia ratio fortè fuit vt homines aſpectu longo illius arcę ad talẽ vſum deputatæ magis timerent, & à ſuis peccatis, per aſpectum arcæ, & ad prędicationẽ ipſius Noë reſilirent. *Et ingreſſus eſt Noë & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius.* Nota ſecundum gloſam quod viri quando intrauerunt arcam, intrauerunt diuiſià ſuis vxoribus. Cũ autem infra dicitur quod egreſſi ſunt, dicitur ibi, quod egreſſus eſt quilibet cũ ſua vxore, ad notandũ quod in arca debuerunt à generatione vacare, ſed non poſtea, Non enim voluit Deus ſimul exterminare genus humanum. *De animantibus quoque mundis & immundis ingreſſa ſunt in arcam.* Sed quæritur, quomodo Noë potuit iſta animalia omnia habere, præcipuè cum regio quælibet habeat animalia aliqua, & aliquibus careat, ſicut in Apulia non ſunt cuniculi: In Francia autem nõ ſunt verſi vel leones, & ſic de multis. Poteſt dici quod ipſe multo & longo tempore iſtud factũ pręſciuit antequã arcã intraret, ideo potuit ſibi prouidere, & hinc inde animalia mendicare. Sed iſte modus nõ videtur probabilis, quia illa tempora non erant talia quod homo poſſet ita diſcurrere ad extrenas terras & inſulas. Ideò putò quod ipſe Deus ſua virtute omnia ad Noe adduxit ante arcã. Niſi enim Deus feciſſet, Noë potuiſſet aliquã ſpeciẽ omiſiſſe. Prouidentia etiam Dei factum eſt, quod animalia ferocitatem ſuam deponebant, & arcam manſuetè intrabant. Qua etiam fiebat quod Noë &

*Ariſt.*
*Centũ annis fabricata eſt arca.*
*Cur Deus nõ ſubito arcã illam parauit.*
*Gloſa. ordi. in hoc loco.*
*Aug. 15. de ciuit. Dei ca. 27. à medio.*
*Ephrem in li. 1. de cõpũctiõe cordis. c. 3. circa finem tangit hunc modũ dicendi.*

Universidad de Deusto Biblioteca

filij ſui non horrebant ex animalium tã variorum diuerſis ac va-
riis effigiebus & horribilibus, *Cúmque tranſiſſent, ſeptem dieſs.* Hîc
agitur de diluuio quantum ad fieri & eſſe ſuũ, & ſecundo quan-
tum ad defectũ, infra capite ſequenti. *Recordatus eſt autẽ Deus.* Et
deſcribit primo quantum ad tempus certum, & quantum ad an-
num, & quantum ad menſem, & quantum ad diẽ. Sed quare non
quantũ ad ſeptimanam? Poteſt dici quod ex quo habetur dies &
menſis, de facili poteſt haberi ſeptimana, cùm ſtatim occurrat
quot ſunt ſeptimanę in menſe. Vnde ponere ſeptimanam eſſet
quaſi nugatoriũ, *Menſe ſecundo*, id eſt, ſecundũ Hieronymũ in Ma
io, Iudæi enim & Moyſes annũ legalẽ ab Aprili incipiunt, *Septimo
decimo die mẽſis*, Septuaginta habent, vigeſimo ſeptimo, *Rupti ſunt
omnes fontes abyſſi*, Abyſſi dicuntur aquæ quæ ſunt in profundis
terrę viſceribus, quæ initium habent Occeanum, & hos dicit ru-
ptos vt non ſenſim de more fluerent, ſed repentina inundatione
terram operirent. *Et catharactæ cœli aperte ſunt.* Catharactæ pro-
priè ſunt viæ aquæ ſubterraneæ, & ſunt appropriatæ oſtiis Nili,
qui diuiditur in ſeptem partes, & hinc transfunduntur ad aërem
vel ad aquam pluuialem ab aëre cum copia maxima & impetu
deſcendentem, ſicut in oſtiis fluuiorum cum aperiuntur eſt ma-
ximus aquarum impetus, ſicut patet in molendinis, quæ quan-
doque clauduntur & quandoque aperiuntur. Vnde dicit, *Catha-
ractas cœli*: Nubes apertas, vt inde inſolitæ maiores pluuiæ fun-
derentur. Vel ſi vis ruptio fontium, eſt illius legis ruptio de qua
dictum eſt Prouerbiorum 8. Legem ponebat aquis ne tranſirent
fines ſuos. Apertio autem catharactarum eſt maxima reſolutio
vaporum ex quibus pluuiæ generantur, Vnde ſequitur: *Et facta
eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.*
In *articulo diei illius: &c.* Articulus notat primam horam diei
adhuc obſcuram, ita quod parum diei tranſieuerit, artos enim
dicitur membrum, & articulus dicitur paruum membrum quod
cadit à natura membri, propter ſuam paruitatem, ita mane di-
citur quaſi non ſit pars diei propter ſuam obſcuritatem & bre-
uitatem. Et repetit ingreſſum in arcam vt declaret quendam ani
malium ordinem ſecundum quem etiam intrauerunt. Vnde or-
do non eſt omittendus, imò obſeruandus quem Deus etiã inter
animalia obſeruauit vt prius intrarent rationalia, ſcilicet homi-
nes, & prius maſculi quã fœminæ: poſtmodum irrationalia, &
prius iumenta, deinde volatilia, deinde aërea animalia, Et poſt in
greſſum & ordinem ingredientium, ſubiungit ſpeciale Dei adiu-
torium & beneficium. *Et incluſit eum Dominus de foris.* Gloſa
dicit

*Hieron. glo. interlin. id habet.*

*Abyſſus quid.*

*Catharactæ quid.*

*Articulus quid notat.*

*Gloſa interlin. ibi.*



dicit quod exterius bituminauit ne aquæ introirent, ꝙ homo fa
cere non poſſet. Potuit enim fieri oſtium talis diſpoſitionis quod
Noë intus exiſtens, poſſet ipſum claudere & bituminare, ſed ex-
terius non, ideo poſſet aqua per aliquas rimas & iuncturas in-
trare. *Factum eſt diluuium ſuper terram.* Poſt fieri diluuij & factum
eſſe ponit effectum diluuij ipſius. Diluuium enim ſecundum Hu
gonem dicitur à diluenda, quòd eſt deſtruere, & oſtenditur ip-
ſius arcæ officium. Nam arca ad hoc fuit facta vt illa quæ ibi e-
rant ab impetu aquarum eriperet, quòd & fecit, nam ſuper a-
quas eleuata fuit, vnde fuit arca ad modum nauis mobilis & agi-
tabilis, ſicut fortè ſunt modò naues magnæ. Si enim talis nõ eſ-
ſet, ſed eſſet immobilis & fixa ſicut aliqua domus magna, nihil
valuiſſet quantumcunque eleuata, nam omnia aqua operuerat,
etiam montes altiſſimos, propter quod dicit quod aquæ omnia
repleuerant, ita vt montes excelſos operuerint ſub vniuerſo cœ
lo, ſed adiungit quod aquæ eleuauerunt arcam in ſublimi. Et no
ta quod intelligit de montibus terræ ſpectantibus ad noſtram ha
bitationem miſeram, & non intelligit de Paradiſo terreſtri: quia
vſque ad ipſum diluuiũ nõ peruenit ſecũdum Magiſtrum in hi-
ſtoriis, & Iſidorum in libro etymologiarum. *Conſumptáque eſt o-
mnis caro.* Vbi agitur de effectu diluuij, & occiſione ſcilicet anima
lium rationalium, & irrationalium, & omnim in quibus erat ſpi-
raculum vitæ. Per quod excluduntur piſces, qui non reſpirant. Ex
cludi etiam debent homines qui in terra miſeriæ iſtius non mo
rabantur, vt Enoch in Paradiſo terreſtri exiſtens, Remanſit autẽ
ſolus Noe, &c. *Obtinuerũtque aquæ diluuij terram centum quinqua-
ginta diebus.* Quidam computant iſtos dies ab ingreſſu Noë in ar
cã, alij à ceſſatiõe pluuiæ, ſcilicet poſt quadraginta dies quib⁹ du
rauit pluuia. Primus tamen modus videtur neceſſarius, nam ab
ingreſſu Noë fluxerat menſis primus totus, & maior pars ſecũdi
quia ingreſſus fuit decima ſeprima die mẽſis, & ita ad minus ſex
mẽſes effluxiſſent. Nam centum & quinquaginta dies faciũt
quinque menſes. Si igitur vltra hoc ponerentur qua-
draginta dies pluuiæ, iã arca requieui-
ſſet menſe octauo, cùm tamẽ dica
tur quod requieuit
menſe ſepti
mo.

*Diluuium dicitur à diluẽdo, Hugo.*

*Iſidorus.*

*Quibus hominibus vel animalib. aquæ diluuij nõ nocuere.*

Universidad de Deusto Biblioteca

## CAPVT OCTAVVM.

*Diluuij cauſæ numerantur.*

R*Ecordatus eſt autem Deus Noë.* Suprà egit Moyſes de diluuio, hîc agit de ceſſatione diluuij, & diuiditur in duas partes, quia primò ponit ceſſationis diluuij cauſam, ſecundò ipſam ceſſationem. Secunda pars ibi, *Requieuit arca die, &c.* Primò igitur ponit cauſas multas defectus, cõtrarias. ſ. cauſſas ipſius effectus. Diluuium enim fuit multis ex cauſſis, ſcilicet, ex offenſa diuina, qua Deus peccatum hominis nõ potuit tolerare, ideo ipſum exterminauit, & iſta fuit cauſa principalis & prima. Aliæ cauſæ fuerunt inſtrumentales & immediatæ, & ſunt multæ. Vna ruptio aquarum de viſceribus terræ manantium, alia apertio catharactarum cœli. i. nubiũ reſolutarũ more in ſolito pluuialiter deſcendentium: Alia ruptio illias legis qua dictum eſt, legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos. Prouerb. 8. Contra iſta omnia narrantur alia iſtis

*Ceſſationis diluuij cauſa ponũtur.*

contraria. Contra enim offenſam diuinam ponit diuinam cõdeſcentionem, contra fontium & legis aquarum ruptionem ponit earum clauſionem. Et ex hoc concludit neceſſariò aquarum diluuij diminutionem, & diluuij ceſſationem. Ideo dicit, pro iſtis omnibus, *Recordatus eſt autem Deus, &c.* Notandum autem quod

*Viſio peccatorum in ſcriptis in malum accipitur.*

*Recordatio peccatorum accipitur in bonum.*

*Recordari quit ſit.*

ſicut ſemper vel communiter accipitur viſio peccatorum in malum, ſcilicet, pro deliberatione ad puniendum, ſicut Gen. 18. dicitur. vadam & videbo ſi opere compleuerint: ita recordatio peccatorum in ſcripturis accipitur in bonum, vel in clementiam, ſicut illud ſcripturæ. Recordare domine quid acciderit nobis. Et huc alludit ratio vocabuli. Nam recordatus, idem eſt, quòd quaſi iterum cordi datus. Fuit autẽ Deus recordatus Noẽ principaliter, ſed animantium per accidens & minus principaliter, per quandam, ſcilicet, attributionem ad ipſum hominem & naturam rationalem. *Et adduxit ſpiritum ſuper terram,* Per ſpiritum intelligũt aliqui ventum, qui aquas agitabat, ex qua agitatione exhalabant & vaporabantur, vel in vaporem tranſibant, & ſic decreſcebant. vel intelligitur Spiritus ſanctus qui dicitur adductus ad illũ effectum, ſicut ad effectum bonitatis ſpecialis & clemẽtiæ. Nam appropriatur Spiritui ſancto clementia, ſicut potẽtia patri, & ſapientia filio, ſicut primo Geneſi. dicitur, Quod ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. vt aquis in vnum congregatis terra appareret, vt aquis ad ſuam originem reductis, ipſam terram ad vſum hominum & animalium diſcooperiret, vnde ſequitur: *Imminutæ ſunt aquæ & clauſi ſunt fontes abyſsi & chatarectæ cœli.* Non toaliter, quia



quia & hodie fontes ſunt aquæ de venis terræ, & nubes pluuialiter deſcendunt ſenſim & guttatim: ſed intelligitur quod fuerunt clauſi, ita quod in tanta redundantia non profluxerunt, *vt catharactæ cœli.* Loquitur ſecundum ſententiam hominum vulgariun. Non enim nubes vel pluuiæ de cœlo deſcendunt ſecundum veritatem: ſed ſecundum apparentiam hominum groſſorum, qui non deprehendunt aliquid inter nos & cœlum, de quo poſſint cogitare quod deſcendant pluuiæ: ideo credit vulgus quod de cœlo deſcendant. Vel intelligit cœlum aëreum. *Reuerſæq; ſunt aquæ euntes & redeuntes.* Aliqui exponunt ſic, Euntes, ad ſuas origines, & redeuntes à terra. Sed melius ſecundum ſenſum literalem dicitur, Euntes & redeuntes, quia per ventos agitabantur, & agitatæ & propulſatę iterum redibant: ſicut in fluminibus quando ex agitatione ventorum impelluntur, & impingentia in aliquid ſolidum iterum reuertuntur.

*Recordatus eſt Dominus.* In effectu, vel ad modum recordantis ſe habuit. *Et adduxit ſpiritum*, id eſt, ventum, ſcilicet ad deſiccandum & reducendum aquas. *Et prohibitæ ſunt pluuiæ.* Sed nunquid non antè ceſſauerunt, ſcilicet poſt quadraginta dies? Poteſt dici quod licèt ceſſaſſent, nihilominus ſemper erat tẽpus pluuióſum ſeu diſpoſitum ad pluuiam. Nec antè fuit tempus firmatum ad ſerenitatem. *Vel prohibitæ ſunt pluuiæ*, id eſt, defluxus aquarum, quæ ex priori pluuia promanarant. *Euntes*, id eſt, recedentes à terra, *& redeuntes*, ſcilicet ad loca vnde venerant. Quædam enim redibant ſurſum, rarefactæ in vaporem aëreum: quædam verò ad ſinus maris, vel ad intima terræ.

*Emiſit coruum*, ſcilicet ad probandum ſi terra eſſet deſiccata. Quod fortè ex hoc per coruum poterat coniici ſi non madidus rediret: aut ſi aliquid deſiccatum reportaret.

*Qui egrediebatur, & non reuertebatur.* Secundum Hieronymum & ſeptuaginta dicitur: Et egreſſus non rediit ad eum donec ſiccarentur aquæ de terra. In Hebræo verò dicitur, Et egreſſus eſt exiens & reuertens donec ſiccarentur aquæ de terra. Quod aliqui concordant, dicentes quod coruus pro tanto nõ rediit, quia circa arcam volitando redibat vſque ad eam, & recedebat ab ea. Et hoc eſt quod in Hebræo dicitur, Exiens & reuertens.

*Hierony. in Hebr. quæſt. in Gen. to. 3.*

*Quæ cùm non inueniret vbi requieſceret pes eius.* Quod fortè poteſt intelligi de terra non montuoſa. Vel licèt arca tunc inſediſſet ſuper montes, adhuc tamen aliquantula aqua erat in tota ſuperficie illorum montium. *Et aperiens Noë tectum arcæ* Ex hoc patet quod feneſtra de qua præmiſſum eſt, nõ fuit in tecto arcæ,

Universidad de Deusto Biblioteca

*Cur hoc vniuerſale diluuium à Deo factum.*

ſaltem in ſuprema eius parte. Circa iſtam autem partẽ poteſt p̄
mò quæri quare Deus per vniuerſale diluuiũ voluit tunc orbem
iudicare? Ad quod poteſt dici quod hæc ſimilia Deus ſcit & po-
teſt multiformiter ordinare & narrare, vnde tã hîc quã alibi ſuffi
cit nobis attendere cõgruitates rationabiles huiuſmodi operũ.
Primò ergo poteſt dari ratio congruitatis per reſpectũ ad pecca
ta illius temporis, quę in ſe habebãt tria quaſi in ſumma, ſcilicet,
ſenſibilem fœditatẽ, & vniuerſalitatẽ, & obſtinationis induratam
firmitatem, & ideo ad purgandũ tantam & vniuerſalem fœdita-
tem, conuenienter emiſſum eſt vniuerſale diluuium aquarum.
Contra verò gigãtes ſuperbos & obſtinatos cõgruè irruit impe-
tus fluctuum ſubiugantiũ eos. Præterea ſicut Adam à ſua diuina
origine recedentem congruum fuit in ſuum infimũ redigi ſcili-

*Prima ratio congruitatis ad quæſtionem iſtam.*

cet, in terram: ſic reſolutos in aquas immũdi humores cõgruum
fuit ſubmergi in aquis. Et hæc cõgruitas trahitur in parte ex ver
bis B. Petri in fine ſecũdæ epiſtolæ ſuæ, vbi hoc iudiciũ aquę cõ-
parat ad extremũ iudicium quod erit in igne. Dicit enim quod
ſicut cœli & terra erant prius facti de aqua, & per aquã conſiſte-
bant: ſicut mundus ille periit per inundationem aquæ. Terrã au-
tem dicit eſſe factã de aqua & per aquã, quia per humorẽ aqueũ
ſtat conglutinata. Cœlos verò vocat patrem aëris aquoſam vſq;
ad regionem nubium attingẽtem, quod patet, quia eoſdẽ cœlos

*Secunda ratio congruitatis.*

per ignẽ dicit eſſe diſſoluendos. Secunda ratio ſumitur per reſpe
ctum ad vltimũ iudicium, quod vt pœnaliſſimum, rectum eſt vt
in igne fiat. Ad imprimendũ autem illius timorem & fidem con-
gruam, fuit aliquod grande iudicium præmittendum in hac vita,
præexigente tamen hoc grauitate culparum. Poſt ignem autem
nullum elementum fuit ad hoc conuenientius quã aqua, quæ ſe
habet ad ignem, ſicut ad calidũ frigidũ, & ſicut materiale ad for-
male, & ſicut debile ad forte, tam in puniendo, quàm in purgan-
do. Aqua verò purgat ſuperficialiter, ignis verò fortius & medul-
litus: Fuit autẽ cõueniens quod à minoribus procedatur ad ſum
ma. Deinde prius præceſſit Ioãnes baptizans in ſeculo aqua, quã
veniret Chriſtus baptizãs in igne Spiritus ſancti. Et prius implẽ-
tur hydriæ aqua literæ: quam conuertantur in vinum ſpiritualis

*Tertia ratio.*

intelligentiæ. Tertia ratio eſt, per reſpect ad ſtatum eius qui per
baptiſmum totum veterem hominem cum ſuis vitis ſpiritualiter
occidit & ſepelit, ſecundum Apoſtolorũ ad Rom. 6. Interiorem
enim hominẽ regenerat, & renouat, & ſaluat, quaſi Noẽ in crucis
arca. Quod quidẽ myſteriũ tãgit B. Petrus 1. epiſt. c. 3. Fuit enim
valdè decens tantum Chriſti ſacramentum, & tãtum renouatio-
nem



nem orbis. per aliquod ſolenne mundi lauacrũ ſeu diluuiũ quaſi
ſenſibiliter præoſtendi. Quarta ratio eſt per reſpectũ ad omnia
myſteria hîc decenter præfigurata, ſiue ſumatur diluuium in bo

*Quarta ratio.*

no, tanquam, ſcilicet, lauatiuum & ſaluatium: ſiue in malo tan-
quam vitæ extinctiuum. Nam hic præſignanter omnia generalia
diluuia peccatorum, vtpotè idolatriæ ad execrationẽ Iudaicæ &
carnalium cupiditatum in fine eccleſiæ & conſiliũ. Præſignan-
tur etiam hic diluuia omnium generaliũ captiuitatũ ſeu genera
lium iudiciorũ vſque ad vltimum. In bono autem hic præſignã-
tur omnia generalia diluuia gratiarũ factarum & faciendarum
vniuerſo orbi. Mouetur verò illius in pſalmo, Dominus diluuiũ
inhabitare facit, & ſedebit dominus Rex in æternum. Secundum
enim Richardũ de S. Victore, tũc Deus in corde inhabitare facit

*Richardus*

diluuium, quando per æbrietatem ſpiritualium guſtiuũ tota vis
funditus abſorbetur, & tunc in ea Deus nõ ſtat mobiliter, ſed po
tius ſedet in æternum tanquã Rex. Nota autem quod referendo

*Nota quæ ſequuntur ſpiritualiter cõmode ſatis applicata.*

ſimul ad bonum & ad malum in ſexto centenario Noẽ, id eſt, in
ſexta ætate humani generis inundauit diluuium Iudæorũ & pa-
ganorũ contra Chriſtum, & martyres eius: Et econtra fuit tunc
in Chriſto & eccleſia diluuium gratiarũ. In apertione verò ſexti
ſignaculi ſimilia expectamus, ſicut patet ex Apocalipſi. A tẽpore
enim quo filij Dei, clerici, ſcilicet, & religioſi videntes filias ho-
minum, id eſt, villas, & ciuitates & temporales diuitias earum
videntes quod eſſent pulchræ, & quod de facili generant multã
& magnam prolem acceperunt ſibi pro libito vndequaque, ex
tunc orti ſunt in eccleſia gigãtes in magnis & mirabilibus ſupra
ſe ambulantibus, qui potius videntur reges vel marchiones, quã
Epiſcopi vel Abbates, & hi ſunt fortes vel potentes à ſeculo, viri
famoſi, & ideo non mirum ſi per eos erigatur imago beſtiæ, & ſta
tua Babylonis, & terrena ciuitas dilatetur. Et præcipuè hoc ti-
mendum eſt ſi filij euangelicæ paupertatis prædictas filias homi
num amplectantut & ambiant, timendum eſt ne ex eis generent
pſeudochriſtos & prodigia magna. Moritur verò homo poſt in-
terfectionem quinq; ſenſuum, dum in ſexto, id eſt, in deprauatio-
ne rationis fit diluuium culpæ mortalis, iuxta illud Chriſti ad Sa
maritanã: quinq; viros habuiſti, & hunc quem, habes nõ eſt tuus
vir. Econtra poſt plenam iuſtificationem quinque ſenſuum quæ
fit per vitam, intrat diluuium ſapientiæ & mẽtalis munditiæ, qua
ſi in ſexto ſpiritualium contemplationum & guſtuũ experimen-
tali ſenſu. Rurſus ſicut circa finẽ quinti cẽtenarij Noẽ, inundauit
malitia & tandem pœna ipſius, ſic in fine quinti temporis eccle-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſiaſtici inundauit cupiditas & impietas. Et ideo in ſexta die ſyna
goga & idolatria perierunt exeunte de aquis ſyluestro quaſi alte
ro Noë. Et in ſexta apparitione Eccleſiaſtici tēporis eſt Babylon
id eſt, carnalis Eccleſia ſubmergenda in mare inundantiū natio-
num, vt cœtus pauperum Christi de naufragio nudus euadat.

*Cur Deus voluit per arcā potius ſaluare.*

Secundò poteſt quæri quare potius Deus voluit ſaluare Noë per
huiuſmodi arcam, quam ſolo miraculo ſolius potentiæ ſuæ? Ad
quod poteſt quintuplex reſponſio dari. Prima eſt vt in hoc dare-
tur aliquis locus prouidentiæ, & meriti & cooperationis ipſius
Noë, quia fabricando tantam arcam, & tanto tempore, & pro ta
li cauſa, probata eſt fides & potentia eius, & per hoc cooperatus
eſt reſtitutioni ſaluationis totius generis humani.

*Secunda ratio.*

Secunda eſt vt
manifaſta operatione fabricationis tantæ arcæ toti orbi apertæ
prædicaret futurum diluuium, & ſic quantum eſt ex ſe valde effi-
caciter compenſaretur ad reducendum totum orbem in Deum.
Quot enim putas deriſiones incredulorum & giganteorum ho-
minum pro hac re in centum annis ſuſtinuit? Quot etiam ad
Deum traxit aſpicientes tanti viri laborem, ſibique cooperantes
& ipſius de diluuio futuro prædicationem? Et hinc eſt quod Pe-
trus in epiſtola ſua dicit: Tunc Chriſtum in ſpiritu prędicaſſe in-
credulis, & in carcere carnis, & carnalis plebis concluſis.

*Tertia ratio.*

Tertia
ratio eſt vt modus ſaluandi conformetur modo puniendi, & etiā
modo communi quo per nauigia ſaluamur in mari.

*Quarta ratio.*

Quarta eſt
oſtenſio multiformitatis diuinæ potentię & ſapientiæ in diuer-
ſis modis ſaluandi: quos ſecundum diuerſitatem temporum di-
uerſimodè cogitauit & fecit. Iam enim potentia creandi erat ſa-
tis oſtenſa in Adam: & in Enoch potentia transferendi ſeu ra-
piendi hominem ſubitò per varia mundi loca. Nunc verò pul-
chrè oſtenſa eſt potentia adductiua tot animalium ad manum
Noë & ordinatiua eorum in arca tam quoad pabulū quàm quo
ad quietum & domeſticum ſtatum & conſortium. Oſtenſa eſt
etiam potentia mirę gubernationis arcæ in tanto diluuio, vt nec
per contactum montium, arborum atque iumentorum metum
frangeretur: neque turbulenter concuteretur, aut pars arcæ ſu-
prema ad infima regyraretur ſeu reuerſaretur. Oſtenſa eſt hîc
etiam potentia cōſeruatiua Noë & animalium in arca, cùm nec
minimum reſpiraculū exterius prodiret ab arca, aut de foris in-
traret in eam: & tamen potuit ſufficere tantæ multitudini anima
lium paucus aër incluſus, cùm aër exterior vſque ad regionē nu
bium verſus eſſet in aquas: quia omnia hæc diuino fiebant mi-
raculo.

*Quinta ratio.*

Quinta eſt multiformitas myſteriorum hic optimè præ-
ſignato



ſignatorum. Nam per arcam deſignatur moraliter mens ſancta,
quæ ex lignis quadratis & politis, & à ſua tortuoſitate compla-
natis, id eſt, ex ſtabili quadratura virtutum rectiſſimarum & poli
tarum conſiſtit. Et in hac tria ſunt tecta, quorum primum attin-
git ſupremum ſenſualitatis: ſecundum verò attingit apicem ra-
tionis inferioris: tertiū verò eſt in ſupremo vertice rationis ſupe
rioris. Primum eſt perfecta continentia ſeu moderantia: ſecun-
dum perfecta prudentia: tertium eſt tacita ſapientia. In primo
& ſecundo propriè ſtant viri & vxores: in tertio verò animalia,
quamuis per quandam mutuam communicationem, ſint infra
& ſupra. Sunt hîc etiam non ſolùm munda, ſed & immunda,
tum per humilem memoriam peccatorum, tum per diſcretam
conſeruationem naturæ & potentiarum noſtrarum immunda-
rum.

*Allegoricè.*

Allegoricè verò eſt ad præſens arca, primò ſcilicet Eccle-
ſia, in qua triplex eſt manſio ſiue tectum, ſcilicet coniugatorum,
continentium, & virginum: vel incipientium, & proficientium,
& perfectorum: vel ſecundum legem generalem omnis Hierar-
chiæ, eſt ibi ordo inferiorum, & mediorum & ſuperiorum, vt
potè actiuorum, contemplatiuorum, & tectorum ex vtroq; com
mixtorum. Et ideo in arca ſunt viri & fœminæ, & greſſibilia &
volatilia, & reptilia, in infinis actiuè humiliter repentia. In-
teriora autem & exteriota huius arcæ ſunt feruido & indiſſolu-
bili charitatis glutino bituminata: vt à nullo fluctu inundan-
tium tentationum poſſit irrumpi aut penetrari. Secundò hæc
arca eſt religio ſacra, & præcipuè religio Euangelica, habens
tria principalia vota. Tertiò eſt ſcriptura ſacra, cuius prima man
ſio eſt lex noua, & ſpiritualis intelligentia manans ab vtraque.
Quarta eſt doctorum præcatio, & doctrina ſalutifera. Vel etiam
eſt Virgo beata, in qua Chriſtus corporaliter manſit: Chriſtus,
in quam totus myſticus, (caput ſcilicet cū mēbris ſub tecto ſuæ
multiformis qualitatis, charitatis & gratiæ) ſpiritaliter conquie-
ſcit. Eſt etiam Chriſti crux, vel Chriſti humanitas beata & glo-
rioſa, quorum pertractatio, iuxta modos præmiſſos de facili pa-
tet. Notandum tamen quod ſecundum Auguſtinū decimoquin-
to de ciuitate Dei, Ca. 26. talis ꝓportio menſurę datur arcę, qua
lis eſt in corpore humano.

*Aug. lib. 15. c. 26. tom. 5.*

Nam longitudo hominis quæ eſt à
vertice capitis vſque ad pedes, ſexies tantū habet, quàm latitudo
quæ eſt ab imo latere vſque ad aliud latus, & decies tantū quàm
quæ eſt à ſuperficie dorſi vſque ad ſuperficiem ventris. Sicut au
tē latitudo arcæ ſignificat charitatis dilationem, quæ perſtringit

Universidad de Deusto Biblioteca



vſque ad iubilæũ remiſſionis & gratiæ,& lætitiæ Spiritus ſancti: ſic altitudo eſt ſignificatiua actionis in Deum quę Decalogũ implet diuinæ legis,& replicat per ten tariũ fidei,ſpei,& charitatis. Longitudo & perſeuerantia lõganimis & finalis,quæ cẽtenariũ, id eſt,perfectum ſpeculum incedit per tenariũ,id eſt, à principio bono,per medium bonum,in ſinem optimum, quaſi à Patre per Filium in Spiritum ſanctum. Nota etiam quod tectum arcæ arctando ſemper aſcendit,&incubito conſummatur,quia ſecundũ Dionyſiũ lib.de myſtica Theologia, in principio aſcenſionũ in Deum eſt theologia lata , quia contẽplatur Deum per omnium rerum negationem,& tantò plus aſcendit,quantò plus ad huiuſmodi negationes arctatur, vſque dum veniat ad ſilentium & ſupexceſſum omnimodæ negationis,per caliginem nubis in Moyſe deſignatæ : qa & in illo ſuperexceſſu attingit̃ ſumma Dei vnitas &vni formitas,ideo hîc à multo & inſimo proceditur & terminatur ad vnum & ſummum. Per oſtiũ verò eius quòd in latere eſt, ſecundum Auguſtinũ laterale vulnus Chriſti ſignificatur,per ꝙ intramus in ipſum:quia inde ſacramẽta manarunt,quibus credẽtes initiantur,id eſt,ſanctificãtur. Generaliter autẽ ſignificat pietatem condeſcenſiuam & humilem,& ideo dicit̃ eſſe deorſum,id eſt,in inferiori parte lateris arcæ. Per hanc enim pietatẽ Eccleſia & quæcunq; mẽs ſancta exit ad proximum,& intra ſe recipit ipſum. Feneſtra verò,id eſt, comtẽplatio & cultꝰ, eſt in ſupremo & circa tectũ,ſicut ſunt oculi in capite noſtro. Poſt hoc nota quomodo myſticè dies & menſes diluuij hîc narrãtur. Nã pluuia fuit quadraginta diebus. In quo ſecundũ vnum modum deſignatur totum laborioſum tẽpus Eccleſiæ vel huius vitæ. Hic eſt enim numerus annorum & mãſionũ populi in deſerto,& ieiunij Chriſti. In tota autem hac vita non ceſſat pluuia tentationũ,neq; pluuia gratiarum,ideo deſignat hic numerus tempus finalium tẽtationũ. Septimo autem menſe requieuit arca non in locoinſimo, ſed in montium vertice,ad quẽ fuit per aquarum diluuium ſubleuata : quia Chriſtus & eius mater per tribulationũ diluuiũ ad cœleſtis regni ſolium aſcenderũt,habentes ſabbathũ ſeu requiẽ poſt perfectionem ſuorũ operum & laborũ,ſenario pereuntium dierum & menſium præſignatam. Eccleſia autem tam primitiua quàm finalis per præſſurarum diluuium aſcendit ad contẽplationis & Euangelicæ perfectionis apicem,& tandem ad cœleſtẽ ſedem. Rurſum hoc diluuium durauit per annũ,ſecundum Magiſtrum,& ſi mẽſes eſſent lunares,tunc eadem die anno reuoluto egreſſus eſt Noë de arca quo intrauit in eã. Intrauit em̃ decima

*Dionyſ. in li. de myſti: ca theol. cap. 2.*

*Aug. 15. de ciuit. Dei ca. 26. parũ ante medium, tom. 5.*

*Hiſt. ſchol. in Gẽ. c. 35.*

ſeptima



ſeptima die ſecundi menſis, licèt alia tranſlatio habet 27. Exiuit autẽ vigeſima octaua die eiuſdẽ menſis, quia quota eſt luna hodie, ſi vndecim dies addas anno lunari complent annum ſolarẽ. In quo deſignatur quod poſt plenã reſolutionem vitæ ſolaris ,id eſt,perfectæ,ſit circularis reditus ad primum principium. Vlteriꝰ prima die decimi menſis apparuerunt cacumina montiũ,& poſt quadraginta dies aperta arcæ feneſtra,emittit̃ primò coruus,qui ad arcã non planè reuertitur,& tũc emittitur colũba trina emiſſione. In prima rediit quia nõ inuenit requiem pes ſuus. In ſecũda adfert ramum oliuæ:In tertia euolat in æternum,tuncq́; ſubditur quod decimo anno Noë prima die menſisprimi imminutę ſunt aquæ,& aperto tecto arcę,vidit Noë terrã eſſe exiccatam:licèt mẽſe ſecundo hoc plenius factũ eſſe legatur,ſcilicet quadrageſimo ſeptimo die ab initio primi menſis præfati. In initio em̃ legis per menſem decimũ propter præceptorum Decalogum deſignatæ apparuerũt prima elemẽta diuini cultus,& prima ſeminaria fidei. Et poſt eius laborioſum decurſum, ſeu poſt quadraginta generationes à Iacob vſq; ad Chriſtũ, reperta eſt feneſtra ſacrę ſcripturę,quãdo in die reſurrectionis Chriſtꝰ diſcipulis ſuis aperuit ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Tunc enim quaſi ꝑ feneſtram in alto poſitam emiſſi ſunt duo ſtatus Eccleſię,deſignati in Petro & Ioanne. Primꝰ eſt actiuus & clericalis,& auſteræ vitæ interpretatus eſt quaſi coruꝰ,qui quantũ ad electos eſt per mortificationẽ niger,& per martyrium in aquis diluuij paſſionum & tentationũ. Quantum verò ad eiuſdem ſtatus imperfectos & reprobos coruus nõ redijt à negotijs corporalibus & ſecularibꝰ, quaſi ab aquis & cadaueribus. Habent tamen vocẽ præſumptione inflatã, & vitam per ſecularia & carnalia denigratam, & ideo oportet poſt hunc emitti columbam,id eſt, ſtatum gratioſum & ſimplicem cõtemplatiuorum in amore & partu ſpiritalis amoris inſtar columbæ multum fœcundatum. Si autẽ vis multiformiter ſpeculari myſteria colũbæ & corui,ſcito quod Iudaicus populus ſe habuit ad Chriſti Eccleſiam, ſicut coruus ad columbã:vnde illæ ſicut coruꝰ in carnis cęremoniis & ſacrificiis verſabatur. Rurſus clerus Græcorũ à carnali coniugio non recedens, fuit coruꝰ: Latinus verò ꝓ quanto receſſit,fuit columba. Rurſus in fine tẽporũ,ordo Eccleſiaſticus ad carnem ſeu pellem temporalem inhians, ipſe eſt coruus. Qui verò illa omnia fugit puro & colũbino paſtu contentus,ramũ oliuæ portat in roſtro : pacem Chriſti & gratiam annuntiãs toti orbi,columbæ aſſimulatur. *Locutus eſt autem Dominus ad Noe,dicens Egredere,&c.* Habito de exterminio

*Quid alia huius hiſtoriæ ſignificẽt, vide in ſequentibus.*

*Nota.*

*Iudaicus populus coruo confertur.*

*Clerus itidẽ Græcorum coruo aſſimulatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



primę generationis facto per diliuuium,hîc ſubditur de reparatione eiuſdem. Narrantur autē hîc ſeptem per ordinem. Primò ſcilicet,egreſſus de arca cum Dei imperio ad propagandū, Secūdo ſacrificij cultus Deo acceptus cū Dei promiſſo ad ſimile iudiciū de cætero non fiendum,ibi, *Aedificauit autem Noë*, Tertio hominis ad propagandum & vniuerſis dominandū benedictiua à Deo reconfirmatio,cum ſpeciali conceſſione carnum & piſcium, ibi, *Benedixitque Deus Noë*, Quartò Dei cum homine de cætero per diluuium non delendo ſpecialis pactio & confœderatio,ibi, *hoc quoque dixit dominus ad Noe*, Quītò pro prædicto fœdere ſigni myſtici donatio, ibi, *Dixitque Deus , hoc eſt ſignum fœderis* , Sexto breuiter & in ſūma de diffuſione totius humani generis facta à trib⁹ filijs Noē,& ſpecialiter quomodo Cham eſt natus de altero eorū,ſcilicet,de Chain,& narratur ſimplicitas vitæ Noē vt deriſa à Chā, ſed honorata à Sem & Iaphet:ibi,*Igitur filij Noē erāt*.Septimo narratur prophetica benedictio duorum honorantium , & maledictio dehonorantis patrem ibi,*Euigilans autem Noë*, Et poſt breuiter ſubditur ſumma omnium annorum Noē,dicit igitur.*Sed omnia animantia egreſſa ſunt de arca Noē.* Auguſtinus 16.de ciuitate Dei cap.7.quærit quomodo animalia quæ ex ſola commixtione naſcuntur ad inſulas vel vltra maria magna tranſierint.Et reſpódet quod poſſunt credi ad inſulas proximas natādo tranſiſſe:ad longinquiores verò portata fuiſſe per homines.Vel Dei iuſſu, vel miniſterio angelorum hoc factum fuit. *Odoratuſque eſt dominus odorem ſuauitatis*, Abſit cogitatio quod Deus fuerit ſenſualiter delectatus in ſenſibili odore holocauſtorū illorum:ſed ſcriptura ſic loquitur ad fortius exprimendum , quod Deus ſpiritalem virtutem ſacrificij Chriſti in illis ſicut in ſignis ſacramentaliter contētam vehementer acceptabat. *Et ait ad eum : Nequaquam vltra maledicam terræ*, ſcilicet, per immiſſionem vniuerſalis diluuij , Non enim intēdit alia iudicia poſtmodum ſubſecuta vel ſubſecutura per hoc excludere. Nota autem ꝙ in eo quod hoc ſubdit immediatè poſt illud, Odoratus,apertè innuit ſe iſtud promittere, nó propter meritum Noē:ſed propter meritum Chriſti in fide & ſacrificio Noē,ſacramentaliter contentum,*Senſus enim &*,*&c.* quaſi diceret, Tāta eſt infirmitas corruptionis humanæ quod multa ſunt ſibi toleranda. Et nota ꝙ duas cauſſas veniæ ſeu venialitatis,& remiſſibilitatis peccatorum noſtrorum hic docet. Prima quidem eſt ex Dei,& Chriſti ex ominis & ſanctorū ſuorū bonitate. Secunda ex humana infirmitate. *Cunctis diebus terræ ſementis & meſſis*,&c.*non reſquieſcent*,id eſt,non ceſſabunt. Quaſi diceret,

*Aug.lib.16. ca.7.tom.5.*

*Duplex cauſa remiſſibilitatis noſtrorum peccatorum.*





Omni tempore durabit debita alternatio dierum & noctium, & æſtatis & hyemis, ſeu quatuor temporum anni , ac frigoris & æſtus ſiue caloris,id eſt , quatuor qualitatū elementalium in quibus illæ duæ prędominantur,& meſſium ſeminū ſiue ſeminationum,Quaſi diceret:Curſus mūdi hominum conſeruationi expediens,à me decætero continuabitur, Dicit autem, *cunctis diebus terræ* , Et infra dicit *ſignum fœderis dari in generationes ſempiternas.* Nō quod curſus huius vitæ ſit æternaliter duraturus, ſed eſt hic intelligendum iuxta quadruplicem modum tangendum infra tertio decimo ſuper illo verbo,Omnem terram quam conſpicis tibi dabo & ſemini tuo vſque in ſempiternum. Et nota quod ab vltimo binario,ſcilicet,ſemente & meſſe procedit ad duo media quæ ad immutationē aëris magis ſpectant,& terminantur in primum & ſupremum,ſcilicet,in noctem & diem, cuius immediata cauſſalitas eſt in ſole.Sed fortè quęret,quare repromittit hoc potiꝰ reſpectu diluuij quā cuiuſuis iudicij particularis?Ad hoc dicēdum quod conſuetudo eſt Dei vnum & idē vniuerſale iudicium nō reiterare.Et hoc triplici ex cauſſa quantū occurrit ad præſēs Prima eſt propter varietatē peccatorum.Sicut enim minori culpæ minor pœna debetur, & maiori maior:ſic diuerſis generibus criminum diuerſa genera ſuppliciorum congruè correſpondēt. Alia enim debentur peccatis carnalibus,alia ſpiritualibus:& alia his qui in lege naturæ peccauerunt,& alia comtēptoribus legis, & comtemptoribus gratię Chriſti.Secunda eſt ad oſtendendum efficaciam meriti ſanctorum patrū,& tandem Chriſti meriti:decens enim eſt,vt ſanctis,qui patienrer portauerūt,& triumphaliter trāſierunt aliqua ſumma & vniuerſalia tentamenta & iudicis, detur hoc priuilegium,ſcilicet,quod amodo ſuper eorum genus & poſteros tale iudicium non cōtingat.Et in his figuratur priuilegium meriti Chriſti,per quod ſic ſumus in æternum ſaluādi , quod in ſaluatis ab eo nullum ſit iudicium poſtea ſucceſſurū. Tertia eſt,quia multi formitas iudiciorum & operum ſub decenti ordine introducta,multum nobilitat ordinem vniuerſi,& multum magnificat multiformitatem ſapientiæ & potentiæ Dei.

*Quæſtio.*

Universidad de Deusto Biblioteca

## CAPVT NONVM.

B*Enedixit Deus Noe. Et error veſter & tremor ſit ſui per cuncta animalia.* Iſtud videtur dicere aſſecuratiuè, ne ſcilicet. formident qđ Deus non operetur eis ad dominandũ animalibus, & cæteris ꝓut expedit ſtatui huius vitæ. Videtur etiã ſubdi de animalibus edendis. *Omnes piſces mari ni veſtræ traditi ſunt, & omne quod mouetur*, id eſt, omne animal, *erit vobis in cibum.* Ex hoc patet quod prius non erant eis in cibum, nec piſces prius erant traditi & conceſſi homini ad eſum, aliàs fruſtrà hoc hîc appoſuiſſet. Creditur autem hoc eſſe factum primò & principaliter propter deteriorationem terræ naſcentium factam per diluuium: ſecundò ex condeſcenſione. Deus enim per lapſum & deſcẽſum temporum condeſcendens hominibus concedit plura quæ in primis temporibus inhibuit. Vnde ſtatum paupertatis Apoſtolicæ in cõmuni non compulit ſeruari in Eccleſiis & Monaſteriis, quibus opulentiam tẽporaliũ & propter infirmitatẽ ſtatus indulſit. Et certè maioris perfectiõis erat à carnibus & piſcibus abſtinere: tũ quia per hoc minuebatur carnale incitamẽtũ & delectamentũ, quod ex eſu iſtorum prouenit: tum quia illud erat argumentũ quoddã humanioris cuiuſdã impietatis & pietatis. Nã animalia propter eſum ſuum occidere, quãdam videtur ſapere crudelitatẽ. Ex hac tamen conceſſione ſubſecutum eſt multiplex myſteriũ. Primum ſcilicet quod animalis vita occiſa & tandem homini incorporata aſcẽdit per hoc ad dignitatem rationalẽ. Secũdò quod animalis homo animalia edit & ſapit, & animaliter viuit. Tertiò quod animalitas noſtra erat poſt baptiſmale diluuiũ, & multò magis poſt finale iudicium Chriſto & apoſtolis incorporanda. Vnde Gẽtiles qui prius erãt velut beſtiæ, ſunt per crucẽ Chriſti ſpiritaliter occiſi, ſunt & Chriſti Eccleſiæ incorporati, iuta illud ꝙ Actuum 10. dictum eſt Petro: Surge Petre, occide & manduca, &c. *Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.* ſcilicet animalia, ita vt liceat vobis ea comedere, ſicut licet cõedere olera. Sed quomodo dicit omnia? Nũquid licuit eis comedere animalia venenoſa & mortifera? aut quædam abominabilia, vt ſunt vermes, aut muſcæ, aut ranæ? Dicendũ quod ſub intelligendũ eſt, Omnia noſtro eſui vtilia & cõgruentia, quia nec etiam olera aut quæcunq; alia, ſunt nobis niſi ſub hoc modo conceſſa. *Excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis.* Id eſt, non comedetis animal ſuffocatum, in quo dum moritur & poſt mortẽ ſãguis eius remanet. Et pro huius rationẽ

*Nec carnicũ nec piſcium vſus antè diluuium erat conſuetus.*

*Multiplex myſteriũ ex tali Dei conceſſione ſubſecutum.*

*An etiã venenoſa & horribilia animantia ſint homini in cibũ data.*





ſubdit: *Sanguinem enim*, ſcilicet eſum, *animarum veſtrarum*, id eſt, in quo fundantur animæ veſtræ ſeu vitæ veſtræ, *requiram*, ſcilicet per vindictam. *De manu cunctarũ beſtiarum*, id eſt, beſtialium hominum, qui nulla ratione ducti, ſed ſola beſtiali ferocitate homines occidunt. *Et de manu hominis*, qui ſcilicet in occidendo aliqua ratiòe quaſi homo rationalis moueri videtur. Deinde quaſi expoſitiuè ſubdit: *De manu viri*, id eſt, fortis ſiue potentis, & quaſi in hoc ſtrenui ſiue viril is, & de manu fratris cuiuſcunque ſecundũ carnem propinqui. *Quicunque effuderit humanũ ſanguinem, fundetur ſanguis illius*, id eſt, morte punietur, ſcilicet vel in hac vita, vel in altera, niſi (ſupple) per mortem pœnitentię ſatisfecerit. *Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.* Quaſi diceret: Non debet homo tractari ſicut animalia bruta, ſed potius piè & reuerenter tãquã factus ad imaginem: ac per conſequens ad æternã ſocietatẽ Dei. Et nota quod in hac ratione apertè oſtendit quod contra naturalẽ dignitatẽ imaginis Dei eſt quod moriatur, & ita eſt qđ mors humana eſt contra rectitudiẽ primi ordinis naturalis. Sed quare prohibuit eſum animalis ſuffocati ſeu mortui cũ ſanguine ſuo? Aut quid facit ad hoc ratio quę ſubditur, ſcilicet de ſanguine hominis non effundendo, pręcipuè cũ huic potius cõformetur occiſio animaliũ per effuſionẽ ſui ſanguinis facta, quã quando fit abſque effuſione, ſicut eſt in ſuffocatis? Quomòdo etiã creditur quod de manu beſtiarũ requiret Deus ſanguinẽ hominis effuſum ab eis cùm à beſtiis, ſecundum literam propriè ſumptis non debeat requiri? Ad primũ triplex ratio poteſt dari. Prima eſt vt doceat cibos & modos edẽdi abominabiles euitare. Carnes enim quibus ſanguis coagulatus & mortuus eſt commixtus, ſunt cõmuniter abominabiles: & fortè minus ſanæ, quia non eſt facta ex eis groſſarũ fumoſitatum euaporatio debita. Secunda eſt ad magis elongandum homines ab omni crudeli effuſione ſanguinis & voracitate, quę generat & includit quendã beſtialem appetitũ ſanguinis, & quandã brutalẽ rabiẽ in vorando, & hanc rationẽ videtur Deus hîc ponere. Effundere autem ſanguinem animalis hac ſola cauſa vt carnibus primum à ſanguine emundatis, poſtmodũ cũ maturitate debita illæ comedantur, non ſonat crudelitatem, ſed humanã medicinã & ſobrietatem. Tertia eſt myſtica: Hoc enim præceptũ aliquo modo fuit cæremoniale, vnde in Leuitico inter cæremonialia reputatur. Si enim ſanguis deſignet corruptũ amorẽ, conſtat nihil cũ eo edendũ: Si verò deſignet ſanctũ amorem in quo eſt ſedes ſpiritalis vitæ, tunc non eſt edendus vt commixtus cũ carne, id eſt, cum carnali opere vel

*Caro cũ ſanguine comedi prohibetur.*

*Mors eſt cõtra primum inſtitutum naturale.*

*Propter tres ratioẽs caro cum ſanguine comedi prohibetur.*

*Secunda.*

*Tertia.*

Universidad de Deusto Biblioteca

affectu ſanguinis morticinorum:Et potius deſignat corruptum amorem quàm ſanctum. Dicũt autem aliqui quod vbi nos habemus de manu cunctarũ beſtiarum, in Hebræis eſt:De manu omnis viuentis. Et ne de omnibus hoc ſimpliciter intelligatur, ſubdit expoſitiuè,id eſt,de manu hominis. Vel poteſt ſecundò dici quod ad quandam exaggerationẽ homicidij & pœnę eius,dixit hoc de beſtiis,à quibus pro tanto humanum ſanguinẽ requirit, pro quanto propter hoc beſtias homini nociuas vult & facit interfici, propter hoc enim licitum & etiam debitum eſt occidere eas. Beſtia etiam quæ iam hominem de facto occidit, etiam in horrorem talis facti interficienda eſt, vt homines ab homicidio fortius deterreantur. Tertiò poteſt dici ſecundum modũ ſuprà iam expoſitũ,quod ſcilicet beſtia ſumatur hic pro homine furore beſtiali moto ad occidendum. *Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum.*. Nota quod à Noë & vltrà legitur Deus pactum cum homine feciſſe,in ſignũ quod poſt primi homini lapſum,& poſt carnalis concupiſcentiæ lubricum, & poſt mortis ſibi debitæ diluuium,non habemus ſpem aut ſocietatem cũ Deo,niſi per ſpecialis reconciliationis pactum. Significatur etiam per hoc q̃d Deus ſpecialibus modis fœderatur cũ ſuis electis poſt quælibet generalia iudicia:quia tunc fundat & initiat nouos ſtatus,& ideo oportet tunc fieri noua & ſpecialia pacta pro toto tempore illius ſtatus. *Et ad omnem animam viuentem quæ eſt vobiſcum.*

*Cur de manu beſtiarũ ſanguis hominis effuſus à Deo requiratur?*

*Pactus Dei cũ Noë quid ſignificat.*

Nota quod Deus non facit pacta ad animalia in ſeipſis,aut propter ſeipſa,ſed ſolùm in hominibus & propter homines. Vnde cũ Noë facit pactũ de conſeruatione animaliũ pro quanto hoc erat vtile homini. Dicitur tamen ſic vt magis congruat myſteriis, quia in Noë & filiis eius deſignantur magis intelligentes:In animalibus verè ſimpliciores,qui à doctoribus erudiuntur.

*Arcum meum ponam in nubibus & erit ſignũ fœderis inter me & inter terram.* Quidã dicunt quod ad literam arcum ſolariis refulgõtiæ in nubibus generatum,dedit Deus pro ſigno diluuij non venturi. Et dicunt quod ante diluuium nõ fuerãt nubes nec pluuię, ac per conſequens neq; talis arcus. Quandocunque autem arcus apparet,ſignũ eſt paruę & temperatæ rorationis, quia arcus iſte non generatur in nube,niſi ſolum quando ex ea manat ſubtile & paruum ſtillicidium,& quãdo contra Sol refulget: quod nõ poteſt fieri quando totus aër eſt nubibus denſis & pluuiis magnis opertus. Hinc etiã (vt dicunt) arcus hic eſt ſignũ non citò vẽturi iudicej vltim iper vniuerſalem conflagrationem ignium fiendi,quia diſpoſitio ad illam eſt aëris vehemens ſiccitas & adu-

*Quorundã opinio de iſto arcu in cœlo poſito.*

ſtio



ſtio,cuius oppoſitum arcus iſte deſignat, quia non fit in nube ſicca nec tempore ſicco,ſed in nube aquoſa & tempore aliquantulum pluuioſo. Sed contra iſtos eſt primò,quia non eſt certũ, nec veriſimile quòd ante diluuiũ non fuerunt nubes,nec pluuia,nec talis arcus. Nunquid enim terra promiſſionis & multæ alię terrę non egebant pluuis irrigari & fœcnndari, & cõtra æſtũ nimium plerumque refrigerari? Nunquid etiã per calorem Solis nõ eleuabantur tunc vapores ex terra & aqua,ſicut & nũc? Quod ſi ſic fiebat,vtiq; nubes erant. Secũdò,quia licet arcus iſte exigat pluuiam temperatã, non propter hoc eſt ſufficiens ſignũ ſeu argumentũ quod Deus non deleat mundũ per diluuium aquę vel ignis,cũ Dei potẽtia vel actio non dependeat ab actione aëris vel nubiũ,quin potius talia indicia facit & facturus eſt, quo minus hoc ab omnibus communiter æſtimetur. Tertiò,quia tale ſignũ eſt naturale potius quã ſpecialis gratiæ ſiue pacti. Hîc autẽ Deus ponit illud pro ſigno ſpecialis fœderis ſui ad Noë & ad ſtirpem eius. Quarto,quia talis arcus non dicit aliquam rationem amoris vel meriti,propter quam debeat Deus recordari fœderis ſui. Hîc autẽ dicitur à Deo quod cũ viderit arcum ſuum,recordabitur fœderis ſempiterni quod pepegit cũ omni carne & cũ omni viuente.

*Eadem ſententia improbatur*

Dicendũ igitur quod Deus ſicut & in cæteris myſteriis, ſumpta figurali ſimilitudine ex arcu nubiũ naturaliter temperiẽ egigente & deſignãte,voluit occultè ſignificare formale & principale exẽplar & ſignũ inuiolabilis firmitatis fœderis ſui ad genus humanũ ſaltẽ quoad electos. Hoc autẽ eſt radicaliter immẽſa Dei bonitas ad genus humanũ: expreſſiuè autẽ infalibilis veritas ſuarũ promiſſionũ tã ſcriptarũ quã inſpiratarũ aut voce ſenſibili promulgatarum: promeritoriè verò eſt charitas & paſſio Chriſti hominis,ac deinde charitas S. Patrũ. Inquolibet eñ horũ inſtar arcus cæleſtis inueniũtur ſcilicet ſeptẽ. Tẽperamẽtũ refrigerij, Irroratio ſuauis ſtillicidiis, Dilatio amplexus, Refulgẽtia ſolaris radij, Gratioſitas aſpectus, Venuſta emiſſio iaculi amoroſi, Serena profunditas perſpicui nubiloſi. Licèt autẽ Deꝰ à nullo obiecto cauſſalitur moueat̃, nihilominus in horũ viſione quã habet nõ de nouo,ſed ab ęterno recordat̃.. Deꝰ fœderis,q̃d ex mera gratia pepegit cũ electis. Et nota q̃d licèt Dei charitas & ſolaris veritas ſunt ſicut arcꝰ ꝓ quãto ad infima noſtra arcualiter ſe aperiũt & expãdũt:& ſerena profunditas Dei ac nubes ſit & chorda in qua manet arcus iſte:nihilominus vt Solis ad nubẽ & arcũ diſtinctio fiat,arcus iſte eſt æternę charitatis & veritatis à patre genitę radioſa expreſſio,poſita,primè ĩ nubibus,id eſt,in profundis

*Exponitur quid vel quali modo ille arcus ſignificet.*

*Aſſimilatur arcui iſti charitas Dei, et veritas.*

Universidad de Deusto Biblioteca

eloquiis diuinorũ teſtamentorum, ſeu diuinorum promiſſionũ
vel ſcripturarũ, & ſimul cum hoc in cœlicis & profundis cordi-
bus Patriarcharum & Prophetarũ, ac tertio in humanitate Chri
ſti, tam per perſonalẽ vnionẽ, quàm per ſingularẽ illius animæ
irradiationem & inebriationẽ, & ſimul cum hoc poſitus eſt iſte
in vtero Virginis, & poſteà ibi tam cor quã brachia ad nos inſtar
arcus expandit. Sextò in mentibus Apoſtolicis per fidem ſemper
feruidã & prædicationẽ. Septimò in mente & carne apparuit in
pactũ & teſtimoniũ futurorum. *Erant igitur filij Noë.* Hîc de filiis
eius mentionem facit de Chanaam filio Cham, & benedictione
Sem & Iaphet, de qua & mox agere intendit. *Tres iſti ſunt filij Noë
& ab his diſſeminatum eſt totum genus humanum.* Ex hoc loco, & e-
tiam ex præcedẽtibus apertè patet quod hi ſoli tres viri cũ Noë
remanſerunt poſt diluuiũ, & quod poſteà Noë non habuit aliá
prolem, Ex quibus duo ſatis mirãda occurrunt. Primum eſt quo
modo in ſexcentis annis Noë ante diluuium & trecentis annis
filiorũ ſuorũ nullus ex eis natus ſit præter hos tres, aut ſi plures
ex eis nati ſunt, quomodo ſaluati nõ ſunt in arca. Secundum eſt
quomodo in trecẽtis quinquaginta annis Noë poſt diluuiũ nul
lus ex eo natus eſt. Ad hoc ergo poteſt dici, quod ſiue ante dilu,
uium plures ex eis nati fuerint, ſiue non, Deus tamen noluit in
arca plures ſaluari quã Noë cũ tribus filiis eius, humanum ge-
nus repropagaturus. Et hoc primò propter myſteriũ Trinitatis
in vnitate firmatæ. Secundò propter maiorẽ nexum vnitatis ge-
nerationũ ſequentium. Tertiò in commendationem diuinæ po-
tentiæ & ordinis ſuæ ſapientiæ, in eo quod ex paucis ſeminibus
& radicibus multas meſſes facit mirabili ordine pullulare. Cre-
dendũ eſt tamẽ quod ſi Noë ante diluuiũ aliam prolem habuit-
quod vel ſuæ ſanctitati non adheſerint, vel ante diluuiũ obierint
aut quod ſubmerſio eorũ per diluuium fuerit eis ad purgatio-
nẽ delictorũ ſuorum, ſicut & aliis tunc pœnitentibus & ad cor-
redeuntibus creditur in purgationem fuiſſe, *Cœpitque vir agrico-
la, &c. & plantauit vineam.* Secundũ Magiſtrũ in hiſtoriis natura
les labruſcas tranſplantando & excolendo ad vſum vineæ redu-
xit. Nihil tamen eſt inconueniens ſi dicatur quod bonas vites in
uenit & collegit, & vineam inde fecit. *Biberſque vinum inebria-
tus eſt.* Ignorãs, ſcilicet, vim eius propter debilitatẽ ſui capitis re-
ſpectu fortitudinis vini, quod vtique facilius nocet homini inſue
to & inexperto. An autẽ tũc cœpit vſus vini, ita quod ante dilu-
uiũ non biberent homines niſi aquam, non poteſt planè argui
ex hoc loco. Iſidorus tamẽ Etymologiarũ libro decimoſeptimo
dicit:

*Cur ſolum tres filij Noë in diluuio ſaluati ſunt à Deo.*

*Diluuiũ fuit aliquibus in purgationẽ.*

*Hiſt. ſchol. in Gen. ca. 36. in princ.*

*Lib. 17. c. 5. in princip.*



dicit: Vitis plãtationem primus Noë inſtituit rudi adhuc ſeculo
Et ſecundũ hoc videtur quod ante diluuiũ nõ biberint homines
ſaltem ex vinea culta. Nota quod ſcriptura multis factis & acci-
dentibus Noë hoc vnum quod in ſe fuit modicum, nullius quę
virtutis ſignificanter enarrat, tum propter memorabile factũ fi-
liorum ex hoc ſubſecutum, tum etiã propter magnum myſteriũ
quod hic ſpiritus Moyſi vidit, tum etiam vt doceat quod etiam
ſanctis viris plerunque ita humana & infirma contingunt: tum
etiam vt in hoc ipſo innuat quod talia plerunq; contingũt & cõ
tingere poſſunt abſque peccato tanquã non ſubiecta prouidẽtię
noſtræ, & potius acta in nobis quàm facta à nobis. Myſteriũ au-
tem huius ſancti ſumptum in bono fuit, primò in figurã ſummi
Patriarchæ Chriſti, qui nimia charitate ſuæ vineæ, id eſt, Eccleſię
ſuæ quam plantauit inebriatus, non erubuit pro nobis in cruce,
& hoc in tabernaculo ſuo, id eſt, in medio populi ſui, pati. Secũ-
dò figurat exceſſiuos feruores Sanctorũ, qui pro Chriſto & Ec-
cleſia nuditates & cõfuſiones multimodas portauerũt, & porta
ti ſunt inſtar Dauid, qui corã ancillis ſuis nudatus eſt & quaſi v-
nus de ſcurris: vnde & à Michol vxore ſua deriſus eſt, ſicut Chri-
ſtus à ſynagoga. Tertiò ſignificat apertionẽ ſcripturarũ quæ fit p
exceſſum charitatis & p ebrietatẽ ſpirit⁹, ex qua Chriſti nuda ve
ritas abſque tegumẽto figuralium illuceſſit, quam tamen inuidi
& hæretici ſicut canes dilacerãt & deridẽt. Sumptũ verò in ma-
lo deſignat quod plantatio ſeu aggregatio delectabiliũ & carna-
lium fomentorũ generant inſaniam abominandorũ exceſſuũ,
ſeu comeſſationũ & ebrietatum, ad quã ſequitur nudatio femo-
rum, id eſt, turpido luxuriæ, & licet hoc de ſe ſit deriſibile, non eſt
tamẽ filiorum deriſoriè reuelare turpitudinem patris ſui. *Cum
didiceſſet quod fecit ei filius ſuus*, ſcilicet à duobus aliis filiis ſibi
hoc referentibus. Sed nũquid hæc relatio fuit detractoria & Noë
ad iram prouocatoria, & per conſequens peruerſa? Dicendum
quod malum ſubditi poteſt licitè referri Pręlato, vt tanquam pa-
ter increpet & corrigat illud, & pcipuè ſi eſt talis de quo omninò
ſit præſumendũ, quod non prouocetur impiè contra peccantẽ,
ſicut de Noë ſanctiſſimo & naturali patre ipſius Cham erat vti-
que præſumendum, dato etiam quod ex quodã zelo deteſtatio-
nis tanti ſceleris dixerint hoc patri, & viro ſancto benè potuit
hoc fieri abſque peccato. Ait: *Maledictus, &c.* Sed nunquid male-
dicere non eſt peccatũ ex peccato iræ cauſatũ, cùm Apoſtolus
prioris Corinthiorum ſexto dicat, quod maledici regnũ Dei nõ
poſſidebunt? Dicendum quod Sancti in ſcripturis dicũtur male-

*Multiplex datur ratio cur hæc Noë ebrietas ita diligenter ſcribitur.*

*Quid hoc factum Noë in bonum ſumptũ deſignet.*

*Nota.*

*1. Corint. 6.*

Universidad de Deusto Biblioteca

*Maledictio à ſanctis quomodo intelligenda.*

dicere non quaſi malũ optãtes,ſed quaſi propheticæ futura mala prædicãtes. Vnde hîc nõ debet ſuppleri,maledictus ſit,ſed maledictus eſt vel erit,vnde nec ſubdit, ſeruus ſit ſed ſeruus erit. Si tamen dicatur quod hæc ſit quaſi ex voto optãtis,hoc fit ſolũ ex zelo diuinæ iuſtitiæ,quã tunc promeritus fuerat. Nec ex hoc eſt facilè ab infirmis trahendũ exẽplum , quia quod zelo iuſtitiæ ſe facere putarẽt,facerẽt ſæpius ex liuore vindictæ & iræ. *Filius ſuus minor*,ſcilicet Chã. Qui minor dicitur vel ſolùm reſpectu Sem & Iaphet,ſcilicet ſi fuerit tertiò genitus:vel dicitur minor valore & dignitate. Et nota quod iſte meritò maledictus eſt à patre,prçter miſſo eñ quod propriũ patrẽ deriſit, ſtudendũ eſt quod patrem tante ætati,tantæq; ſanctitatis, quem ita familiarẽ Deo probauerat,& in quo ſolo Deus omnia ſeruauerat & reſtaurauerat,ſic potuit deridere:& præcipuè cùm ille homo eſſet iam ſexcẽtenarius & qui cum ſolis ſeptem de diluuio ſaluatus erat,& maximè circa actiuum principiũ partis generatiuæ,de qua immediatè ſe nouerat propagatum. Vnde patet quod hoc eſſe nõ potuit niſi priùs à ſodalitate virtutis,& à reuerentia diuinorũ vehementer decidiſſet,ſed propter quod meritò hîc ſcribitur tanquã valde ſtupẽdũ. Et fortaſſe ex magna mẽtis præſumptione patris ſimplicitatẽ & caſum eius ſuperbè contẽpſit,& incumulũ ſui contẽptus hoc fit peius,qđ rem occultã cæteris detractoriè & deriſoriè propalauit.

*Quàm graue peccatum fuerit Cham benè expenditur.*

*Cur peccãte patre Chanaan filius maledicitur.*

*Maledictus Chanaan.* Qui iam poſt diluuiũ ex Chã erat natus. Sed quare Noë huic primũ maledicit , & nõ potius patri eius qui eũ deriſerat? Dicendũ quod hoc facit,qa in ſpiritu vidit gentẽ Chanaanæorũ ex hoc Chanaam generãdam,eſſe ſingulariter à Deo maledicendam & exterminandã & ſubiugandã per Iudæos , qui fuerunt de genere Sem:& etiã antè per Aſſyrios qui de Sem ſunt orti,& tandem per Romanos qui de Iaphet fuerũt Moyſes autẽ videtur hic,quantũ ad literam,præcipuè dicere,quia ſubiugandi erant à Iudæis,in cuius ſignũ eſt quod cæteri filij Cham, de quibus infrà dicitur,non maledicuntur: ſed ſolus Chanaam. Poteſt etiam ſecundò dici quod plus fuit hoc quàm maledicere patrem ſolum,quia perinde eſt ac ſi diceret:Tu & tua generatio eſtis maledicti à Deo. Fuit enim decens quod ſicut malũ filium ſe fecerat , ſic filios malos & maledictos haberet. *Seruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Inter omnes ſeruos erit viliſſimus , & ſummæ ſeruituti ſubiectus , quaſi ſeruiens ſeruis fratrum ſuorum. Dicitur enim ſeruus ſeruorum,ſicut flos florum,& Deus Deorum, Nota quod ſeruitus legis huiuſmodi in pœnam propter peccatum eſt primitus introducta. Licèt enim in omni Hierarchia ſit dare ſuperiores

*Seruus ſeruorum cur dicitur.*



periores & inferiores ſecundum Dionyſium , non tamen ſeruos. Seruitus enim propriè ſumpta,eſt quid pœnale, nam libertas eis oppoſita, eſt quid naturaliter deſideratum. Habet autẽ tria in ſe notabiliter pœnalia. Primũ reſpectu animæ & ſpiritualium,quia ſeruus nõ habet literã facultatẽ trãsferendi ſe ad vtiliora animæ ſuæ ſine licentia Domini ſui. Secundũ eſt reſpectu corporis & tẽporalium,quia nec in corpore,nec in rebus habet liberum dominium,etiam reſpectu vtilium ſibi aut neceſſariorum. Tertiũ eſt quia poteſt à dominis compelli ad multas angarias & labores,& etiam poteſt vendi quaſi iumentum. Dictus eſt autẽ ſeruus à ſeruando,quia victis hoſtibus capti ex eis ſeruabantur ad vitam,ſic tamen quod modo prædicto eſſent ſubiecti ſeruatoribus ſuis. Et hac ratione ſecundum iura gẽtium ſeruitus proceſſit , quia iuſto bello capti & iuſtè occidẽdi gratiſq; ad vitã ſeruati, iuſtè potuerunt ſeruitutis pœna ligari. *Benedictus Dominus Deus Sẽ.* Hoc dicit quia vnius Dei cultus in ſola ſtirpe Sem tẽpore Abrahæ remãſit *Sit Chanaã ſeruus eius.* Nõ dicit hoc pro perſona Chanaã, ſed pro populo Chananæorũ,q naſcitur ex ipſo. *Dilatet Deus Iaphet.* Alludet nomini,quia Iaphet latitudo interpretatur, qa in nationibus dilatatus eſt. Nã ſecũdũ Hiero. populus gentiũ ex ipſo eſt ortus. *Et habitet in tabernaculis Sem.* Id eſt,Populus eius ciuiliter commoretur ſub regno ſeu imperio filiorũ Sẽ, quod propriè impletũ eſt in regno Aſſyriorũ & Chaldæorũ:ſed tãdẽ verius in regno Chriſti qui fuit de Sẽ,ſub quo & in quo oẽs gentes per fidẽ mãſerũt. *Sitque Chanaã ſeruus eius.* Hoc impletũ eſt in parte imperij Græcorũ & imperij romanorũ. Sed fortè quçret aliquis. Quid põderis hæc maledictio. Nã quo ad culpã nõ fuit min⁹ malũ,imò pei⁹ quod filij Sẽ in regno idolatriæ ſuper filios Chã regnauerũt,quã quod filij Chã eis in hoc ſubiecti fuerunt. Rurſum cũ oĩa moriãtur,quæ proſperitas fuit Iudçi plus quã filiis Chã,in hoc quod illis de terra promiſſionis expulſis in ea tẽporaliter regnauerũt:cũ per mortẽ inde exierint,ſicut & illi,& etiã per cõſimilia bella ſunt etiã inde expulſi? vlterius quç benedictio fuit filiis Iaphet qđ imperio filiorũ Sẽ idolatrantiũ cohabitauerint? Dicendũ quod hic & vbiq; in toto teſtamẽto eſt regulariter obſeruandũ qđ in tẽporalibus benedictionibus & promiſſionibus ac maledictionib⁹ & cõminationibus ſubintelligãtur æterna bona & æterna mala. Ita que in talibus intelliqũtur tẽporalia bona vel mala illis in locis contenta,vel eiſdem aliquid melius vel peius. Et ideo pro certo eſt tenẽdum quod Noë plus intendit hic prophetare de æternis & ſpiritualibus bonis & malis quam de tranſitoriis & terrenis.

*Dionyſi.*

*Seruit⁹ tria mala includit in ſua ratione.*

*Seruus vnde dicitur.*

*Hoc habet Aug. li. 19. de ciuit. ca. 15. tom. 5.*

*Iaphet latitudo interpretatur.*

*Iero. in heb. queſt. in Gene. tom. 3.*

*Quæſtio circa hac praponitur.*

*Nota canonem generalem pro intelligẽt. ſcri, circa promiſſ. & comminationes Dei.*

Et hinc eſt quod in huiuſmodi ſemper prophetatur de cōplēdis ſub Chriſto. In Cham enim intelliguntur omnes reprobi, quorū generatio velit nolit ſeruit electis, ſiue exercendo eorum patientiam cæteraſq; virtutes, ſiue quia eorum malitiæ virtus ſanctorū prædominatur, & poſt hanc vitam illam potētiſſimè & æternaliter cōculcabit. *Nota.* Nota pro myſteriis quod Cham deſignat Iudęos & hęreticos & vniuerſaliter omnes deriſores Chriſti, & ſanctorū & ſapientiæ Dei. Per Sem verò & Iaphet deſignātur fides & charitas & omnes habentes eas, vel conuerſi Iudæi, per Sem: & conuerſi de gentibus per Iaphet, quia pallium, id eſt, immenſitatem maieſtatis & charitatis, & maturitatis & honeſtatis Chriſti impoſuerunt humeris ſuis, ſe totos, ſcilicet, ei ſubiicientes, & per obedientiā eam portantes, & incedentes retrorſum, id eſt, nō redeuntes in eam partē quæ eſt ante faciē, ſed in eam quæ eſt poſt tergū qui motus retroceſſiuus vocatur, nō viderunt, ſed operuerunt verenda patris ſui, id eſt, carnali aut curioſo & cōtemptiuo aſpectu non aſpexerunt Chriſti humilia & infirma: ſed potius ſicut omnino ſuperexcedētia intellectum eorū operiunt illa pallio diuinæ maieſtatis, id eſt, reuerendo ea tanquam diuiniſſima, & tanquam diuina maieſtate aſſumpta. Per cuius cōtrariū Iudæi & hæretici in ſe & ſua prole ſunt maledicti, & æternę ſeruituti apoſtolorum & fideliū addicti. *Aug. 16. de ciui. dei. c. 2.* Auguſtinus verò decimo ſexto de ciuitate Dei cap. 2. ponit hîc myſteria quoad quædā dicens: Quòd quodāmodo in paſſione Chriſti id factum eſt, Nam pro nobis eam factam honoramus, & Iudęorum facinus auerſamur. veſtimentum ſignant ſacramentum, dorſa, memoriam pręteritorum, quia paſſionem Chriſti veſtimēto ſacramentorū honorabiliter tegimus, quam poſt tergū portamus, quia ipſius tanquam iam præteritæ memoriam celebramus. Dicit etiam quod reprobi ſolo ſono vocis eam foris anunciant, & non intelligunt, intelligētia, ſcilicet, affectuali. Probi autem intus in corde honorant infirmū & ſtultū Dei, quia fortius & ſapientius eſt hominibus. Et huius figura eſt quod Cham exiens hoc annuntiauerit foris. Sem verò & Iaphet vt hoc velarent, hoc eſt, honorarēt, ingreſſi ſunt, id eſt, interius id egerunt. *Aug. eo. li. & cap.* Nota etiam quod idem ſubdit ibi à duobus filiis Noë benedictus vſque ad Abrahā de nullo iuſtorū quod piè dominum colerent, nulla fit mentio, quamuis non ſit credendū eos defuiſſe, ſed ſi omnes commemorarentur, nimis lōgum fieret, & hoc eſſet magis hiſtorica diligētia, quàm prophetica prouidētia. Spiritus itaque Dei per Moyſen illa ſubſequitur, quibus nō ſolū narrarentur pręterita, verùm etiam prenuntientur futura, quę tamen

Universidad de Deusto Biblioteca



men pertineant ad ciuitatem Dei, eò quòd quicquid hic dicitur de hominibus qui nō ſunt ciues eius, ad hoc dicit vt ex illa comparatione contraria vel proficiat, vel emineat.

## CAPVT DECIMVM.

H*Æc ſunt generationes filiorum Noë.* Habito de termino diluuij & ſeparatione facta ſub Noë, ſequitur tertia pars de diuiſione ſtirpis Noë in varias gentes & linguas. Et primò dinumerat generationes trium filiorum Noë, tangendo aliqua de appellatione terrarum & diſtinctione facta per filios eorum. Secundò narrat cauſam diuiſionis linguarum, ibi: *Erat autem terrà labij vnius.* Tertiò repetit generationem Sem, vt eam continuet, & per eam numerum temporum tradat, ibi: *hæ generationes Sem.* In prima primùm præmittit titulum generationis. Secundò enarrat ipſas. Et primò generationes minimi, ſcilicet, Iaphet. Secūdò medij, ibi: *Filij autem Cham.* Tertiò generationes, primi, ibi: *De Sem quoque nati ſunt.* Nota quod ſecundum Auguſtinum decimoſexto de ciuitate Dei cap. 3. hic narrātur ſeptuaginta tres generationes, ſcilicet quindecim de Iaphet, triginta vna de Cham, viginti ſeptem de Sem, & quælibet iſtarum fecit per ſe vnam linguam, præter Phaleth, in quo lingua hebraica patris ſui remanſit, & ideo Hebræi & Phaleth fecerunt niſi vnam linguam, & ſic ſecundum eum fuerunt ſolum ſeptuaginta duæ linguæ. *Aug. 16. li. ca. 3. à medio tom. 5.* Verum eſt quod Auguſtinus ſequens tranſlationem Septuaginta in generatione Sem, ponit vnum qui non eſt in Hebræo, ſcilicet, Cainam genuit Sale. Quam literam beatus Lucas ſequitur. Sed ſequamur veritatem hebraicam quæ non ponit Cainam, quia fortè Cainam non fuit naturalis filius Arphaxat, vt ſic amoto Cainam ſint ſeptuaginta duæ. Quod ſi obiicias quod ſecundum hoc Iudæi potius habuiſſent linguam Phalet tanquam linguam Abrahæ quam Hebræi. Dicitur quod *Obiectio.* fortè ideo ſeptuaginta appoſuerunt Cainam, quia fecit per ſe vnam linguam. Phaleth autem bis numeratus eſt, quia in ipſo lingua patris remanſit, & quia in diebus eius diuiſæ ſunt linguę. Nota etiam quod quando fuit diuiſio linguarum, non ſolum fuerunt ſextuaginta duo homines ſic numerati, imò potius ſeptuaginta duæ gentes. Vnde in fine huius capituli dicitur. *Iſti ſunt filij Sem ſecundum cognationes & linguas, & generationes in gentibus ſuis.* Et poſt de omnibus in ſimul dicitur. *hæ familiæ iuxta pepulos & nationes ſuas.* Et ſupra dicitur. *Hi filij Cham in cognationibus & linguis & gentibus ſuis.* Et ſimiliter ſuprà dicitur de filiis Iaphet,

Universidad de Deusto Biblioteca



& vbi agit de filiis Cham expreſſe ponit nomina gentium. vnde
dicit in iſto cap. Neſraim genuit Ludym & Ananim,&cæ. E qui-
*16. de ciuit.* bus egreſſi ſunt Philiſtini & Caphtorimi. Et ſecundum Auguſti-
*cad.3. in fi-* num ideo multorum filij non ſunt commemorati, quia ipſi gen-
*ne tom.5.* tes ſeu linguas per ſe nō fecerūt,ſed aliis gentibus adiuncti ſunt.
Quomodo eñ alias cū filij Iaphet octo enumerētur ex ſolis duo
bus filij nati cōmemorātur? Et ſimiliter cū filij Chā quatuor no-
minentur,ex ſolis tribus qui ſunt nati adiiciuntur. Et ſimiliter cū
filij Sē nominētur ſex ex ſolis duobus nati deſcribūtur. Nūquid
cæteri ſine filiis remanſerūt? Abſq; dubio nō videtur, Nota etiam
*Hier. in heb.* quod ſecundū Hieron.& ſecundū Ioſephū filij Iaphet tenuerūt
*quæ. tom.5.* aquilonarē plagā à Tauro & Amano montibus Ciliciæ & Syriæ
*Ioſeph. li. 1.* vſq; ad fluuiū Tanaim. Iu Europa verò vſq; ad Gadira omnia. ſ.
*antiq. ca. 1.* maritima loca à prędictis mōtibus vſq; ad Oceanū Britanij. Ta-
*Iſi. li. 9. ety-* men etiā nota ſecundū Iſidorum libro 9. etymologiorum ſequē-
*ca.2.* tem Ieronymū libro hebraicarū quæſtionū & Ioſephum quod
*Hier. in heb.* filij Iaphet ſunt ſeptem,ſcilicet, Zomel. ex quo Galatę, id eſt, gal-
*quæſt. in Ge* li, Magog, à quo arbitrantur Scytas & Gotthos traxiſſe originē:
*neſ. tom. 3.* Madai, à quo Medi: Iarā à quo Iones, qui & Græci, vnde & voca-
tur mare Ionium: Tubal, à quo Iberi, qui & Hiſpani, licet quidā
ex eo & Italos natos ſuſpicentur: Moſoth, à quo & Cappadoces,
vnde & vrbs vſq; hodie apud eos Mozata dicitur: Thyras ex quo
Thraces, *Filij Gomer Aſchanaz*, &c. à quo Sarmatæ quos Græci
reginos vocant Riphatd, à quo Paphlagenes. Thogarma, à quo
ſunt Phryges. filij Iouā vel Iauan. Eliſa à quo græci Eliſęi qui vo-
*Ioſeph. li. 1.* cātur Eolydes. Vñ & lingua quinta gręca Æolis appellat̃. Tharſis
*anti. Iudai.* à quo Cilicij, vel Ioſeph⁹ arbitratur: vñ & metropolis eorū Thar
*ca.11. à me-* ſus appellat̃, de qua fuit Apoſtolus Paulus. Cetim, à quo Citij. i.
*dio.* Cyprij nominātur. Dodanim, à quo Rhodij, qui Rhodū inſulā oc
cupāt. Hæ ſunt generationes de ſtirpe Iaphet, quia à Tauro mō-
te ad Aquilonem mediā partem Aſiæ, & omnē Europam vſq; ad
Occeanū Britannicum poſſidēt, quarū gentiū vocabula partim
ſunt immutata, partim manent *Filij Cham.* Nota ſecundū Ierony
*Iero. in heb.* mū libro præfato quod ſeptuaginta interpretes nō valētes, heth
*quæſt. in Ge* literam, quæ duplicem aſpirationē ſonat, in ſermonē grecū verte
*neſ. tom. 3.* re frequenter Chi, græcā literam addiderunt, vt nos docerēt hu-
iuſmodi vocabula aſpirari debere. vnde hic trāſtulerunt Chā pro
eo quod eſt Ham, à quo & Ægyptus vſq; hodie Ægyptiorū lin-
gua, Ham dicitur. Et ſic dicitur quia deſcēderunt à Cham vſq; in
*Pſal.* Ægyptū. Vnde in Pſalmo legitur, Iacob accola fuit in terra Chā.
*Filij autem Cham: Chus*, à quo Æthyopes progeniti. Chus vſq; ho-
die



die ab Hæbræis Athyopia nūcupatur. *Meſraim*, à quo Aegyptij ꝑ-
hibentur exorti. *Phut*, à quò Libij. Vnde & Mauritatiæ fluuius vſ
que hodie Phut dicitur, omniſq; circa cū regio Phurēſis, licet in
vna tantum climatis parte Libiæ nomē reſederit, & reliqua terra
Afirica nominata ſit. *Chanā*, à quo Aphri & Phœnices & Chana-
næorū decē gētes. *Filij Chus ſaba*, à quo. ſ. Sabæi, de qbus Virgili⁹,
ſoliſq; & thurea virga Sabæis. Heuila, à quo Getuli in parte re-
motioris Africę & heremo cohęrētes. *Sabbatha*, à quos abbateni,
q nūc Aſtabari nuncupantur. Regina verò & Sabbatha paulatim
antiqua vocabula perdiderunt, & quæ nūc pro veteribus habeāt
ignoratur. *Filij Regina Sabaa & Dadan.* Hic ſcribitur Saba ꝑ Sin-
literā, ſupra verò ꝑ Sameth, à quo diximus appellatos Sabæos.
Interpretatur verò nūc Saba Arabia. Nā in 71. Pſalmo vbi nos
habem⁹ reges Arabū & Saba, munera offerēt, ſcriptū eſt in Ae-
bræo, reges Saba. primū ꝑ Sin. ſecundū ꝑ Samech. Sūt ergo duę
Arabiæ citerior & vlterior. *Dadā*, à quo gēs eſt Aethyopiæ in oc-
cidētali plaga. *Porrò Chus genuit Nēroth* De iſto Nēroth agit diuer-
ſum à præmiſſis filiis Chus, tū propter eius ſingularē primatū in
robore & regno & malitia, tū qa hic aliquid breuiter de eo trade
re intēdebat. Voluit eñ breuiter notere à quo poſt diluuiū cœpit
tyrānis, & orіētale imperiū: videlicet à filiis Chā, à Noë maledi-
cti: & inter filios Chā, ab iſto Nēroth, qui ſecūdū Hiero. arripuit *Tyrannis*
prius in populo tyrannidē inſuetā: & regnauit in Babylone. Et in *poſt diluuiū*
*Arath*. i. in vrbe Edeſſa: & in Achadi, quę nūc dicitur Niſibis. & in *à Nemroth*
*Chalamne*, quę poſteà à Seleuco rege dicta eſt Seleucia. Et ſecūdū *cœpit.*
Aug. hic Nēroth fuit gigas. Et ſecūdū Iſido. 7. li. Etymologiarum *Iero. in*
Nēroth interpretatur tyrān⁹, & ipſe aggreſſus eſt cōtra Deū, im *quæſt. heb.*
pietatis ędificare turrim. Si verò quæratur quomodo regnauerit *in Gene.*
ī Babylone, & ī terris circū adia cētibu⁹, cū Babylō & terra Chal *tom. 3.*
dęorū ſpectauerint ad filios Sē. Nā ſecūdū Hier. de Arphaxa filio *Aug. li. 16.*
Sē fuerūt Chaldæi? Pōt dici ꝙ ꝑ tyrānidem obtinuit varia terras *de ciuit. c. 4.*
catū Videtur autē Moyſes velle hic innuere ꝙ Nēroth eſſet tūc *tom. 5.*
Rex in Babylone quādo turrim ei⁹ ędificabāt, & quādo ibi diuiſę *Iſid. lib. 7.*
ſunt linguæ. Dicit ergo: *Ipſe cœpit eſſe potēs in terra* potentia. ſ. tyrā- *etym. cap. 6.*
nica & regali, *Et erat robuſtus venator corā domino.* Secundum Aug. *aliquantu-*
præpoſitio græca eſt ęquoca ad corā & ad cōtra. Vnde & hic me *lum a prin-*
lius eſſet cōtra dominum, quā corā Domino. Vult ergo dicere ꝙ *cipio.*
iſte ꝑ præceptū & volūtatē venabatur homines ac ſi feras. i. ꝙ ꝑ *Aug. 16. de*
varias oppreſſiones eorū ſibi eos ſubiecit. *Ab hoc*. i. de hoc *exiuit* *ciuit. ca. 4.*
*prouerbiū*. ſ. inter gentes, *Quaſi Nemroth robuſtus venator corā domino* *paulò à fine*
Sēſus eſt, ꝙ quādo aliquis erat crudelis, & aliorū fortis oppreſſor *tom. 5.*

Universidad de Deusto Biblioteca

*Prouerbium à Nemroth exiuit quo alicuius tyrannis denotatur.*

dicebatur parabolicè inter gẽtes: Iſte quaſi alter Nemroh fortis venator contra Dominum. Fuit autẽ principiũ regni eius Babylon principalis, ſcilicet ſedes & metropolis regni eius, & *Arath & Chalamne*, ſcilicet fuerunt de regno ei⁹, & fortè poſt Babylonẽ erant principales vrbes regni ſui. Vel Babylõ cũ aliis tribus vrbibus fuerunt principiũ, id eſt, principalis pars regni eius. In quo innuitur vlterius quia lõgè lateq; regnum eius fuit diffuſum. *In terra Sennaar.* Eſt planicies ꝓuinciȩ Babylonis. i. de terra Sẽnaar. *Egreſſus Aſſur*, Secũdum Ieronymum per Aſſur ſignificatur Aſſyriorum imperium. Secundum Auguſtinũ propriè ſignificat filiũ Sem vnde & hic tanquam de quodã ſingulari homine ſubditur. *Et ædificauit Niniuen & plateas eius, & duas alias vrbes, ſcilicet, Chale & Reſen*: Licet poſſet hic dici quod Aſſur, id eſt, Aſſyriorum gens ædificauerit hanc, ſcilicet, Niniuen, ſed longe poſt. Nota quod idcirco de Aſſur facit hic mentionem, cùm tamen nõ ſit de filiis Chã, vt innuat quod Prophetia Noë de ſubiugatiõe filiorũ Cham ſub filiis Sem in iſto cœpit impleri: quia regnũ Memorth ad regnum Aſſyriorum fuit tandem tranſlatum. Fecit etiam hoc vt ſimul coniunctũ duo primaria initia & duas principales ſedes primi & orientalis imperij demonſtraret. *At verò Meſraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, &c.* Exceptis Laabin à quo Libies qui quondã Phutæl vocabãtur. & Caſluim, à quo Philiſtini dicti ſunt. Cæteræ gẽtes ignotȩ nobis ſunt ait Ieronymus & Iſidorus, quia bello Aethiopico ſubuerſæ vſq; ad obliuionẽ nominũ peruenére. Poſſiderunt autẽ terrã à Gaza vrbe Philiſtinorum vſque ad extremos fines Aegypti. *Chanáan autẽ genuit Sidonẽ*, à quo vrbs in Phœnice Sidon vocatur. Secundus fuit *Etheus*, à quo Ethei. Tertius *Iebuſæus*, à quo Iebuſæi, & ita de aliis intermediis quos genuit. Sextus fuit Heuȩ⁹, à quo Heuȩi: ipſi ſunt Gabaonitæ qui ſupplices venerunt ad Ioſue, Septimus fuit Aratæus, qui Archas cõdidit oppidum contra Tripolim in radicibus Libani ſitũ. Nonus Aradius, à quo Aradij, qui Aradũ inſulã poſſederũt, anguſto freto à Phœnicis littore ſeparatã. Samarȩi verò ſunt quib⁹ Edeſſa dicta nobilis ciuitatis Syriȩ, quȩ vocatur Cœles ciuitas Amath vſq; ad noſtrũ tẽpus, tam à Syris, quàm ab Hebrȩis, ita vt apud veteres dicta fuerat, appellatur: quæ poſt Alexandrũ dicta eſt Epiphania. Nõnulli verò putãt Antiochiã primò vocatã eſſe Emath. *Factique ſunt termini Chanaan*, id eſt, Chananæorum. *Venientibus à Sidone Gerarani vſque ad Gazam de & vſque ad Laſan.* Laſa autem ſecundum Ieronymum eſt quæ nunc Caliache dicitur, vbi aquæ calidȩ prorumpentes, in mare mortuum defluunt. *Hi ſunt filij Cham*

*Iero. in Heb. quæſt. in Gen. to. 3.*
*Aug. li. 16. de ciuit. Dei ca. 3. tom. 5.*

*Iero. in Heb. quæſt. in Gen. tom 3.*
*Iſid. or. li. 9. Etymol. c. 2.*

*Iero. in quæſt. Heb. in Gen. tom. 3.*



*Cum*, qui ſcilicet à Sydone vſq; ad Gaditanum fretũ omnẽ meridianam partẽ tenent. *De Sem quoque fratre Iaphet maiore nati ſunt patre omnium filiorum Heber.* Nota quod ſecundum Auguſtinum, quod hunc titulum ante enumerationẽ generationũ Sem ſignãter prœmittit, & oſtendit quod Heber inter filios & nepotes Sẽ omnib⁹ eſt prælatus. Vnde & ex Heber Hebrȩi ſunt appellati, cuius linguã ſol⁹ popul⁹ Iſraël potuit obtinere: in quo Dei ciuitas quaſi tota remãſit in tẽpore illo. Vocat autẽ Sẽ fratrẽ Iaphet, & non fratrem Chã, in ſignũ reprobationis Cham. *Filij Sem: Elam*, à quo Elamitæ principes Perſidis: quæ metropolis vocatur Elã. *Aſſur*, qui Niniuen condidit vt ſuprà dictum eſt. *Arphaxad*, à quo Chaldæi. *Lud*, à quo Ludij. *Aram*, à quo Syri, quorum metropolis eſt Damaſcus. *Filij Aram: Hus*, qui cõditor Traconitidis & Damaſci inter Palæſtinã & Cȩlen Syriam tenuit principatum. Vnde in libro Iob vbi ĩ Hebræo ſcribit terra Hus, ſeptuaginta dixerũt Auſitidem, quaſi Huſſitidem trãſtulerunt, & Hul à quo Armenij Gether, à quo Acarnanij ſeu Carij. *Mes*, à quo hi qui nunc vocantur Mæones. *Phaleth eo quod in diebus eius diuiſa ſit terra.* Phaleth enim diuiſio interpretatur. Nota quod nõ ſine cauſa Moyſes ita ſignãter enarrat has ſeptuaginta duas lĩguas, nec ſine cauſa De⁹ hunc numerum ordinauit, Nã & ſub cõſimili numero ſeptuaginta duobus ſenioribus de ſpiritu Moyſi dedit, vt ſpiritualibus eũ iuuarẽt, ſicut habetur Nũ. 11. & Chriſtus ſeptuaginta duos diſcipulos ſub duodecim Apoſtolis ad prȩdicãdũ elegit & miſit, ſicut pater Luc. 10. Sicut eñ in hoc numero, duodecim ſenarij, vel ſex duodenæ, (ex quibus ſeptuaginta cõſurgunt) ſunt, & ſũt numeri vniuerſitatis, ita competenter in ipſis vniuerſita gentium & linguarum comprehenſa fuit.

*Aug. lib. 10. ex cap. 3. & 11. tom. 5.*

*Non ſine myſterio 72. linguæ fuerunt.*
*Num. 11.*
*Luc. 10.*

## CAPVT VNDECIMVM.

E*Rat autem terra labij vnius*, Hic redit ad narradum cauſam diuiſionis linguarum, quæ fuit culpa ſuperbiæ ædificãtium vrbem & terrã Babylonis, & primò refertur culpa, ſecũdò iuſtitia Dei culpæ ili⁹ punitiua & ſuperbæ intentionis eorũ diſſipatiua, ibi: *Deſcendit autem Dominus.* Dicit igitur, *labij vnius.* Labium & lingua ſumũtur hic pro linguæ effectu, id eſt, ꝓloquutione, eo modo ꝗ per cauſam effectus ſignificatur. *Cumque proficiſcerentur de Oriente inuenerunt.* An omnes tũc ſimul receſſerunt & in Sennaar inſimul venerũt, an ſolũ principaliores ex eis cũ aliꝗbus ſibi annexis, nõ plene claret ex hoc loco. Licet eñ infrà dicatur, ſcilicet, quod inde de Babylone diſperſit eos Domin⁹

Universidad de Deusto Biblioteca

in vniuerſas terras, hoc poteſt dici, aut quia cauſa diſperſionis o-
mnū fuit ex illo loco, aut quia principaliores ibi erāt & inde diſp
ſi ſunt, & in eorum diuiſione & diſperſione diuiſę ſunt gētes, qua
rum ipſi erāt duces, quia nec alia poteſt dari ratio quomodo tūc
omnes diſceſſerūt de Babylone: Nō eſt enim dubiū quin plures
ibi tūc temporis remanſerint. Refert autē Magiſter quod Philo
in libro quæſtionū ſuper Geneſim narrat, q̄d ex tribus filiis Noë
adhuc ipſo viuēte, fuerunt viginti quatuor milia virorum præter
paruulos & mulieres. Sed videtur quod lōgè plures fuerūt Noë
enim ſecundū literā noſtrā & hebraicā vixit vſq; ad exitū Abra-
hæ de domo patris ſui. Nam à diluuio vſq; eius exitum compu-
tantur trecenti ſeptuaginta duo anni. Noë autē vixit vltra hunc
numerū ꝑ tres annos. Tēpore autem illo facta erat grandis po-
pulatio Chananæorū & diuerſarum gētiū & regnorū. Præterea
populus Iſraël in minusquàm ducētis annis multiplicatus eſt in
Aegypto vſq; ad ſexcēta milia virorū præter paruulos & mulie-
res. Quid ergo mirū ſi ī trecentis quinquaginta annis Noë ſit fa
cta multiplicatio lōgè vltra viginti quatuor milia virorum? *Inue-
nerūt campum*, Id eſt, planiciem, *in terra Sennar*. Poſſibile eſt quod
duab⁹ ex cauſis de Oriente receſſerāt. Primò ſcilicet vt magis ac
cederēt ad mediū terræ habitabilis, vt exinde poſſent melius cir
cūquaq; diffundi, & Regi à principaliorib⁹, quaſi in medio popu
lorū regendorū manētibus Secundò vt redirent ad terrā in qua
manſerāt Adā primi partes eorū. Quacūq; autē ex cauſa fuerit,
eſt notādū quàm mirabili ordine variauit De⁹ principalis ſedes
patrum & diuini cultus, & regnorū mundi. Nā primò fuit in Pa-
radiſo. Secūdò credit̄ fuiſſe in Hieruſalem ſiue circa Hebrō, vbi
Adam legitur eſſe ſepultus. Tertiò faciente Domino quod arca
poſt diluuium verſus Oriētem ſubſideret fuit in Oriēte. Quartò
rediit circa Hieruſalem, licet tūc aliquamdiu fuerit in Aegypto.
Deinde ſub Chriſto cultus Dei diffuſus in omnes, quantū tamē
ad principalem, ſedē per Gręcos venit ad Latinos. exinde ad redi
turus ad omnes & præcipuè ad Iudeos. *Dixitque alter ad proximū
ſuum, venite, &c.* Non eſt credēdū quod Sem & cæteri ſancti pa-
tres illius temporis in hoc conſenſerūt, & quanquā aliquis ex eis
ad opus extrinſecus compelli potuit, præcipuè cùm videatur ꝙ
Noë adhuc viueret: quia ſecūdum literā noſtram à diluuio vſq;
ad ortum Phaleth in cuius diebus diuiſa eſt terra, nō ſunt niſi an
ni centum triginta & vnus: & vſque ad mortem eius ſunt trecēti
quadragīta: Noë autē poſt diluuiū vixit trecētis quinquagīta an
nis, decē ſcilicet poſt mortē Phaleth. Ex modo autē iſto loquēdi
innui-

*Hiſt. ſcholaſt. in Gen. c. 37. in fine.*

*Duabus ex cauſis receſſerunt ad Orientem.*

*Mirabilis variatio regnorum à Deo facta.*



innuitur quod aliq fuerunt principales incitatores aliorū ad hoc
ædificiū, & etiā ꝙ ex magno affectu, & cū multa & cōmuni cō-
cordia hoc fecerunt. *Faciamus nobis ciuitate & turrē*, id eſt, turres,
ſingulari pro plurali. Vel turrim vocat capitulū ciuitates factū ad
modū turris. Triplici autē ex cauſa vidēt̄ ad hoc opus moti. Pri-
mò. ſ. ex cupiditate regnādi, & tyrannicā potentiā ſuper vniuerſā
terrā exardi in vrbe illa quā, ſ. & inexpugnabiliter & in ſuperabi
liter fundare intēdebāt. Secūdò ex ambitiōe nominis & famę ex
hoc apud omnes obtinēdæ. Vnde & hic dicitur: *Et celebremus no-
men noſtrū.* Tertiò ſecūdū quoſdā vt cōſimile diluuiū ſi accideret,
euaderent: & ideo vſq; vltra nubes turrim voluerūt eleuare, vt il
lud diluuiū nō poſſet attingere, *Pertingat vſq; ad cœlū.* Id eſt vſq; ad
ſupremā regionē aëris: quod cœlū vocatur, quod ſecundum ſen-
ſum cęlo videtur eſſe cōiunctū, vel hoc dicūt ſecūdū pręſumptio
nē ſuperbię ſuæ. *Deſcendit autē.* Nota quomodo hic & alibi ſcriptu
ra de Deo loquatur, quaſi de vno tēporali Domino, q de ſublimi
loco ſuo deſcēdit ad videndū opera ſubditorū ſuorū, vt corrigat
& reformet quicquid eſt corrigēdū & reformādū in eis. Nota e-
tiam ꝙ in hoc modo loquēdi docet rectū & ordinatū proceſſum
iudicij. Nā culpa prius debet eſſe certa iudici, & ideo oportet vt
ipſe vel ad ſe cōuocet iudicādos: aut ſi hoc modo bono fieri po-
teſt, ꝙ ipſe ꝑ ſe vel per ſubdelegatos iudices ad loca eorū acce-
dat. De⁹ autē dicit̄ deſcēdere ad vidēdū, ꝓ quāto aſpect⁹ ſuæ ſa-
piētiæ & iuſtitiæ fert̄ ad videndum crimina ſubditorum ſuorum
Dicit autē *filij Adā*, vt innuat ꝙ iſti erāt ſimiles Adę ſuperbiēti &
ad ſciētiā ſiue ſublimitatē attingere cupiēti. *Et dixit: Ecce vnus eſt
populus, &c.* Hoc intellectualiter dixit Deus intra ſe & etiā ad an-
gelos ſuos. Notātur autē in his verbis cauſa rationabilis & cōdi
gna perturbādi conatus & intētiōes iſtorū. Erāt eñ ſic affectuoſi
& irreuocabiliter intenti ad perficiēdū opus incœptū, & ad obti
nendū id quod ex ipſo opere finaliter intendebāt: quod per fortis
manus obſtaculū à prædictis reuocari nō poſſent. Et qa ex vnita
te līguę & ex cōcordia volūtatū ad malū, robur vehemēs aſſume
bāt, idcirco dixit Deus: *Ecce vnus eſt populus, &c.* Et ex his ſubin-
fert pœnā cōfuſionis linguarū eſſe optimā ad turbādū eorū in-
tētū & conatū. Et ad angelos loquēs ſubdit, *Venite igitur.* Cōfuſio
enim līguarū potuit ſaltē quoad aliqd fieri miniſterio angelico.
Vult autē ſcriptura ꝑ hos vel cōſimiles modos loquēdi oſtēdere
ꝙ Deus facit per angelos ea quæ per ipſos fieri poſſunt. Dicitur
autem Deus hic deſcendere per efficaciā aut effectum potentiæ
ſuæ in illa in quæ agit. Loquitur autē ſic vt ſenſibili⁹ & terribilius

*Triplici de cauſa mouētur ad faciēdam turrim.*

*De Deo loquitur ſcriptura vt de tēporali aliqua Domino. Rectus modus iuſtitiæ qualiter eſſe debet.*

*Cōcordia in rebus malis quoniāmodo præcipuè impeditur.*

*Cur miniſterio angelorū Deus vtitur.*

*Cur aūt quādo Deus dicitur deſcendere.*

Universidad de Deusto Biblioteca



hominibus ingerat Dei præſentiam & iuſtitiam punitiuã. *Vt non audiat vnuſquiſque.* Id eſt, vt non intelligat, nec audiẽdo diſcernat. *Vocem proximi ſui.* quicquid intẽdit ſignificare per eã. *Et idcirco vocatũ nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt. &c.* Babel enim interpretatur cõfuſio. Diuiſio autẽ linguarũ confuſio lingarũ dicitur, qa ex hoc lingua vnius fiebat alteri cõfuſa & intelligibilis. Nota circa hoc quod iudiciũ eſt vnũ de vniuerſalibus iudiciis Dei ſuper genus humanũ, & eſt tertiũ illorũ vniuerſaliũ quæ in ſcriptura ſacra legũtur. Nã primũ eſt inflictio mortalitatis. Secũdũ eſt diluuij exterminiũ. Nota inquã primo rectã correſpõdẽtiã eius ad culpã ꝓ qua eſt datũ. Erat eñ in illis peruerſa pax & vnitas Deo valde cõtumelioſa, ipſiſq; dãnoſa, & electis oneroſa & periculoſa. Sicut eñ nihil meliꝰ quã oẽs ĩ ſimul fortiſſimè vniri in Deo & ĩ omni bono: ſic nihil peius quã oẽs fortiſſima conſpiratione vniri ad malũ, ſicut etiã Deo nihil magis honorificũ quã quod oĩa ſibi ſoli vt ſummo capiti cohærẽt & ſubiiciãtur, nihilq; aliud defendere aut magnificare appetãt, niſi Dei imperiũ ac principatũ. Et econtra nihil Deo cõtumelioſus ac intolerabilius, quã quod oẽs Deo & eius regno neglecto, aliquod caput & regnũ ſibi ſtatuant toto poſſe. Erátne ergo tolerandũ quod homines paulò poſt tantũ diluuiũ de nouo propagati, vnũ vilẽ tyrãniũ. ſ. Memroth, quaſi vnũ caput omniũ ſtatuerent, & intra vnam vrbem, pro vno totius mundani regni capite conarentur, quaſi in æternũ fundare? Sicut autem ſuperbis ad omnem machinationẽ ſemper intentis magnitudo poteſtatis aderat valdè nociua: ſic quã plurimũ expedit eis quod talis poteſtas aut omnino tollatur eiſdẽ, aut ſaltẽ cõfringatur, & diuidatur & impediatur. Scimus autẽ quod humanę dominationis poteſtas ex vnica & cõcordi hominũ multitudine conſurgit & corrobotatur, & ideo quando ſuperbè & ptinaciter conſpirant ad malum, multum eis expedit quod diuidantur, ſicut etiã electis plurimũ prodeſt habere multos inductores & quaſi compulſores ad bonum, ſic eis eſt periculoſiſſimũ & multũ oneroſum cum verbo & facto, doctrina & exẽplo ab omnibꝰ infligãtur & compelluntur ad malũ. Et ſicut iucundũ eſt electis potẽtiã & gloriã reproborũ videre humilitatam & annulatã: ſic valdè eſt oneroſum quãdo contrariũ vidẽt, & præcipuè ſi in æternũ aut in tẽpus nimis lõgũ ſemper exceſceret aut perduraret. Quid autem aptius & pulchrius ad prædictorum impiam vnitatẽ & poteſtatem diſſecaudam & confringendam, quàm linguarũ diuiſio & cõfuſio? Per hãc enim fit vt ampliorẽ ſocietatem homo habeat cum ſua carne, quàm cum hominibus, quorum linguæ ſunt ſibi mutuo

*Tria iudicia vniuerſalia ſuper genus humanum.*

*Cõcordia in male magnũ eſt malum, ſicut concordia in bono magnum eſt bonum.*



mutuo barbaræ & ignotæ. Per hãc etiam factũ eſt vt his qui Deo non obediebant, & ſubditi non ſolũ eis non obedirent, imo nec eorũ monita vel præcepta intelligere poſſent. Prædicta autẽ ſolũ pro illo tẽpore docuerunt & profuerũt ſed etiã pro toto repore quo ſuperbia mundi regnat. Secũdo notã eius pœnalitatẽ tã quoad malos, quã quoad bonos: Bonis enim eſt valdè pænale qđ non poſſunt cõmunicare cũ ſanctis vel doctis vniuerſi orbis, ſaltẽ per literas & per ſcripta, nec docere ſe mutuo poſſunt, vec ad inuicẽ conſolari: niſi cõmunicent in, vna aliqua lingua. Vnde & vltra hoc eſt eis valdè pęnale, quod doctrinã ſalutarẽ fidei nõ poſſunt in omnes nationes citò diſſeminare, nec iam diſſeminatam prout expedit irrigare. Communiter autẽ quantum ad malos & bonos eſt valdè pœnoſa res quia ex diuerſitate linguarũ oritur facilitas diſcordiarum atq; bellorum, difficultas ſtabilis nexus diuerſarũ nationũ in vnũ. Si autem quæritur, quomodo à principio vnus intellexit alium ſine notitia linguæ? Vnde enim ſciuit quod per eandẽ vocem intenderet ſignificare illud quod ipſe? Poteſt dici quod hoc, ſicut & alia, factum eſt miraculoſe, & fortè etiam per quandam rationalem conſpirationẽ, per quam ex cõformitate locutionis aliorũ eiuſque linguæ ad ſuam aduertebat quod idipſum ſignificare volebant. Si autem vltra quæratur. An per hoc miraculum ſit ſolũ facta variatio in vi motiua linguæ, aut etiã vltra hoc in imaginatione & intellectu? Dicendũ quod in omnibus ſimul, quia ex habitibus illarum triũ partium integratur vna perfecta habituatio ad loquendum hanc vel illam linguã. Oportet enim quod ſciat ſignificata propria vocum illiꝰ linguæ formãdæ & ſerioſe connectendæ. Tertió nota pro myſteriis quod diuiſio linguarũ moraliter deſignat diuiſionem & contrarietatem vitiorum & vitioſorum, qui quantumcunque videantur vniti, impoſſibile eſt quin concordaliter diſordent, quia prauus alios non diligit niſi ſolum propter ſeipſum. Allegoricè autem ſignant diuiſionem ſchiſmatum & hæreſum, & culturam diuerſorum Idolorum: in quibus vnitas fidei in varias linguas errorum fuit multipliciter ſciſſa. Sicut autem vrbs & turris Babylonica ſignificat omnęs ſedes ſuperbæ: ſic Nemroth omnia capita eius: & ſecundum hoc portes multiplicare myſteria tam moralia quàm allegorica iuxta numerorum & proceſſum principalium ſedium & capitum ſuperborum. *Hæ generationes Sem.* Hic redit ad narrãdam generationem Sem vt ſit veniat ad Abraham. *Sem centum annorum erat quando genuit Arphaxat biennio poſt diluuium.* Quidam volunt quod ſcriptura more ſuo dimittat

*Linguarum confuſio res eſt pœnalis & malis.*

*In principio quomodo vnus alium intellexerit.*

*Quonã modo illa confuſio linguarũ fuit facta.*

Universidad de Deusto Biblioteca



hic duos annos Sem,quia dicũt quod centum annorũ fuit mox
poſt diluuiũ:ſed hoc non videtur,quia hic ſignãter apponit bie-
nium.Præterea hic narrantur numeri generationũ , ad ſciendũ
numerum tẽporum.Potius ergo videtur quod Sem immediatè
non fuerit natus poſt ſexcentos annos Noé,ſed ſexcentos duos
annos ſicut ſuprà fuit factũ. Nota quod in tota hac genęalogia
vſq; ad Abrahã iam natũ,nunquã ſubditur,& mortu⁹ eſt.Et licèt
poſſet dici quod ex præcedentibus & ſubſequentib⁹ hoc cõſimi
liter vult hic intelligi,& etiã ex hoc qđ dixit,Vixit tot annis,hoc
ſatis apertè innuat,nihilomin⁹ videtur ſcriptura hic aliquod my
ſteriũ intendiſſe,ſcilicet quod regeneratio gratiæ terminatur in
vitam æternã Abrahæ repromiſſam,& hoc per obſeruantiã de-
calogi.Vnde & Abrahã hic eſt decimus à Sem. Nota etiã quod
ex numeris annorũ hic poſitis habeatur quod Noë & Sẽ vixe-
rũt lõgè poſt diuiſionem linguarum,& etiam vſque ad tẽpus i-
dolatriæ in mundo diffuſæ,aut exitũ Chare & Abrahæ de terra
ſua,poſſet aliquis mirari quomodo tanta idolatria ipſis viuẽtib⁹
potuit introduci.Et an ipſi perdiderint ſuam linguã primã:& ſic
Arphaxat & Thare perdiderint,& aliam acceperunt. Sed ad ſe-
cundũ poteſt dici quod in aliquib⁹ ſingularibus prius potuit re-
manere prima lingua,& qđ vltra hoc fieret quod ſcirẽt linguam
gẽtis cũ qua manebãt.Vnde ſi Noé & Sẽ nõ manſuerũt tunc cũ
gente quæ retinuit linguam Heb.i.linguã Hebræã,quę creditur
eſſe eadẽ cũ prima lingua Adæ:veriſimile eſt quod ſcirẽt vtrãq;
linguã ſcilicet primã,& alterã illius ſcilicet Gentis cũ qua remã-
ſerunt. Ad primũ verò poteſt dici quod S.Patres illi in tanta ſim-
plicitate vixerunt,quod cũ proles eorũ multiplicata parũ cura-
rit de eorũ doctrina & vita,potius oportuit eos diſſimilare mali-
tias populi ab eis exorti,quã populũ ex eis natũ aliquo mũdano
timore oportuerit patrũ viam reuereri aut ſequi:& de hoc in o-
mnibus filiis ſanctorum Patrũ habes exempla.Nota etiam ter-
tiò quod lingua prima rectè remanſit in ſolo populo fidei vni-
tatẽ Trinitatis tunc veraciter credente & colente *Vixítq; Thare
ſeptuaginta annis,& genuit Abraham & Nachor & Aram.* Non in-
telligit quod eodem anno ſunt geniti , ſed Abraham fuit geni-
tus ſeptuageſimo primo anno Thare,ſicut ex ſubſequẽtibus pa-
tet:ſequentibus verò annis nati ſunt Nachor & Aram, *Hæ ſunt
autem generationes Thare.* Nota quomodo ad oſtendẽdũ quod A-
braham fuit quoddam inſigne principium populi Dei & noui
tẽporis ſiue ſtatus,repetit generationes Thare,præmittẽdo inſig
nẽ titulũ ſcilicet,*Hæ ſunt autem generationes Thare.* Hieronymus
ſuper

*Cur in genealogia hac non ponitur & mortuus eſt.*

*Quomodo viuente Noë tanta in orbẽ fuit introducta idolatria.*

*Lingua Hebræa creditur eſſe eadem cum lingua Adæ.*



ſuper hoc loco dicit quod Hebræi tradũt fabulam,ſcilicet, quod
Abrahã in ignẽ miſſus ſit quia ignẽ quẽ Chaldæi colũt,adorare
noluit,& Dei auxilio liberatus eſt.Vnde & ꝓ eo quod hîc dicitur
quod mortuus eſt Arã ante conſpectũ patris ſui Thare in regio
ne Chaldęorũ,in Hebręo legitur in Vr,id eſt,in igne Chaldęorũ.
Vt eñ in Hebręo idẽ eſt quod ignis.Vnde & infrà loquitur Deus
ad Abraham:*Ego ſum qui eduxi te de igne Chaldeorum.* Et ſecundum
hoc litera noſtra quæ habet , *Mortuúſque eſt Arã ante Thare* , de-
bet exponi , id eſt mortuus eſt corã Thare patre ſuo:quãuis põt
eſſe ſenſus quod Arã mortuus eſt antequã Thare pater ſuus,&
quod Hur eſſet nomẽ alicui⁹ loci terræ Chaldæorum, Poteſt au
tẽ eſſe quod Vr eſſet loc⁹ in quo ignis à Chaldęis præcipuè cole
batur. *Patris Melche & Ieſche.* Secundum Hieronymũ Sarai vxor
Abraham cognominata eſt,Ieſcha:fuit enim binomia.Nec mire
ris quod Abrahã & Nachor in vxores duxerunt duas filias Aram
fratris ſui,quia nondũ erat lege prohibitũ. *Tulit itaque Thare.* Tu
lit,dixit,pro deduxit , quia eos duxit ſecũ ſicut pater filios ſuos.
*Et eduxit eos de Vr chaldæorũ.* Et ſatis videtur quod Vt Chaldęorũ
hic hro aliquo certo loquo,vel ꝓ tota terra Chaldęorũ ponitur.
*Vt irent in terram Chanaan.* Ex hoc patet quod iã ipſi Thare dixe
rat quod irent in terrã Chanaan.Nec mirum quia ſecundũ Au-
guſtinũ 16.de ciuitate,Dei capite decimotertio in libro Iudith
ex verbis Achior habetur domũ Thare perſecutionẽ fuiſſe paſ-
ſam quia noluerunt ſequi Deos patrũ ſuorũ , qui fuerũt in terra
Chaldæorum,& ex hoc fuerunt in Meſopotamia. Quærit autẽ
Auguſtinu⁹ ibidem,quare non ſit hîc mentio de Nachor fratre
Abraham,cùm infrà vigeſimoquarto capitulo dicatur quòd ſer-
uus Abrahæ perrexit in Meſopotamiã ad vrbẽ Nachor.Et reſpõ
det ibi Auguſtinus,ꝙ fortè tũc à Deo patris ſui diſceſſerat & ſu-
perſtitioni Chaldæorũ adhęſerat,& poſteà in fine pœnitendo ſi-
ue perſecutionẽ patiendo eò quòd ſuſpectus haberetur, & ipſe
emigrauit.*Venerũtque vſque Aran,quæ eſt vrbs in Meſopotamia.* Pro
qua ſeptuaginta ponunt Charant. *Et habitauerunt ibi* , Sed qua-
re Thare iter ſuum in terram Chanaã non perduxit. Creditur
à quibuſdã quod fortè quod hoc texuit iudicãs ſibi ſufficere qđ à
Chaldęorum infeſtatione elongatus & quietatus eſſet:vel fortè
expectabat ad hoc tempus oportunius,vel voluit in hoc cõdeſcẽ
dere Nachor filio poſtquã iam ad eum aduenerat, quia Nachor
videtur fuiſſe inuoluntarius ad eundẽ.Quacunq; autem ex cau-
ſa hoc contigerit,eſſe in myſterium multorũ,conſtat,qui per viã
religionis aut pœnitentiæ de terra ſua exeunt , ſed ad terminum

*Hier. in lib. quæſt. in Geneſ. tom, 3. Chaldæi igne pro Deo adoraſſe dicuntur.*

*Hie. in heb. quæſt. in Geneſ. tom. 3.*

*Aug. 16. de ciuit. ca. 13. tom. 5.*

*Aug. li. 16. ca. 13. circa mediũ. to. 5.*

*Quæſt.*

Universidad de Deusto Biblioteca

viæ non perueniunt, immò in via remanent quaſi intermino finale eſſent:& ideo oportet quod etiam educantur à talibus patribus,electi filij gratiæ,ſimiles Abrahæ:& exeant & recedant vltra vſque ad viæ terminum finalem procedendo. Vnde Chriſtus cũ ſuis Apoſtolis receſſit à Iudæis,ipſis in ſuis cæremoniis per quas de idolatria AEgypti exierant,volentibus finaliter immanere:ſic & illis regularibus qui paupertatem cum terrena cupiditate negotiationem commiſcent,erit & eſt amplius ſuo tempore recedendum,ſi in ſolis cœleſtibus volumus immanere.

## CAPVT DVODECIMVM.

*Dixit autem Dominus ad Abraham.* Hæc eſt quarta pars principalis huius libri, in qua de tribus patribus populi Dei plenius proſequitur Nã de duodecim filiis Iſraël plenius proſequtur infra cõplendo hiſtoriã Iacob patris eorum. Primò igitur agit de Abraham.Secundò de Iſaac infrà 25.*Et poſt obitum illius benedixit Dominus Iſaac.*Tertiò de Iacob cap.28.Dicit autem,*Egreſſus Iacob de Berſabee.*Hiſtoriam Abrahæ proſequitur narrando ſeptem apparitiones Dei ſucceſſiuè ad ipſum factas.In quarum prima exitus de domo patris ſui ſibi præcipitur, & grandis magnificentia

*Abrahæ ſeptem apparitiones diuinæ factæ.*

2. vſq; ad vniuerſas gentes dilatãda ſibi promittitur. In ſecũda ſemini ſuo terra Chanaã promittitur,& duplex altare in cultũ Dei ibi conſtituitur.Primũ quidẽ circa Sichem, ſecundum circa Bethel.Et ipſo propter famẽ in AEgyptũ deſcendente, vxor eius à Pharaone ſubripitur,& tandẽ diuino miraculo liberatur, ipſoq; inde redeunte Loth ab eo diuiditur:& hoc incipit infrà 12. capit. *Apparuit autem Dominus Abraham.*In tertia eadẽ terra ſibi & ſemi

3. ni ſuo iterato promittitur, & innumerabilis multiplicatio ſeminis,ſui & circũſpecta & perãbulata terra illa tertiũ altare in Hebrõ ab ipſo cõſtituitur,& quatuor magnis regibus Oriẽtis ab ipſo mirabiliter triũphatis,Loth per ipſum liberatur.Et quinq; regibus terrę Sodomorũ multa ſpolia p ipſum reddũtur,& Melchiſedech ſacerdoti Dei ab Abrahã decimæ dãtur,& ab ipſo Melchiſedech tanquã à Dei ſacerdote ipſe benedicitur.De hoc infrà.13.

4. *Dixitq; Dominus poſtquã diuiſus eſt ab eo Loth.*In quarta ſemẽ ei⁹ futurũ à ſemine adoptiui diſtinguitur, ita quod iã expreſſe de eius corpore ſemẽ innumerabile ſibi ꝓmittitur,&fides Abrahę ſuper hoc ſingulariter cõmẽdatur.Et ſigna benedictionis promiſſe ab eius ſemine hæreditãdę ſibi dãtur:& tẽpus & generatio ſub qua hoc fiet,exprimiť,& pacto Dei expreſſo,re ꝓmiſſio iſta firmať,& tandẽ de Agar ancilla filius ſibi datur,& hoc capitulo.15.*His itaque*



*que tranſactis.* In quinta circuncisio inſtituitur,& prędicta ꝓmiſſio plenius confirmatur,in cuius ſignũ nomen eius per vnam literã ampliatur,filiuſq; ex Sara libera promittitur, & in illo promiſſiones factæ implẽdæ docentur, & hoc decimoſexto capite. 5.
*Poſtquã verò nonaginta annorum eſſe cœperat.*In ſexta beatiſſimæ trinitatis myſteriũ ſibi aperitur, & filius de Sara libera ſibi iterato 6
promittitur,anno reuoluto habendus:& Sodomorum excidium ſibi reuelatur,& ex tunc Loth eius precibus liberatur, ac deinde à Rege Abimelech.Sara vxor eius ſubripitur, & diuino oraculo liberatur,& tandem Iſaac de ipſa naſcitur. Et hîc quædã locutio ad Abrahã ſubinducitur,vt ſic ſexta apparitio ſit quaſi dupla, & tandem cũ Abimelech Rege cõfœderatur,&hoc capitulo 18.*Ap*
*paruit autem ei Dominus.*In ſeptima Iſaac offerri pręcipitur, & of- 7.
fertur,& repromiſſio cũ iuramẽto immobili confirmatur, & tãdem Sara moritur, & in ſepulchro primi parẽtis ſepelitur,& tãdẽ Iſaac vxor datur Rebecca,& ab Abrahã alia vxor ducitur, ex qua multiplicantur proles:ſed ab Iſaac matre inferior longè ſecernitur.Et nota admirabilẽ proceſſum & ordinẽ apparitionũ & ꝓmiſſionũ iſtarũ. Nam vſq; ad quartam Abraham non certificatur an ſemen ſibi promiſſum debeat eſſe adoptiuũ, aut de ſuo corpore procreandum : vſq; ad quartã etiã nõ certificatur de tẽpore quo hæc ſecundũ literam incipiant adimpleri. In prima etiã nõ fuit expreſſa mentio de ſemine,nec de donatione terrę ad quam mittitur.In ſecunda etiam nõ erat clare expreſſum,an ſoli ſemini ſuo & non ſemini Loth prædicta promitterentur, Sed in tertia per diuiſionẽ Loth iã factã hoc aperitur.Rurſus in prima nõ ponitur quod fuerit adeò ditatus aut adhuc magnificat⁹, ſed in ſecunda legitur eſſe ditatus,& in tertia.Rurſus in quinta certiſitur quaſi quod in filio liberę prędicta implebũtur.In ſexta hoc plenius certificatur omni dubio expleto, & deitatis ſecreta plenius reſerantur,filiuſq; liberę futurus dicitur.In ſeptima verò tã partus Iſaac,quàm per ea quę in eius immolatione ſunt facta requies pacis datur:vt ſic etiam locutio facta Abrahæ de eiectione ancilæ & filij eius poſſit ſtare ꝓ ſeptima.Nota igitur hic quo modo Deus gradatim & ſucceſſiuè ſuas reuelationes clarificat, & reuelationes adauget.Vnde & in ſexta mundi ætate Chriſtus & Chriſtianus populus quaſi alter Iſaac de libera naſcitur,& ciuitatis myſterium publicè promulgatur,& in ætate ſeptima pax Chriſto mediante ſperatur. Exponamus igitur aliquid de litera primæ apparitionis.*Dixit autem Deus ad Abraham : Egredere de terra.* & poſt. *Septuaginta quinque annorum erat Abraham cum*

*Nota cõgruum harum apparitionũ ordinem.*

*Deus gradatim ſuas apparitiones adauget.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Obiectio.* *egrederetur de Aran.* Cõtra hoc arguitur quia ſupra dicitur, quod
Thare poſtquã genuit Abrahã vixit centũ triginta quinq; annis,
& poſtmodũ ſubditur, qđ cũ de Chaldæa veniſſent vſq; ad Aran,
facti ſunt dies Thare ducentorũ quinq; annorũ, & mortuus eſt
in Arã, ergo videtur quod Abrahã quãdo exiuit de Aran erat cẽ
tum triginta quinq; annorũ. Ad quod ſecundũ Hieronymum di
*Hier. in Heb* cũt Hebræi, quod tẽpus Abrahæ nõ cõputatur hîc à ſua natiui-
*quæſt. in Ge-* tate, ſed à tẽpore quo de igne Chaldæorũ fuit Dei auxilio libera
*neſ. tom. 3.* tus: ſed quia nullã habet certitudinẽ à ſcriptura, & quia infrà di-
citur quod centum annorum erat quãdo habuit Iſaac, Sara verò
nonaginta, & tandẽ infra omnes anni vitæ eorũ expreſſæ narrã-
tur, qui cũ præfata opinione Hebræorum non concordant: ideir
*Lib. 16. cap.* co ſequẽdo Auguſtinum decimoſexto de ciuitate Dei cap. 15. po-
*15. tom. 5.* tius eſt dicẽdum quod Deus dixit hoc Abrahæ lõgè ante mortẽ
patris ſui, licet ſcriptura more ſuo hoc poſt mortẽ patris narret,
tanquam rediens ad id quod omiſerat. Et huic ſententiæ concor
dat beatus Stephanus actuũ ſeptimo, dicẽs: Deꝰ gloriæ apparuit
*Act. 7.* Abrahã cũ eſſet in Meſopotamia priuſquã moreretur in Charrã
id eſt, in Aran, & dixit ad illum: Exi de terra, &c. Quod verò Ste-
phanus ibi ſubdit. Tunc exiuit de terra Chaldæorum & habita-
uit in Charran, non refertur ad tempus in quo Deus dixit illa
Abrahæ, cùm iam eſſet in Meſopotamia, nondũ tamen in Aran,
quæ eſt vrbs quædam Meſopotamiæ: ſed refertur ad totum tem
pus exitus & promiſſus Abrahæ à terra Chaldæorum vſque in
Aran. Quod autem ei iam in Meſopotamia conſtituto, hoc eſt
iam de terra Chaldæorum egreſſo, dixit Deus, *Exi de terra tua,
&c.* non dicitur vt corpore inde exiret quod iam fecerat, ſed vt
*Aug. 16. de* animum inde euelleret. Adhuc enim ſecundum Auguſtinum ſæ
*ciuit. dei ca.* pè redeundi deſiderio tenebatur, quæ ſpes & deſideriũ Deo iu-
*15. circa fi-* bente & iuuante erat amputandum. Nec eſt intelligendum id
*nem tom. 5.* quod à beato Stephano ſubditur, & inde ſcilicet de Aran poſt-
quam mortuus eſt pater eius, trãſtulit eum in terram iſtã in qua
*Aug. eodem* nunc vos habitatis: Quia ſecundum Auguſtinum per colloca-
*loco citato.* tionem in terra Chanaan, non intelligit receſſum eius de Aran,
ſed quandam firmiorem ſtabilitatem eius in terra promiſſa. Bien
nio enim poſt mortem patris ſui emit agrum in quo eſt ſpelunca
duplex, ſcilicet, cùm iam centum triginta ſeptem annorum eſ-
ſet, ſicut infrà ex capitulo viceſimotertio trahi poteſt, vbi & ſub-
ditur, quod tunc confirmatus eſt ager Abrahæ in poſſeſſionem
à filiis Beth. Sed contra hoc eſt quod beatus Stephunus ſubdit,
*Replica.* ſcilicet quod non dedit illi Deus tunc hæreditatẽ in ea, nec paſ-
ſum



ſum pedis, quia ibi loquitur beatus Stephanus de illo modo do-
nationis ſolennis, quæ ſibi & ſemini ſuo promittebatur. Sed
quare voluit Deus ipſum exire de terra ſua, & de domo patris *Cur Abra-*
ſui? Nunquid non æquè bonum erat Deum colere in terra ſua, *hã iubetur*
& à Deo ipſum magnificari in illa, ſicut in aliena? Dicendũ quod *de terra ſua*
Deus hoc rationabiliter voluit. Primò, quia huiuſmodi exitus *exire.*
& receſſus eſt multipliciter vtilis ad ſui, mundique contemptum *Pulchræ 7.*
& ad peregrinationis huius vitæ ſenſibilius experimentum, & ad *rationes dã-*
multarum pœnalitatum ſufferentiam confractiuam multarum *tur ad quæ-*
carnalitatum & cupiditatum. Secundò, quia à propinquis & do- *ſtionem di-*
meſticis diuino cultui & amori contrariis facilius homo impedi- *ctam.*
tur & retrahitur à bono, trahiturq; ad malũ, quàm ab extraneis 2.
& ignotis. Tertiò, quia dignum erat à gente & terra illa Dei cul- 3.
tum prius in ea plantatum tolli, ac decens, & vtile erat ipſum in
medio terræ habitabilis trãſplantari, vbi & Adam fuerat, ac Chri
ſtus naſciturus ac moriturus erat. Quartò, quia ab impiis Ca- 4.
nanæis terra erat iuſtè tollenda & in vſum ac dominium iuſtæ
prolis Sem redigenda. Quintò, quia mirabilius fuit ex vno pa- 5.
tre in terra aliena grandem populum multiplicari, & alienam
terram per manum robuſtam ſibi dari, & ipſum patrem cum ſua
prole inter extraneos mirabiliter protegi & exaltári, quàm ſi hęc
in terra propria & inter ſuos facta fuiſſent. Sextò, factum eſt in 6.
myſterium, quod omninò recedendum eſt à propria voluntate
& ab affectione ſuæ carnis & ſuorum ſenſuum ei qui vult perfici
in diuinis. Septimo, factum eſt in allegoricum myſterium om- 7.
nium peregrinationum populi Dei, & etiam Chriſti, qui pro no- *Quæſtio alle-*
bis hæreditandis in cœlo exiit à patre & venit in exilium huius *gorica.*
mũdi, vt in terra reproborum propagaret electos dominaturos
& in illa. Vnde & exitus de ſeculo per regularẽ abdicationẽ tem-
poraliũ & parentũ, vt perfectius adeatur ad patriã eis promiſſam
hîc figuratur. *Faciámq; te in gentem magnam*, ſcilicet. per multipli-
cationem ſeminis tui, & per ſpiritalem principatũ in omnes futu
rorum fideliũ nationes. *Benedicam*, ſcilicet benedictione gratię &
gloriæ. *Benedicentibus tibi*, ſcilicet, ex fide Chriſti ex te naſcituri, id
eſt, his qui in te fideliter laudabunt Deum & eius fidem & gratiã
tibi datam. *Atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.* Id eſt
ex tuæ fidei exẽplo, & ex merito Chriſti de te naſcituri, iuſtifica-
buntur omnes gentes, id eſt aliqui de omnibus, vel omnes gẽtes
in Chriſtum credituræ. Quidã tamẽ legũt hoc, vt ſit ſenſus, quod
quando gentes ab aliquo benedicẽtur, dicetur: Sic benedicat tibi
Deus, ſicut benedixit Abrahę. Sed ſi hoc ſolũ hîc & in ſequẽtibus

Universidad de D
Biblioteca

*Relicitur quorundam ſenſus ad hunc locum.*

intelligatur, modicum & quaſi nihil ſibi promittitur. Primò, quia plurimis idolatris & paganis imperatoribus incõparabiliter plus in temporalibus benedixit Deus quã Abrahæ, aut quàm alicui de ſemine eius, aut etiam Salamoni. Secundò, quia omnia temporalia merito ſpirituali homini ſunt vel eſſe debent ſicut ſtercora, & etiam, quia ſi ab aliquo carnaliter quærantur, plus vult quis modicum in terra ſuæ natiuitatis, quàm alibi multum, & ſic hic plus voluiſſet Abraham modicum in Caldæa, quàm multum in terra Chanaan. Tertio quia illum primum ſenſum Apoſtolus dicit in Abraham & in ſemine Chriſto impletũ, & nos de facto credimus & videmus omnes gentes fideliũ in ſemine Abrahæ iuſtificatos.

*Augu. 16. de ciuit. Dei c. 16. circa finem tom. 5.*

*Et animas quas fecerat in Aran.* Id eſt, animalia, & ſeruorum mancipia ex ſuis ſeruis ibi genita. *Et egreſſi ſunt in terram Chanaan.* Nota ſecundum Auguſtinum quod eodem anno facta ſunt omnia, ſcilicet, eius egreſſio, & habitatio in Chanaan, & Dei promiſſio. Quod probatur primo ex hoc qđ infra decimo ſexto capite dicitur: quod poſt annos decem habitationis eorũ in Chanaã dedit Sara viro ſuo Agar in vxorẽ. Et poſtea ſubditur qđ ſeptuaginta ſex annorũ erat q̃do peperit ei Agar Iſmaelẽ. Ex quo oportet quod in ſeptuageſimo quinto anno ſuo quo egreſſus eſt de Aran, intrauit terrã Chanaã. Secundò quia ſecundũ Apoſtolũ ad Galathas 3. à promiſſione hic facta Abrahę vſq; ad legiſlationem fuerunt anni quadringẽti triginta: & Exod. 12. dicitur, quod habitatio filiorũ Iſraël in Ægypto fuit quadringentorũ triginta annorũ. Quod nõ poteſt eſſe verũ, niſi pro quanto ab exitu Abraham de domo patris ſui reputantur, quaſi ex tunc peregrinus in Ægypto erit. Nunc de litera ſecundæ apparitionis.

*Gal. 3.*
*Exod. 12.*

*Triplici ex cauſa fit hic Abraha deſcenſus.*

*Et vltra progrediens ad meridiem,* Id eſt, ad auſtralem plagam terræ promiſſæ, quę eſt confinis Ægypto. *Deſcendit Abraham.* Nota quod triplici ex cauſa Deus hoc ordinauit. Prima quia varia terrarũ peregrinatio erat ſpiritualiter vtilis & meritoria ipſi Abrahæ. In illa enim plures difficultates, & plures mores gentiũ, & plures principaliores modos diuinæ prouidentię, & circa ſe & circa alios plenius experiebatur. Secundò quia mos eſt Dei in primis patribus & Ducibus populi Dei exemplariter depingere ventura populo illi. Deſcenſum ergo populi Iſraël in Ægyptum, & eius afflictionem in illa eiuſque liberationem & reditum voluit etiam exemplificare in Abraham. Tertiò quia facta patrum Prophetice regebantur à Deo, in futurorum myſteria & multiplice prophetias. *Dicturi ſunt, vxor ipſius eſt, & interficient me,* Sed quare æſtimabat quod propter hoc interficerent eum, Nũquit non ſufficiebat eis quod



quod auferrent ſibi eam? Ad hoc triplex datur cauſa. Prima eſt ad operimentum nequitiæ ſuæ. ipſo enim occiſo & poſtmodum ducendo Saram in vxorem non viderẽtur adulterari. Secũda eſt vt illam ſecurius poſſiderent. Poſſent enim præſumere quod Sara ſemper vellet redire ad virum, & quod ipſo viuo non plene afficerentur illis. Tertia eſt, vt à quibuſdam dicitur, quia adulterium fortiter tunc temporis puniebant, & ſaltem in aliis odiebãt.

*Sara ſoror erat Abraham.*

*Dic ergo obſecro quod ſoror mea ſis.* Nota quod in hoc nihil falſum, imo verum fecit eam dicere: erat enim verè ſoror eius, eo modo quo & Loth infra dicitur eſſe frater eius. Nam propinquos carne fratres & ſorores vocabant. Et quod iſtud hac mente dictum ſit oſtenditur aperte infra capite viceſimo. Vbi iam comperto Abimelech rege quod eſſet eius vxor, dixit ei Abraham, aliàs enim & verè ſoror mea eſt, erat enim filia fratris ſui. Nec cogebatur tũc Abraham hoc dicere ex timore, quia tunc apertè confeſſus eſt quod erat vxor ſua, Sed nunquid malefecit Abraham ſuæ vxoris pudicitiam tanto periculo exponendo ad vitandum ſolum periculum proprij corporis? Cur non potius de Deo ſuo ſperauit, vt fateri non timeret vxorem? Ad hoc reſpondet Auguſtinus vigeſimo ſecundo libro contra Fauſtum, dicens. Si interrogatus eam iudicaſſet ſuam eſſe vxorem, duas res tuendas commiſiſſet Deo, ſcilicet, ſuam vitam, & coniungis pudicitiam. Pertinet autem ad ſanam doctrinam quando habet quod faciat homo, non tentare Dominum Deum ſuum. Vnde Paulus ſubmiſſus eſt per murum, & Chriſtus docuit diſcipulos ſuos fugere, & ipſe etiam fugit in exemplum noſtræ infirmitatis. Item decimoſexto de ciuitate Dei capite decimonono dicit. Sed vxorem tacuit, non negauit, committens Deo tuendam coniungis pudicitiam, & humanas inſidias cauens vt homo, quoniam ſi periculum, quantum cauere poterat, non caueret, magis tentaret Deum quàm ſperaret in Domino. Hæc Auguſtinus. Nota ergo quod nihil falſi dixit, ſed aliquam veritatem velandam tacuit, & ſub largo modo ſumendo ſororem, veritatem celandam cautius occultauit, quia periculoſius fuiſſet vxori ſi eam raperent, viro occiſo, quàm viro in ſua libertate viuente. Pluribus autem ex cauſis Deus voluit Abraham ſuper his tunc temporis tentare. Primò, vt eius prouida diſcretio probaretur. Ex quo enim diſcretio eſt homini nobilis virtus, decet quod eius opera habeant locum ſuum. Secundò, vt eius fides & patientia plenius probaret & exerceretur. Stare enim fixè & tranquillè in dubiis & incertis, maioris eſt fidei & conſtantiæ, quàm

*Aug. 22. cõtra Fauſt. cap. 36. in princi. to. 6.*

*Aug. li. 16. de ciuit. cap. 10. tom. 5.*

*Multis de cauſis Deus permiſit Abraham tentari circa vxorem.*

Universidad de Deusto Biblioteca



ſolum eſſe firmum & tranquillum in euentibus certis. Tertiò, vt in hoc & ſimilibus monſtraretur ordo diſtributionis gratiarum Dei. Non enim debet totum dari repentè & ſimul, ſed ab aliquali initio gratiæ per meritum debet iri ad terminum completum: & ex gratia prima data, debent primò aliqua præire merita, antequam gratiæ conſummentur. Decuit ergo quod Abraham committendo ſe Deo in dubiis & periculis, mereretur donum liberationis & protectionis ſui & ſuorũ. Quartò quia fuit hoc vtilius Nam quando poſt præcedentem indigentiã & poſt afflictionem amaram liberatio ipſa ſubſequitur, & in hoc ipſo clarius apparet potentia liberantis. Quintò, vt tam ipſi quàm ſancti conſimiles in huiuſmodi, eſſent poſteris in ſolatium & exemplum: non enim omnes erant certificandi de omnibus dubiis & periculis antequam acciderent eis. *Abraham verò bene vſi ſunt propter illa* Id eſt, ſecundum Ieronymum, Pharao bene fecit Abrahã propter eam, dando, ſcilicet ei dona. Et ad hoc deſignandũ videtur ſubdi, *Fueruntque ei oues, &c. Flagellauit ergo Dominus Pharaonẽ plagis maximis & domum eius*, ſcilicet familiam eius. Quæ fuerint hęc flagella hic non dicitur. Quæcunq; tamẽ fuerint, patet ex ſequentibus quod Pharao certificatus eſt ſe eſſe à Deo flegellatũ, quia tulerat vxorem Abrahæ. Et ex ipſo effectu flagellationis diuinæ, patet quod Deus nõ permiſit Saram maculari à Pharaone. Vnde dato quod ante hæc flagella Sara diu manſerit in domo Pharaonis, ſufficit Deo dare flagellum tempore oportuno ad impediendum copulam Pharaonis cum Sara. *Quã ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam vt tollerem eam in vxorem?* Id eſt, ex occaſione tui ſermonis ſequeretur quod ego eam ducerem in vxorem. Quaſi dicat: Si ſciuiſſem quòd eſſet tua vxor, non tuliſſem eam. Ex hoc videtur quod illo tẽpore ſorores proprias non ducerent in vxores, aut ſi ducebantur, ſaltẽ ex tunc non vocabãt eas cõmuniter ſorores ſed vxores Sed primũ magis credo, & puto à patribus hoc manaſſe tam naturalis rationis inſtinctu, quã diuina inſpiratione vel illuſtratione hoc ſuadẽte. Si aũt quæras, quare fuit hoc inductũ adhuc durante ſola lege naturæ, cũ ducere ſorores nõ fuerit ab initio cõtra naturam, imò neceſſarium ad generationẽ humanã? Ad hoc triplex redditur cauſa. Prima eſt vitatio nimij amoris carnalis, quia ſi amor vxoris cõcurreret cũ amore fraterno, nimiũ excreſceret amor carnis, actuſq; carnalis. Secũda eſt naturalis reuerentia cognationis ex qua naturaliter homo plus erubeſceret reuelare, aut denudare turpidinẽ ſororis q̃ extraneorũ. Nam ſocietas fratris & ſororis ſe habet per modũ cõpariũ, quia ab eodẽ mana

rum

*Iero. in Heb. quæſt. in hanc locum tom. 3.*

*Tempore Abrahæ ſorores iam non ducebũtur in vxores.*

*An ducere ſorores in vxores ſit contra legẽ natura.*



runt ſtipite: Copula verò viri ad vxorẽ eſt ſicut ſuperioris ad inferiorem, & ſicut mentis ad ſuam carnem, aut agentis ad patiẽs. Et quia fœda concupiſcentia eſt ſibi annexa, ideo ſapit quandã confuſibilẽ irreuerẽtiã. i. includi quã natura horret circa ſororem & multò altius erga matrẽ. Tertia eſt dilatatio charitatis & ſocietatis ad plures ſecundũ varios cõbinandi modos, q a vinculũ cognationis ſatis ex ſe ſufficit ad nexũ amoris, & ideo per nexũ cõiugalẽ decuit aliquos ſibi necti. Ad illud autẽ quod obiicitur de lege naturæ, & quod nõ fuit ſic ab initio, dici põt quod neceſſitas fuit tũc in cauſa, qua ceſſante ceſſauit effect9. Licet etiã lex naturę abſolutè & in omnẽ euẽtũ nõ excluderet ſorores à copula cõiugali, inclinat tamen Ad hoc ſecundũ rationes prædictas. Nota pro myſteriis huius facti, quod ſancti Doctores & Patres duplicẽ habent ſponſam. ſ. ipſam veritatẽ, & ſanctã plebem quã informant. vtriuſq; autẽ pulchitudines, carnales & erronei libenter corrumpere amãt, aut ſaltẽ primatũ vẽdicãt, vt, ſcilicet, aſſcribatur eiſdẽ quaſi magiſtris. Propter ꝙ ſancti patres vt taliũ æmulationẽ tãdem euitent, nollunt dici viri ſiue magiſtri veritatis quã habent, nec plebis quam regũt: ſed potius fratres & ſimplices conſodales. Ex hac autem plures potes elicere allegorias, applicãdo hæa ad varia tempora & ad varios ſtatus. In plagatione autem Pharaonis & domus ſuæ propter detentionẽ Saræ figurata fuit plagatio Aegypti facta in manu Moyſi propter detentionem filiorũ Iſraẽl, & per conſequens cæteræ plagationes deſignatæ per plagationem Aegypti.

*Hæc de re tractat Au. 15. de ciuit. Dei. c. 16. tom. 5.*

*Nota pro myſteriis.*

## CAPVT DECIMVM TERTIVM.

A*Scendit ergo Abraham de Aegypto.* Aſcendiſſe dicitur eò quòd tarra promiſſionis eſt in ſitu altior Aegypto, & multò magis eſt hoc in rebus figuratis per eas. *Ad auſtralem plagam.* Non quidem auſtralem reſpectu Aegypti, ſed reſpectu Ieruſalem. *Erat autem diues valde.* Secundum Hieronymum in hebræo eſt. Erat autem grauius vehementer, id eſt, Aegypti pondere grauabatur. Diuitiæ enim Aegyptiæ viro ſancto graues ſunt: vel eſt modus loquendi, quo per pondus diuitiarum ipſarum copiam ſignificam9. Et fuit hoc figura ſpoliorum & diuitiarum Aegypti, quas filij Iſraẽl ſecum tulerunt in exitu de Aegypto. Vtrumq; autem horum fuit figura theſaurorum ſapientiæ quos ſapientes Chriſtianorum à Iudæis & à mundi philoſophis tanquam ab in

*Her. in heb. quæſt. ſuper hunc locum tom. 3.*

Universidad de Deusto Biblioteca



iuſtis poſſoribus abſtulerunt. Et vniuerſaliter in omni ſolenni re
ceſſu virorum ſpiritualium à carnalibus aliquid ſimile contingit.
Figuratur etiam hic copia ſpiritualium diuitiarum, quam habẽt
aſcendentes de hac miſeria ad æternam patriam, vel de ſtatu im-
perfecto ad ſtatum perfectum. *Et non quibant habitare communiter,*
*& cæt.* Nota quomodo copia rerum temporalium aufert ſeu im
pedit conuictum communem & pacificum, & ideo Abraham
dixit: *Diſcede à me obſecro.* Poſſedentibus enim propria expedit re-
rũ certa diuiſio, & diuiſa cohabitatio ad tollendũ multas cõten-
tiones, ac ſupitiones, ac æmulationes & rixas. Dixit etiã, *Ne quidẽ*
*ſit iurgiũ inter me & te, fratre enim ſumus.* Peius enim & indecen-
tius eſt inter fratres ſeu ꝑpinquos eſſe diſcordiã, quàm inter ex-
traneos. *Si ad ſiniſtram ieris, ego ad dextram pergam, &c.* Nota ſecun
dum Auguſtinum 16 de ciuit. Dei, capite viſimo, quod hinc for-
taſſe exiit conſuetudo, vt quando terrenorum aliquid partien-
dum eſt, maior diuidat, minor eligat: *Eo autem tempore Cananæus*
*& Pherezeus habitabant in terra illa.* Hoc ideo videtur interponi
ad inuendum quod diſſenſio inter Abraham & Loth fuiſſet tunc
periculoſior eis propter Gẽtes eas inter quas habitabãt. Dicitur
etiam hoc ad oſtendẽdum, quod quanquam erant diuites, erant
tamen in illis terris vt peregrini. *Loth vidit omnem circa regionem*
*Iordanis.* Id eſt, totam terram Sodomorum quæ erat circa Iorda-
nẽ, quæ vniuerſa irrigabatur ſicut Paradiſus Domini, & ſicut Aegy
ptus. Iordanis enim per varias ſui deductiones eam irrigat, ſicut
Nilus irrigat terras Aegypti, & ſicut fluuius Paradiſi terreſtris irri
gat Paradiſum. Quod dicitur ad monſtrandum quod terra Sodo
morum ante ſubuerſionem erat valde fertilis & amœna.

*Copia rerum temporaliũ impedit conuictum communem.*

*lib. 16. c. ſ10. in fine illius tom. 5.*

*Venientibus in Segor.* Id eſt, quæ terra occurrit his qui veniũt in Se
gor, quæ fuit vna quinque vrbium terrę Sodomorum, & per hãc
deſignat totam terram illam, quia iſta ſola remanſit, ſicut habe-
tur infra capite decimonono. *Et receſcit ab Oriente.* Id eſt, ab oriẽta
li parte, id eſt, à terra circa Bethel, quæ reſpectu terræ Sodomo-
rum erat ad Orientem. Dicitur etiam hoc ſignanter ad innuen-
dum quod receſſus Loth ab Abraham, declinatioque eius ad So
domam, erat quaſi receſſus ab Oriente in Occidens.

*Diuiſique ſunt alterutrum à fratre ſuo.* Id eſt, diuiſi ſunt ab inuicem.
Fratres autem dicuntur, id eſt, cognati. Loth enim erat nepos
Abrahæ. *Peccatores coram Domino nimis.* Secundum Hierony-
mum ſuperflue hic in ſeptuaginta Interpretibus additum eſt in
conſpectu Dei, ſiue coram Domino. Non enim oportet quod
aliquis dicat peccator eſſe in conſpectu Dei, niſi qui poteſt apud
homines

*Hier. in heb. quæſt. in hæc ecum to. 3.*



homines iuſtus videri. Poteſt tamen dici quod per hanc additio
nem deſignatur exceſſus peccati eorum, quaſi dicat: Tanta erãt
peccata eorum quod aſcendebant vſque ad Dominum & erãt in
tollerabilia oculis Dei. Nota quod in Abraham deſignantur al-
tiores religioſi, vel puriores obſeruatores regulę, quales ſunt pa
tres ipſarum religionum. In Loth verò deſignãtur hi qui ſunt in-
feriores vel imperfectiores reſpectu eiuſdẽ regulæ. Expedit au-
tem perfectioribus plerunq; ſegregari ab inferioribus & imper-
fectioribus quia aliquando ex diſparitate morum ſurgit occaſio
rixarum & æmulationum & ſpiritualium impedimentorum. Et
hæc eſt vna ratio diſtinctiones diuerſarum religionum.

*Abrahã & Loth in hoc facto quid deſignant.*

*Dixitque Dominus ad Abraham poſtquam diuiſus eſt Loth ab eo.*
Hic igitur de tertia apparitione. *Et inde à loco in quo nunc es.* Erat
autem inter Bethel & Hay, ſicut ex ſuperioribus conuincitur.

*Omnem terram quam conſpicis, tibi dabo & ſemini tuo vſque in ſem-*
*piternum.* Septuaginta habent vſque in ſeculum, quod ſecundum
Auguſtinum aliquando ſignificat idem quod in æternum, ali-
quando verò tempus vnius generationis. Nota autem quod plu
rimis locis veteris Teſtamenti in quibus tẽporalia promiſta vel
pacta vel præcepta in æternum nõ duratura, dicuntur in æternũ
manſura, quod talis locutio quadrupliciter verificatur. Primò vt
ſumatur in æternnm pro aliquo longo tẽpore, iuxta quod de ho
mine nimis diu viuente dicimus: Iſte ſemper viuet & nunquam
morietur. Secundò vt illud dicatur in æternum, & quod reſpectu
humanæ poteſtatis & reſpectu inferiorum eſt quaſi in ęternum.
licèt hoc non ſit reſpectu Dei, & ſecundum hoc tota lex cæremo
nialium Moyſi æterna dicitur, quia non potuit ab homine huma
na authoritate mutari, ſed à ſolo Deo, & hoc modo dicitur in
æternum eſſe illud cuius terminus non eſt præfixus apud illũ re
ſpectu cuius dicitur: & hoc modo ſeruus æternus dicitur ille qui
in æternum ſemper quãdiu viuet ſeruire tenetur, niſi aliter à do-
mino ſuo abſoluatur. Tertiò dicitur æternum illud cuius ſignifi-
catum eſt æternum. Sumitur enim ſæpè ſignum pro ſuo ſignifi-
cato, & ideo ſæpè attribuitur ſigno illud quod eſt propriũ ſigna-
ti, & hoc modo terra promiſſionis debebat eſſe ſeminis Abrahæ
in æternũ, quia ſtatus gratię & gloriæ erat ſpiritalis ſeminis eius
in æternum. Et ſic etiam omnes figuræ veteris legis poſſunt
dici in æternum manſuræ. Quartò dicitur aliquid in æternum
cauſaliter ſeu diſpoſitiuè, quia ſcilicet habet fructum æterno-
rum cauſaliter, & diſponit ac ducit ad æterna. Et hoc modo lex
Moſaica erat æterna, quia diſpoſitiuè ducebat ad gratiam & glo

*Aug. li. 16. de ciuit. ca. 20. circa fi. tom.*

Universidad de Deu
Biblioteca

riam Chriſti æternam Hoc etiam modo tēporale meritum æternæ gloriæ dicitur æternum, quia ſcilicet meruit rem ęternā. Sed quomodo dicit, *tibi dabo & ſemini tuo*, cùm ſibi non ſit data in ſua perſona, ſed ſolum in ſemine ſuo? Dicēdum quod duplici ex cauſa hoc dicit. Primò, vt oſtēdat quod merito Abrahę eſt data ſemini eius, ita quod quantum ad intentionem dātis potius fuit data Abrahæ quàm populo ex ipſo deducto. Secūdò, vt more veteris teſtamenti figuratiuè ſubinnuat, ꝙ potius intēdit loqui de æterna hæredita, quàm de terrena. Aeterna autem erat danda perſonæ Abrahæ, ſicut & perſonis ſanctorum filiorum ſuorum.

*Cur Abrahæ dare dicitur quod nō niſi illius poſteris datum eſt.*

*Faciamque ſemen tuum ſicut pulverem terræ.* Hoc hyperbolicè dicitur. Nonenim ad literam tot erant ex Abrahā naſcituri, quot ſunt atomi terrę & pulueris eius. *Surge & perambula terram.* Hoc facere iubetur vt exerceatur, & etiā vt firmior modus diuinę ꝓmiſſionis per hoc ipſi Abrahæ & poſteris eius fortius aſſeratur & imprimatur: & etiā vt Abrahā ꝑ hoc quaſi in corporali poſſeſſione poni videat', tū etiā vt à filiis eius, quib' erat danda in maiori deuotione, habeatur tanquā bona parābulata & inhabitata à tā ſanctiſſimo patre, & hoc nō humanitus, ſed iuſſu diuino: tū etiā in myſterium quod poſſeſſio ſpiritualis per virtualē & metalem perambulationem obtinetur. *Et habitauit iuxta conuallem Mambre.* Eſt nomen viri & vallis, & vallis hîc denominatur.

*Aedificauitque ibi altare* Hoc fuit tertium altare ab ipſo conſtitutum. Signanter verò tria altaria ſcribitur conſtruxiſſe in myſterium Dei trini, & etiam in ſignum quod cultus Dei habet ſolidum principiū & nobile medium, & perfectum finem ſiue terminum. Secundum hęc etiam fuerūt tria loca inſignia. Vnus ſcilicet circa Sichem, de quo Iann. 4. dicit Chriſto mulier Samaritina Patres noſtri in mōte hoc adorauerunt. Secūdus fuit prope Bethel, quę interpretatur domus Dei. Tertus fuit in Hebron, vbi ſepulti ſunt quatuor Patriarchę, & vbi primò regnauit Dauid. Et poſſūt per hoc ſignificari tres ſtatus diuini cultus, ſcilicet legis naturæ, ſcriptæ, & gratiæ: vel diuinæ ſedis primò plantatæ in Ieruſalem, deinde in Antiochia, deinde Romæ.

## CAPVT DECIMVMQVARTVM

*Actum eſt autem in illo tempore* Hic interſerit hiſtoriam cuiuſdā magni prælij inter diuerſos Reges habiti, vt enarretur victoria quam habuit de eis Abraham cū ſola familia ſua. *Rex Sennaar*, id eſt, prouinciæ Babylonis. *Rex Elamitarum*, id eſt, Perſarum, quia Elam erat metropolis Perſidis. *Et*

*Thadad*



*Thadad Rex Gentium.* Non quidem omnium, ſed quarūdam, quæ nomen commune Gentium quaſi ſibi proprium vendicabat.

*Omnes hi conuenerant in vallem ſylueſtrem*, id eſt, nemoroſam. Erant enim ibi multæ arbores, *quæ nunc eſt mare ſalis*, id eſt, mare ſalſiſſimum, & ſalis generatiuum. Et nota quod nō conuenerunt ibi niſi poſtquam percuſerunt Gentes illas, de quibus ſubditur: *Duodecim annis ſeruierunt Chodorlaomor.* Et hoc dicitur ad mirandum magnificentiam huius Regis, ac per conſequens victoriæ, quādo deuictus eſt ab Abraham. Ex hoc autem quidam putant ꝙ iſte Rex eſſet tunc tēporis quaſi Monarcha Orientis, quia nō eſt veriſimile quod de vrbe Elam dominaretur regioni Sodomorū & Regibus eius, niſi terris intermediis imperaret. Et potuit eſſe ꝙ ſedes imperij Babylonici eſſet tūc in vrbe Elā. Vnde & cęteri tres Reges viderentur ſecum veniſſe quaſi cū Monarcha ſuo. Contra hoc tamen Auguſtinus 16. de ciuitate Dei, cap. 17 dicit quod Ninus filius Beli, quādo natus eſt Abrahā, erat Rex Aſſyriorum, cuius regni caput erat Babylō, & exceptis Indis erat Monarcha totius Aſię, quę ſecundum eum ibidem eſt media pars orbis. Et 18. de ciuitate Dei, dicit quod tempore exitus Abrahā de Chaldæa, quartus aſſiriorū Rex regnabat. Et ſecundum hoc videtur quod Chodorlaomor ſubeſſet tunc Regi. Quodcūque autem horum fuerit, ſufficit quod præſens quod magnum poſſe habebat. Vnde ad potentiam ſui exercitus plenius demirandū, ſubditur.

*Aug. li. 16. c. 17. tom. 5. Idem 18. de ciuit. ca. 2. à medio to. 5.*

*Et percuſſerunt Raphaym*, id eſt, gigantes, ſecundum Hieronimum Et infra decimoquinto cōnumerātur inter vndecim populos terræ ſemini Abrahæ promiſſæ. *In Aſtaroth & Carnaym*, id eſt, in terris ſic nominatis. *Et Zuzim cum eis & Emim in Sabe*, ciuitate ſcilicet, quæ ſecundū Hieronymum vſq; hodie ſic nominatur. Et ſecundum eum *Zuzim & Emim*, terribiles & horrendi interpretantur. Pro quo ſeptuaginta: Gentes fortiſſimas poſuerūt: & ſunt in Arabia ſecundum eum. *Reuerſique ſunt*, ſcilicet de ſolitudine Pharam verſus Cades, quæ per anticipatio nem notat. *Hic fons Meſphat*, id eſt, iudicij, quia Deus ibi populū Iſraël iudicauit, ſicut habetur Numerorum 20. Et eſt iſte fons in petra ſeu rupe quā bis percuſſit Moyſes. *Et percuſſerunt omnem regionem Amalechitarum.* Nō quod tunc eſſent Amalechitę, qui nati ſunt de Amalech filio Eliphat, filio Eſau, ſed quia erat pater eorum. *Et Amorreorum qui habitabant in Aſaſonthamar.* Secundum Hieronymum hoc oppidum eſt quod nunc vocatur Engaddi, balſami & palmarum fertile, & ſonat idem quod vrbs palmarum. Thamar enim palma dicitur: & eſt prope mare, vnde dicti Reges peruenerant ad confinia

*Hierony. in Hebr. quæſt. in hunc locū, tom. 3.*

*Hierony. in loco nunc citato, tom. 3.*

*Hierony. in quæſt. Hebr. ſuper hunc locū, tom. 3.*

Universidad de Deusto Biblioteca



prouinciæ Sodomorū. *Et egreſſi direxerunt aciem contra eos, &c. Val-
lis autem ſylueſtris habebat puteos multos bituminis*, de quibus vide-
licet bitumen extrahebatur. Hoc autem dicit quia multi Sodo-
mitarum in illis puteis corruerūt. *Itaque, &c. Cecidrúntque ibi.* Nō
quidem Rex Sodomorum, ſed multi de ſuis. *Nunciauit Abraham
Hæbræo*, id eſt, de genere Hebræorum. Ex quo patet quod He-
bræi dicti ſunt ab Heber potius quā ab Abraham. Ex hoc etiam
patet quod lingua Hebræa remanſit in Heber in diuiſione lin-
guarum. *Mambre Amorrhei fratris Eſchol & fratris Aner.* De his tri-
bus fratribus mentionē hîc facit, quia cū Abrahā profecti ſunt ī
prælium. *Vernaculos.* Vernaculi ſunt ſerui in domo domini ſui nu-
triti. *Expeditos.* id eſt, leues & agiles ad pugnam, vel penè paratos
*Hierony. in Heb. quaſt. tom. 3.*
& armatos quantū expediebat. *Et perſecutus eſt eos vſque Dan.* Dan
ſecundum Hieronymum eſt vnus fons Iordanis: nam alter vo-
catur Ior, & eſt iuxta oppidū Phœnices, quod nūc Penas dicitur,
& eſt terminus Iudeæ à parte Aquilonari. *Et diuiſis ſociis, & irruit
in eos.* Interficiens ſcilicet plures eorum. *Et perſecutus eſt eos*, quo
ad illos, ſcilicet qui interfecti non erant, vſque *Heba & Phœnicem*,
quæ ſcilicet Obba, vel terra Phœnicis eſt ad lęuā Damaſci in val-
le Saue, quæ eſt vallis regia ſecundū Magiſtrum, & eſt ſecundum
*Hiſto. ſchol. in Geneſ. cap. 46.*
eundem iuxta vrbem Salē. Sed quomodo hîc primò legitur bel-
lum à viro ſancto factum? Quęritur an licuerit Abrahæ bellum
*Quaſtio.*
gerere? & videtur quod nō, Chriſtus enim Matthæi vigeſimoſex-
to dicit: Omnes qui acceperint gladiū, gladio peribūt. Super quo
*Auguſti. li. 22. con. Fauſtum, ca. 76. tom. 6.*
Auguſtin. li. 22. contra Fauſtum Manichęum ait, Ille gladiū acci-
pit qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate. vel volente, vel con-
cedente in ſanguinem alicuius armatur. Sed Abraham nō habuit
ex ſe hanc authoritatē, cùm non eſſet Rex terræ: nec à Rege eā
habuit, quin potius contra Principē pugnauit. Sciendum quod
*Bellum vt ſit iuſtū ſex conditiones exigit.*
ad bellum iuſtum ſex exiguntur. Primū eſt rationabilis cauſa, ſe-
cūdum affectio & intentio recta, tertiū eſt ſtatus idoneitas, quia
in noua lege ſacerdotes & viri Euāgelici nullo modo ꝓpria ma-
nu aliquem occidere debent. Quartum eſt debita in modo men-
ſurabilitas, vt ſcilicet nihil fiat vltra menſuram rectam. Quintum
eſt legitima poteſtas ſiue authoritas. Sextum eſt diſcretionis ꝓui-
da maturitas, ne ſcilicet temerè ſe & alios periculo mortis expo-
nat. Hæc autem omnia ſupponendum eſt hic fuiſſe. Nā niſi fide
& ſpe diuina eſſet armatus, nō video quin temerè ſe & ſuos peri-
culo expoſuiſſet. Itē ſi Rex Elamitarum iuſtum bellum cōtra So-
domam habuiſſet, tunc Abrahā iniuſtè bellaſſet. Vnde præſumi-
tur ꝙ Rex ille tyrannicè & iniuſtè prius ſibi ſubiugauerat Sodo-





mam, aut ſaltē quod illi iniuſtè receſſerāt à Domino eius. Et for-
tè Abraham præter inſpirationem à Deo habitam init bellum
de licentia Regum terrę pręſumpta vel expreſſa. Vnde & Domi-
nos terrę Ebron, in qua tunc habitabant, ſecum duxit ad bellū.
*Cur Melchiſedech Abrahæ benedixit.*
*At verò Melchiſedech. &c.* Hic ſubitò agitur de Rege Melchiſe-
dech, tum in laudem Abrahę & victorię, ſuę, quia tantus Rex ſi-
bi tunc ſingulariter benedixit, & pro ſeipſo ſacrificauit, tū ad bre-
uiter innuendum, quod prȩter Abraham erant tunc inter Gētes
magni cultores ſummi Dei: tū etiam ſecundum Apoſtolum ad
Hebræos, ad myſticè deſignandū præcellētiam ſacerdotij Chri-
ſti, ſuper ſacerdotium Aaron, & ſuper ſacerdotium populi Abra-
*Pſalm. 50.*
hę, de quo in Pſal. quinquageſimo dicitur: Tu es ſacerdos in ęter-
nū ſecundū ordinē, &c. Nā mirabile eſt quod Abrahā qui ſecū-
dum ritū illius temporis erat ſacerdos Dei, & inter ſanctos illius
tēporis à Deo ſingulariter electus, poſt tantam victoriam dedit
decimas ipſi Melchiſedech quaſi ſummo Pontifici ſuo, & benedi-
ctus eſt ab eo: ita quod Melchiſedech obtulit pro eo ſacrificium
panis & vini. Ad quid enim Abrahā hoc feciſſet, niſi quia in ſpi-
ritu Dei præſenſit in hoc facto ſignificari quod ipſe & totum ſa-
cerdotiū Leuitarum ab ipſo pro pagandum & ſubiectum & ſub-
iiciendum Chriſto Regi & pontifici, & per Chriſtum decorādū
*Melchiſedech interpretatur rex iuſtitiæ & pacis.*
& ſanctificandum tanquam ex ſe imperfectū, nec ſanctum, nec
ſanctificatum? Et ad hoc facit nomen Melchiſedech, quia, Mel-
chos eſt Rex, & ſedech iuſtitia, quia Chriſtus eſt Rex iuſtitiæ &
pacis. Quod autē quidam exponunt: *Proferens panem & vinum*,
quaſi Melchiſedech more humano protulerit Abrahę & ſeruis
eius cibaria, tanquam ex prȩlio redeuntibus, ſtare nō poteſt, qa
in huius probationis, cauſam ſubditur: *Erat enim ſacerdos Dei altiſ-
ſimi.* Ex quo patet quod panem & vinū obtulit tanquam Dei ſa-
cerdos in ſacrificium. Et deinde tanquam in diuinum cibum, iu-
xta ritum, quo offerentes, & hi pro quibus offerebantur veſcebā-
tur oblatis in ſanctuario Dei, tanquam Dei commenſales. Non
enim, ſicut falſo exponitur, benedixit Abrahæ benedictione vul-
gari, ſed potius benedictione ſacerdotali, tanquā ſacerdos Dei,
ſicut hic apertè dicitur. *Dixit autem: Benedictus Abraham Deo*, id
eſt, à Deo: vel Deo, id eſt, ad honorem Dei: vel benedictione con-
tingente ipſum Deum, tanquam cultori ſuo. Et dedit ei decimas,
*Hiero. in Heb. quaſt. in Ge. to. 3.*
ſcilicet Abraham ipſi Melchiſedech, tanquam ſcilicet Sacerdo-
ti Dei. Erat enim conueniens, quod qui hîc ſignanter dicitur
Rex, & Dei. Sacerdos, haberet decimas ab Abraham. Refert au-
tem Hieronymus quod Hebręi aiunt hunc eſſe Sem progenitū

Universidad de Deusto Biblioteca

Noë, omneſque progenitos à Noé vſq; ad Aaron fuiſſe pontifices, & ſupputantes annos ipſius Sem, oſtendunt eum vſque ad Iſaac vixiſſe. Nam ſicut ſuprà vndecimo habetur, vixit quingentis duobus annis poſt diluuium. A diluuio verò vſq; ad Abrahã ortum, ſunt ducenti nonaginta duo anni, & vſque ad eius mortem trecenti nonaginta duo anni. Et ſic reſtant adhuc vitę Sem centum decem anni. Qua de re tractat Hieronymus in epiſtola ad Euagrium. Veriſimilius eſt ergo quod Abraham dederit decimas Melchiſedech prophetico & diuino ſpiritu, & diuino iuſſu ſiue inſtinctu: & quod Melchiſedech eodem prophetico ſpiritu tanquam Pontifex ſe habuit ad Abraham. Volebat enim Deus in eius Sacerdotio præfigurari pręcellentiam Sacerdotũ Leuiticorum. Dicitur autem quod *dedit ei ex omnibus*, non quidẽ de his quę in pręlio cœperat, quia illa dicit eſſe Regis Sodomorum. Vnde & tanquam ſua ſibi omnia reddidit, ſed de omnibus propriis quę habebat, dedit ei decimam patrem. Nota autem quod ſecundum Bedam ſuper illud Ioannis tertio: Erat Ioannes baptizans in Ænon iuxta Salym, quod Salym eſt oppidum iuxta Iordanem ſitum, vbi olim Melchiſedech regnabat. Et ſecundum Hieronymum in epiſtola ad Euagrium Preſbyterum: Non refert vtrum Salem, ſiue Salym nominetur, quia perrarò Hebręi notis in mediis literis vtuntur, & pro voluntate lectorum, ac regionum varietate, eadem verba diuerſis ſonis atque accentibus proferuntur. Dicit etiam ibi quod Salem non ponitur ibi pro Ieruſalem, prout Ioſephus arbitratur, ſed eſt oppidum iuxta Scitopolim, quod vſque hodie vocatur Salem, & oſtenditur ibi palatium Melchiſedech, ex magnitudine materiarũ veteris operis oſtendens magnificentiã. De quo infrà, capite ſcilicet 33. dicitur, Venit Iacob in Sochot, & tranſiuit in Salem ciuitatẽ regionis Sychem. Nota quod hic primò legitur decimas fuiſſe datas, ſuprà verò leguntur datę primitię. Pro quãto dicitur quod Abel obtulit de primogenitis gregis ſui. Et quia fuerunt facta in lege naturę, putant quidã quod primitię, decimę, ac ſacrificia ſint de iure naturali: quod tamen non eſt ſimpliciter verũ. Imò ſecundũ aliquid ſunt cęremonialia & figuralia. Si enim eſſent ſimpliciter moralia, omni tempore homines tenerentur ad illa. Conſtat autem quod homo ante lapſum non tenebatur ad iſta, nec ad ſacrificia animalium nunc tenemur. Pręterà quum Pontifices ad moralia teneantur, tenerentur & ipſi dare decimas. Sed primitię & decimę habent pro tanto aliquid morale, pro quanto populus Dei tenetur dare neceſſaria ſuis Pręlatis qui eis miniſtrãt & mi-

*Incipit hæc epiſt. Miſiſti volumẽ, to. 3*

*Beda to. 5.*

*Hieron. poſt med. epiſt. quæ incipit, miſiſti volumen, tom. 3.*

*Ioſephus.*

*An decimæ, primitiæ, & ſacrificia ſint de iure naturali.*



niſtrare tenentur ſpiritualia. Fuerunt tamen tunc diuina inſpiratione ad illa incitati in figuram triplicem. Prima eſt quia debuit homo ſolenniter profiteri quod Deus erat omnium principiũ & finis, ſiue creator & remunerator. Per hoc verò quod Deo dabant primitias, profitebantur quod ſoli Deo eſt attribuẽda dignitas primi principij, ſicut & per denarium numerum, in quo eſt primus limes, & primus terminus numerorum, aſſcribebatur ei omnium rerum finalis perfectio. Secunda, quia de Chriſto redemptore debuit homo lapſus ſub figuris profiteri, non ſolum quod ipſe eſſet ſacrificium pro expiatione peccatorum noſtrorum immolandum, ſed etiam quod ipſe erat aſſumpturus primitias noſtræ maſſæ, id eſt, puriſſimam & pręcipuam naturam ex nobis. Et quod erat futurus primogenitus mortuorum, & primogenitus filiorum Dei, & quod tota perfectio gratiæ, iuſtitiæ, gloriæ humani generis quaſi decimæ, erat illi aſſcribenda: & quod dando decimas Sacerdoti, noſtram perfectionem aſſcribimus Sacerdoti Chriſto. Tertia eſt in ſignum quod duo ſingulariter exigit à nobis Deus, ſcilicet ſubiectionem & ordinẽ, vt ſcilicet omnia faciamus tanquam ab eius primatu & imperio moti, & vt omnia in eius gloriam ordinemus. Vult ergo Deus omne imperiũ operũ noſtrorum, principium & finẽ tibi ſoli aſſcribi. Et per hæc duo obtinet medium operum noſtrorum, imò & totum.

*Propter tres cauſas fuerunt tũc moti homines ad offerendũ hæc Deo.*

*Nota.*

*Dixit autem Rex Sodomorum ad Abraham: Da mihi animas,* id eſt, perſonas captiuorum terræ meæ. *Cætera* id eſt, totam ſubſtantiam aliam quam cœpiſti. *Tolle tibi.* Quaſi diceret, De omnibus à te captis, quæ quatuor Reges prius abſtulerunt, non volo niſi perſonas.

*Qui reſpondit ei, Leuo manum meam,* id eſt, Iuro tibi per Deum. Loquitur autem ſic, quia iurantes ſolent leuare manus ad cœlum, quaſi ad Deum.

Dicit autem, *ad Deum poſſeſſorem cæli & terræ*, vt ſic oſtendat q̃d ſoli Deo principaliter competit, eò quòd ipſe ſibi poterit ſatis ſare, & quod non vult niſi ab ipſo ſolo ditari.

*A filo ſubtegminis,* Quod eſt filium tranſuerſale quod in nauicula textoris ex tranſuerſo per telam diſcurrit, & dicitur à ſubtegendo & ſubtexendo, quia ſub ſtamine in telam tegitur & texitur: quaſi diceret, Nec minima aut viliſſima accipiam.

*Non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt.* Quærit Ambroſius libro de Patriarchis, Quomodo dicit, Non accipiam abs te quum præda fuerit in poteſtate victoris. Et reſpondet quod per hoc virilitatem oſtendit & diſciplinam, vt ſcilicet Regi ſeruentur

*Ambr. in li. de Abrahã, cap. 3. à medio tom. 4.*

Universidad de Deusto Biblioteca

omnia ſociis tamen parte emolumenti tribuendam aſſerit, tanquam mercedem huius laboris. Et quoniam ſibi mercedem ab homine non quæſiuit, à Deo accepit, vnde poſt hoc dixit Deus ad eũ: Noli timere, ero ꝓtector tuꝰ, & merces tua magna nimis. *Ne dicas ego ditaui Abraham.* Sed quare nolebat hoc dici? Ratio triplex eſt ad præſens. Prima eſt quia Rex Sodomorum, & ſui ex hoc de facili inuiderent diuitiis Abrahæ, ac per conſequens ad ipſarum ablationẽ, & etiam ad eius occiſionem ſuo tempore citius incitarentur. Secunda quia tã Abrahã quã ſui ex hoc eſſent ſubiugati illi Regi & ſuis, & per conſequens ad multa inexpediẽtia corpori & animæ eorum, poſſent ex hoc in poſterum magis trahi. Tertia eſt, quia tã præſentibus quàm futuris volebat eſſe notum, quod de tota terra illa nihil vnquam habuerat, niſi per Dei prouidentiã & induſtriam ſuam. Præter hoc eſt quarta ratio quare noluit iſta retinere, in exemplum, ſcilicet abiiciẽdæ cupiditatis, & etiã in ſignũ plenioris charitatis ad eos quos liberauerat. Ex hoc enim patuit quod nõ fuit motus ad inſectandum hoſtes cupiditatis, ſed ſolius charitatis cauſa. Nota autẽ quod ex hoc quod non fit mentio de Regibus aliarum quatuor vrbium, ſed ſolũ de Rege Sodomorum, videtur quod iſte Rex dominaretur quatuor aliis Regibus terræ ſuæ. Nota etiam quod ex hoc, & ex multis aliis locis ſcripturæ perpenditur quod ferè quælibet tunc temporis ſuum habebat Regem. Dicitur autem. *Sodomorũ*, id eſt Sodomæ, quia in ſingulari & in plurali captum hoc nomẽ ſemper eſt nomen eiuſdem vrbis, ſed Sodoma in ſingulari, ſtat pro ſola vrbe, in plurali autem pro ipſa & pro ſuburbanis eius.

*Triplex cauſa cur Abraham ditari noluit ab ipſo Rege.*

Nota pro myſteriis huius partis moraliter quod per quinque Reges Sodomorum deſignatur regnum carnale quinque ſenſuum, in quibus præeſt concupiſcentia gulæ ſiue guſtus. Quæ duæ deſignantur per duas principales vrbes Sodomæ. Per quatuor verò Reges deſignantur quatuor principales venti dæmoniacarum tentationũ dominãtiũ regno carnis, & quinque ſenſuum eius, vt ſunt ventus ſuperbiæ, auaritiæ, & inuidiæ, &c. Superbia quæ omnibus præſidens eſt, deſignatur per Regẽ Elamitarũ. In aduentu autẽ Spiritus ſancti qui erat in Abrahã & Loth, incipit regnum carnis recedere à ſeruitute ſuperbiæ, quia etſi tũc omninò delicta carnalia non tolluntur, ſaltem recognoſcũt carnales ſe eſſe abiectos reſpectu ſpiritualium virorum. Quia verò diabolus Rex ſuperbiæ acrius impetit recedentes à ſe, Ideo ſi Rex ſuperbiæ eos impetat, & non ſolùm illos, ſed etiam quoſdam ſpiritualiũ perfectos & minus perfectos deſignatos ꝑ Loth.

*Nota pro myſteriis.*

capiat



capiat & aſportet, tunc zelus Abrahæ, id eſt, ſpiritualiſſimorũ patrum, cum vernaculis, id eſt, cũ virtutibus in ipſo connutritis, & ſuæ ſummæ charitati & humilitati famulantibus, de illis triumphant, Lothque reddunt, ſed nihil carnalium ſibi reſeruat, pręter ſola ea quæ in vſus neceſſarios ſociorum, id eſt, virtutũ inferiorũ zelo charitatis ſeruientium fuerunt expenſa, infirmioribus tantum ſibi adiunctis, per tres fratres Abrahę contentos deſignatis partes vult donari, quia inferiores & ſeculares fideles nolunt cõpelli ad ſummam perfectionem. Allegoricè autem figuratur hîc primò captiuitas populi Iſraëlitici ſub quinque libris Moyſi, & ſub quinque ſenſibus, quaſi ſub quinque vrbibus & regibus, carnalia ſectantis, inchoata per Aſſyrios, & conſummata per Chaldæos. Et quia inter illos fuerunt capti aliqui ſpiritales, deſignati per Loth, vt potè Ezechiel & Daniël, & alij: idcirco meritò Abrahę & per promiſſionem ſibi factam de captiuitate illa reducti fuerunt, & reſtitutus eſt ſacerdotalis cultus Dei. Secundò figuratur hîc captiuitas eiuſdem populi tempore Chriſti facta occultè per dæmones, & viſibiliter per Romanos. Ex quibus tũc Apoſtoli & primi Diſcipuli ſunt reducti, & in fine temporum omnes ſunt plenius reducendi. In vtroque autem horum tempore magnificandum eſt Sacerdotium Chriſti in ſpecie panis & vini, proferentis corpus & ſanguinem ſuum. Tertiò figuratur hic captiuitas Eccleſiæ factæ per Arrianos & alios hæreticos, ac deinde illa quæ fienda eſt per Antichriſtũ, & illa quæ in Apocalypſi fienda dicitur. Et vniuerſaliter omnes conſimiles captiuitates per hoc figurantur, in quibus carnalis eccleſia, ſubdita ſenſibus, per regna Sodomorum figuratur, cuius carnalis exercitus cadit in puteum bituminis, id eſt, in voragine concupiſcentię feruidæ & tenacis, nimiũq; viſcoſæ, & glutinoſæ. Qui putei ſunt in valle ſylueſtri, id eſt, in profundo vitæ, non regularis, ſed ſecularis: ſed tamen qui ex iis euadunt, fugiunt ad montem ſpiritualis perfectionis. Et nota quod ſignanter tredecim receſſerant à dominio Regis Elamitarum, & tredecim ab ipſo capti ſunt, & ab Abraham liberati, quia duodecim ſunt horę diei, ſtatus mundanorum, & cuiuſlibet conſimilis ſtatus. In cuius figuram filia Archiſynagogi per Chriſtum ſuſcitata erat duodecim annorum, & ſanguinis fluxum totidem annis paſſa erat. Item in decimatertia generatione à Chriſto Arrianorum hæreſis conſurrexit. Et in decimaquarta, per trecentos octodecim patres ſub Papa Romano, quaſi ſub altero Abraham condemnatur, ſicut Beda in libro de temporibus ſcribit. Nota etiam quod ſicut Chriſti Sacer-

*Allegoricè dicta exponit.*

*Beda.*

Universidad de Deusto Biblioteca



dotium triplicem habet actum, ſcilicet redemptionis, iuſtificationis, & glorificationis: ſic in triplici termino temporum eſt ſingulariter magnificandum. In primo enim Chriſtus veniens in carne mortali, per Petrum fide feruentem, tanquam per Abraham alterũ, cum cęteris tamen diſcipulis, de Romano Imperio triumphauit, & oſtẽſus eſt legalis Sacerdotij finis, Apoſtolis ſe ipſi ſubdentibus, tanquam Pontifici ſummo. In ſecundo veniens in ſpiritu, deſtruet ſuperbiam Antichriſti, & ſuæ Euangelicæ paupertatis Sacerdotium in ſeipſo & Apoſtolis primitus exemplatũ, exaltabit ſuper Sacerdotium, temporali & carnali fulcimento, quaſi legalibus cæremoniis circuncinctum, ita quod Chriſtus vt Pontifex altiſſimę paupertatis oſtendetur eſſe decorator, non autem Sacerdotij temporalis. In tertio veniẽs beatificus, vt omnes, electos offerat in gloria Dei Patris, de omnibus hoſtibus triũphando, æternaliter monſtrando quod Sacerdotium beatificum decimat & perficit omne Sacerdotium huius vitæ.

## *CAPVT DECIMVM QVINTVM.*

HIS *itaque tranſactis factus eſt ſermo Domini ad Abraham.* Hæc eſt quarta apparitio, id eſt, quare promiſſio ſibi facta aſtruitur eſſe implenda in ſemine, non adoptiuo, ſed naturali.

Et primò Deus ingerit ſe Abrahæ & tantum protectorem, & plenum remuneratorem

Secundò ad plenè ſciendum modum remunerationis & mercedis, oſtendit Abraham Deo ſe nõ habere naturalem hęredem, ſed ſolùm adoptiuum, ibi: *Dixítque Abraham, Domine Deus, quid dabis mihi.*

Tertiò promittitur ſibi filius de ſuo corpore procreandus, & innumerabiliter multiplicandus, ibi: *ſtatímque ſermo Domini.*

Quartò, amoroſe commendatur fides Abrahæ hæc credentis ibi: *Credidit Abraham Deo.*

Quintò, iterata à Deo promiſſione terræ promiſſionis, petit & accipit ſuper hoc ſignum à Domino, ibi: *Dixítque Dominus ad eum: Ego Dominus.*

Sextò, quia cùm ex Sara filium procreare non poſſet, accipit ancillam & gignit filium ex ea, ibi: *Igitur Sarai.* Dicit ergo:

*Factus eſt itaque ſermo Domini ad Abraham* Et hoc per corporalem apparitionem vel imaginatiuam vel intellectualem.

Noli



*Noli timere*, ſcilicet à quibuſcunque hoſtibus. Iam experimento probas, quod *ego protector tuus ſum, noli timere*, etiam per diffidentiam neceſſariorum & præmiorum.

*Quia ego ſunt merces tua magna nimis valde.* Dicitur autem Deus merces cauſaliter, & etiam ſubſtãtialiter, quia ipſe eſt dator præmij. Et loquendo de præmio finali, ipſe eſt ſubſtantia eius.

*Dens quomodo eſt merces noſtra.*

*Ego vado*, ſcilicet, ad mortem, *ſine liberis*, quaſi dicat: Neque in mea perſona, neque in filio ex me genito videtur temporaliter complenda promiſſio tua. In Dei enim promiſſione duplex promiſſio includebatur, vna, ſcilicet, temporalis, de terra Chanaan, alia verò æterna de gloria cœleſti. Et de hac quidem pro ſe non conquæritur Abraham, quamuis quærat hoc pro quãto promittebatur hoc ſibi in multiplici prole. De prima autem quærit hoc propriè. *Et filius procuratoris domus meæ*, eſt ſupplè.

*Iſte Damaſcus Eliezer.* Quaſi diceret, filius diſpenſationis domus meæ, qui vocatur Damaſcus Elizér. Ex quo videtur quod diſpoſuerat illum facere hæredem ſuum. Ab hoc autem ſecundum Hieronymum, aiunt Damaſcum dictum & nuncupatum. Auguſtinus autem libro vigeſimoſecundo contra Fauſtum, dicit Abraham cùm videret ſibi non naſci filios, & factam tamen promictonem ſemini eius: primo de adoptiuo cogitabat. Et hoc indicat quod cum Deo loquens ait de vernaculo.

*Hieronj. in Heb. quaeſt. in Gen. ta. 3.*
*Auguſt.*

*Hæres hic meus erit.* Semen enim in ſcriptura aliquando quis appellatur, quãuis de carne eius non naſcatur. Hæc Auguſtinus.

*Eduxítque eum foras.* Hoc potuit fieri in viſione imaginaria abſque motu corporali. *Suſpice.* id eſt, ſurſum erectis oculis, aſpice cœlum & *ſtellas numera ſi potes.* quaſi diceret, Sicut hoc non poſſes, ſic nec numerare ſemen tuum futurum, Non quod ſimpliciter fuit innumerabile aut infinitum, ſed nobis. Et ſecundum Auguſtinum libro decimoſexto, de ciuitate Dei cap. vigeſimotertio: hic promittitur multitudo ſeminis ſpiritualis. Et illud quod ſupra decimotertio dictum eſt de ſemine eius carnali, hîc verò de iis qui per gratiam debebãt eſſe ſicut ſtella cœli. Quãuis vtrumque poſſit referri ad idem. Dicit etiam Auguſtinus ibidem. Quicunque vniuerſum ſtellarum numerum apprehendiſſe iactatur ſicut Aratus vel Eudoxius vel ſi qui alij ſunt, eos libri huius condemnat auctoritas. *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Et ex hac fide reputauit eum iuſtum, & etiam fideles qui nouerunt eum in hoc reputauerũt eum iuſtũ. Nota quod hoc ſignanter ponitur in hoc loco, non quin in præcedentibus

*Auguſt. de ciuit. ca. 29. tom. 5.*

Universidad de Deusto Biblioteca



promiſſionibus ipſe Deo credidiſſet, aut quin illa fides ſibi ad iuſtitiam reputaretur: ſed hoc ponitur triplici ex cauſa. Prima eſt quia expreſſe credidit quod de proprio corpore tãtum ac talem haberet, hoc autem fuit maius, quia credere indiſtinctè de quocunque ſemine. Secunda eſt, quã in ſequenti apparitione ipſe circuncifus eſt. Voluit autem oſtendere ſcriptura quod ipſe iuſtificatus eſt per fidem, & non per corporalem circunciſionem, ac per conſequens quod ſemen eius erit potius iuſtificandum per fidem: ita quod circunciſio nihil proderat, niſi pro quanto fides in ipſa includebatur ſacramentaliter. Et hoc eſt quod Apoſtolus oſtendit ad Romanos quarto, quare omnis fides Abrahæ quandam Antonomaſiã iuſtitiæ habeat. Et ideo de prærogatiua huius antonomaſiæ in exemplum futurorum debuit alicui ſingulariter dari. quod conuenienter factum eſt circa mediam apparitionem. In hoc enim docetur quod gradatim augebatur & proficiebat in bono: & quod profectus eius non fuit ſolum in fine, ita vt hic debeat hoc verbum legi per antonomaſiam, vt ſit ſenſus. *Credidit Abraham*, ſcilicet, in ſingulari exceſſu.

*Cur potius hic quàm ante reputatur Abrahæ ad iuſtitiam quod Deo credidit.*

*Locus hic de fide Abrahæ per quãdam Antonomaſiam intelligitur.*

*Bona quæſtio.*

*Et reputatum eſt ei ad iuſtitiam*, ſingularem & antonomaticè. Sed adhuc reſtat quæſtio quomodo per fidem qua credidit ſe habiturum filios & eos terrã Canaan hęreditaturos, fuit iuſtificatus, cũ conſtet quod hoc potuit credere abſque charitate? Et cùm ſola fides Chriſti & hęreditatis æternę iuſtificet, ſine qua vtiq; potuit credere prædicta? Ad hoc poteſt dupliciter dici. Primò quod in fide ſeminis ex eo propagãdi principaliter includebatur fides ſeminis Chriſti ex eo naſcituri, & fides hæreditatis æternæ. Et hoc vult ſcriptura hic more veteris teſtamenti ſub corticè figuralium & terrenorum innuere per hoc quod Deus ſeipſum ei propoſuerat, dicens, Ego ſum merces tua, non qualiſcunque, ſed magna nimis, id eſt, exceſſiuè magna. Et per hoc etiam quod ex fide dicit eum iuſtificatum, patet quod loquitur de fide per charitatem viuificata. Secundò poteſt dici quod licèt fides tẽporalis terræ vel ſeminis inquantum eſt obiectorum talium directè, nõ iuſtificet, inquantum tamen eſt Dei cui credidit in hoc & innititur bono, iuſtificat, ſi tamen includat, ſicut & hìc includit fidem ſufficientem in Deum reſpectu eorum quæ neceſſaria ſunt ad ſalutẽ æternam. *Dixítque ad eum: ego dominus.* Nota quomodo Deus in huiuſmodi apparitionibus altitudinem ſuæ maieſtatis & potentiæ ingerit ſanctis quibus apparet. Hoc enim principaliter expedit eorum illuminationi. & confortationi, & ſubleuationi in Deum. Rememorat etiam hìç beneficium liberationis, ſubdens.

*Qui*



*Qui eduxi te de Hur Chaldæorum*, id eſt, de incẽdio Chaldæorum ſecundum Hieronymum. *Vt darem tibi terram iſtam, &c.* vel Ego ſum qui ideo feci te exire de terra Chaldęorum, vt darẽm terram iſtam & poſſideres eam. *Domine Deus vnde ſcire poſſum. &c.* Secũdum Auguſtinũ ſequentem literam 70. Interpretum quæ habet, ſecundum quid ſciam. Non ait, vnde, ſciam, quaſi non crederet adhuc, ſed ait, Secundum quid ſciam, ſimilitudinem aliquã quærens qua eius modus cognoſceretur, ſicut virgo quãdo ait, Quomodo fiet illud, &c. Certa erat illud futurũ, ſed modum quo illud fieret, inquirebat. Vnde & hìc ſimilitudo data eſt de animalibus. Sed & litera noſtra quæ habet. *Vnde ſciam*, poteſt & ad hoc ipſum referri vt ſit ſenſus. Ex quo ſigno, vel ex qua ſimilitudine hoc intelligam. Sed adhuc reſtat dubium, quomodo ad rem in verbis claris & propriis ſibi promiſſam petit ſimilitudinem vmbratilem? Nunquid melius hoc ſciebat per verba propria, quã per verba figuralia? Prætereà ſimilitudo quæ ſubditur quid facit ad hoc ſciendum? Ad hdc poteſt dici vt ſequamur literã noſtram ſimul & ſeptuaginta, quod Abraham non petit, vnde credam Sed, vnde, id eſt, ex qua ratione hoc quod credo, *ſciam*, id eſt, intelligibiliter ſiue rationabiliter coniiciam & ſpeculabor? Petit etiam ſecundum quid, id eſt, ſub quo modo & ordine ſciet illud eſſe fiendum. Specificatio enim modi & ordinis & temporis impletionis rei promiſſa, multum facit ad clariorem eius notitiam. Ad vtrumque autem prædictorum valet ſimilitudo ſubiũcta. Ad primum quidem, quia in ea inuenitur ratio, ex qua per modum iuſtæ concluſionis poterat iuſtè inferri quod hæreditas promiſſa erat iuſtè & rationabiliter à ſemine Abrahæ conſequenda. Nã in ſimilitudine data ſignificatur quod in ſemine. Abrahæ debebant eſſe perfectè actiui, ac contemplatiui, ac pœnitentes & innocentes, pro quibus erat patria illa ſibi repromiſſa, velut peregrini & aduenæ, quia à dæmonibus ſimul & hominibus multa tentamenta eſſent paſſuri, vt fornace tribulationum & igne diuinarum immiſſionum perfectè expurgarentur. Quod autem in ſemine ſuo eſſent futuri perfecte actiui, quorum aliqui pœnitẽtes eſſent, alíqui innocentes, deſignatur & innuitur per vaccam, capram & arietem, quorũ quodlibet ponitur eſſe trimum, id eſt, trium annorum, tunc enim perfectæ ætatis, perfectiq; roboris non ſunt. Partium verò diuiſio facta per medium ſignificat diuiſionem actiuorum in duo officio. Oportet enim quod regant temporalia, & nihilominus quod ſe & alia dirigant ad æterna, & quaſdam actiones diſtribuãt proximo. Per hoc verò quod partes diuiſas *altrin-*

*Hierony. in Heb. quæ. in Gen. tom. 3.*

*Quæſtio.*

*Bona expoſitio.*

*Nota pro myſteriis hic contentis.*

*Filij Dei peregrini ſunt in hac vita.*

*Quid per capram, arietem & vaccam deſignatur. Per partium diuiſionem quid ſignificatur.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*ſecus*, id eſt, alteram contra alteram poſuit, deſignat mutuam coordinationem prædictorum actuum & officiorum. Sic enim debent diuidi ad propria quod nihilominus ſibi mutuo coordinentur. Per capram autem hirſutam & horridam, amara & auſtera compunctio pœnitentium deſignatur. Per vaccam verò iugum ferentem, obedientia legis & fortitudo. Per arietem verò ſimplicem & principem ouium & agnorum, perfectio innocentiæ deſignatur. Per aues verò, turturem & columbam, contemplatiuorum ad patriam cum gemitu ſuſpirantium volatus & perfectio notatur.

*Quid per turturem & columbam deſignatur.*

Specialiter autem per turturem, contemptus inferiorum reddens hominem caſtum & ſolitarium. Per columbam autem amoroſam ac gregalem & fœcundam, amor æternorum in ſpiritualibus ſocialis & fœcundus. Hæc enim duo complent ſtatum contemplatiuum. Quæ aues non diuiduntur, quia

*Nota.*

contemplatiui, inquantum talis eſt, eſt vnum ſolum quærere, vni ſoli vacare. De quo Chriſtus Mariam, Marthæ præfert, dicens. Porrò vnum eſt neceſſarium. De diuiſione verò ſtatus actiuorum, ſecundæ Corinthiorum ſeptimo, dicitur; Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt.

*Quid per volucres deſignatur.*

Tentatio verò à dæmonibus quæ magis eſt ſuper actiuos deſignatur per volucres ſuper cadauera procedentes quaſi ad paſtum. Dæmones enim propter volatum ſuperbiæ, & agilitatem naturalis potentiæ, volucres appellãtur. Qui de noſtris carnalitatibus quodammodo quærunt paſci.

*Quid deſignatur per hoc quod Abraham volucres abigebat.*

Quod autem eas abigebat Abraham, ſignificat quod merito patrum, & per bonum regimen iuſtorum tentationes huiuſmodi à ſubditis abigunt. Finalem verò tentationem, eiuſque terribilitatem & obſcuritatem, & difficultatem, quam erant paſſuri deſignat per amorem & tenebroſum horrorem, qui in occaſu ſolis, quaſi in fine diei ſuper Abraham irruit, ſicut & vox Dei facta ad Abraham declarat.

*Scito quod peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, & affligent, &c. Apparuit clibanus fumans & lampas ignis.* Per lampadem ignis, id eſt, per flammam ignis ad modum lampadis fulgentem tranſeuntes, inter partes animalium diuiſas, ſignificatur numerus finalis tentationis, quæ purgatiua erit & illuminatiua, & decoctiua carnalium, ſeu actiuorũ qui purgatione indigent, plus quàm contemplatiui, & ideo expreſſior mentio fit de eius. Iuſtitiam verò Dei, remuneratiuam afflictorum, & punitiuã affligentium expreſſe docet, dicens: *Veruntamen, &c.* In occaſu autẽ ſolis præit tenebra, deterrens etiã patres maiores: poſt occaſum verò Solis ſequitur maior tenebra & fornax ignea, quæ & circa initiũ

finalium



finalium tentationum primo immittitur, & terror ex imminenti tribulatione conſurgit Secundò ſequit̃ preſſura fortior ipſius tribulationis, ſola carnalia cõſumens, ſpiritualia verò ſeruans & cõplens. Dicit autem, *ſume mihi*, id eſt, ad meum munus potius quàm ad tuum, quia populũ illum erat ipſe propagaturus per ſe, & ſucceſſores Deo oblaturus, tentamẽta ſequentia non erat ipſe immiſſurus. Et ideo non dicitur quod aſſumat illa iis. Ex iis autẽ oſtenditur ſub quo modo & ordine populus Dei eſſet peruenturus ad hæreditatem promiſſam. Et nota quod ſicut ſub temporali promiſſione terrenæ hæreditatis continetur promiſſio ſpiritualis & æterna, ſic in hac ſimilitudine oſtẽditur ratio, modus & ordo peruentionis ad æternam gloriam: & ſimiliter modus & ordo quod de ſeruitute legis ad libertatem eccleſiæ per Chriſti paſſionem intratum eſt, expurgata per forte iudicium fece carnalium extremonalium, & fece idololatriæ. Et conſimiliter monſtratur hic modus & ordo quo ad actiua in exceſſu contemplationis & perfectionis euangelicæ, intrabit eccleſia, & ſpecialiter euãgelic⁹ ſtatus præeunte forti iudicio ſub Antichriſto tã myſtico quàm aperto. Et ex his poteſt quis aduertere multas allegorias alias & moralitates, Quod autem dicit, *quadringentis annis*, ſecundum quoſdam non refertur ad immediatè præcedens, ſcilicet, *Subiicient & affligent*, ſed ſolum ad peregrinandum.

*Quot anni à nato Iſaac vſque ad exitum filiorũ Iſraël de Aegypto.*

Nam à quinto anno Iſaac in quo cœpit ſemen Abrahæ, vſque ad exitum filiorum Iſraël ex Aegypto, ſunt anni quadringenti. Ab exitu verò Abrahæ de terra ſua, quando primò ſibi facta eſt promiſſio de hac hæreditate, ſunt, ſecundum Apoſtolum ad Galatas tertio, anni quadringenti triginta. Secũdum alios autem eſt mos ſcripturæ numerum totalem illi loco, vel operi tribuere in quo ipſe numerus conſumatur, licèt non inceperit ibi, vt ſit ſenſus: Affligent eos quadringentis annis, id eſt, circa finem quadringentorum annorum affligentur, & hæc affiiſtio tunc finietur. Vel eſt ſenſus quod infra illos quadringentos annos in Aegypto ſeruient & affligentur. Et conſimili modo habet exponi illud, Exodi duodecimo: Habitatio autem filiorum Iſraël qua manſerant in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum. Ille enim numerus incipit computari ab exitu Abrahæ de terra ſua, quo cœpit eſſe peregrinus. Et hoc autem & conſimilibus aduerte diligenter, & nota quod in viſionibus propheticis ſignificationes numerorum mirabiliter ſunt occultæ, ita q̃ rarò ad plenum claret à quo tempore ſint illi numeri inchoãdi. Vnde Eſaiæ 7 capite, vbi dicitur. Adhuc ſexaginta & quinque anni,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& deſinet Effraim eſſe populus, id eſt, poſt ſexaginta quinque
annos deficient decem tribus. Non fuit hoc verificatũ inchoan
dò à tempore quo hoc prædictum eſt ibidem ab Eſaia, ſed opor-
tet cõputare à tempore anteriori, ſiue à tempore motus facti ab
Oſia, ſiue à tempore miſſionis primorum prophetarum prophe
tantium ſub Oſia. Et ſimile eſt de numero ſeptuaginta ſeptima-

*Beda.*

narum apud Danielem, qui numerus ſecundum Bedam non eſt
computandus à tempore quo hoc dicitur à Daniele capitulo
octauo, nec à tempore primæ libertatis populi illius. Deus enim
numeros temporum ſic vult prædici, quòd ad plenum intelligi
nequeant vſque quo ſunt impleti.

*Et poſt hæc egredietur cum magna ſubſtantia.* Hoc impletum fuit
quando exeuntes de Aegypto petierunt multa ſibi dari ab Aegy
ptiis accõmodato, & ſic de Aegypti ſpoliis ſunt ditati. Vt habet

*Obiectio bona.*

Exodi duodecimo. *Generatione autem quarta reuertentur huc.*
Contra hoc eſſe videtur quod ſecundum literam ſeptuaginta ha
betur, Exodi decimotertio. Vbi enim nos habemus, armati aſ-
cenderunt filij Iſraël de terra Aegypti: illi habent, Quinta au-

*Generatiore gia & ſacerdotalis non eodem modo computãtur.*

tem generatione aſcendunt, & cæt. Ad quod dicitur quod com-
putando generationem ſacerdotalem, ſcilicet, Leui aſcenderunt
generatione quarta, id eſt, poſt quatuor ſucceſſiuè genitos, vt
tot ſint generationes, quotiens ibi dicitur, genuit. Char qui
Amariam, qui genuit Aaron, qui Eleazar, qui cum Aaron
egreſſus eſt. Computando verò ſecũdum regiam tribuum, ſcili-
cet, Iudæ, aſcenderunt quinta generatione: Iudas enim qui cum
Iacob intrauit in Aegyptum genuit Phares, qui Eſrum, qui Am-
ram, qui Aminadab, qui genuit Naaſon, qui cum patre egreſſus
eſt. Et ſecundum hoc etiam nota, quomodo etiam hoc obſcurè
prædictũ eſt. Non enim prædictum eſt an à primo filio cuiuſcun
que filiorum Iacob intrantium in Aegyptum, vel à primo filio
Leui, hæ quatuor generationes eſſent computandæ.

*Necdum enim completæ ſunt iniquitates Amorreorum.* Per Amor-
reos vel Cananæos aliquando deſignantur omnes gentes quæ
tunc erant in terra Canaan, ſicut nunc hic. Aliquando verò
ſolam aliquam partem illorum deſignans, ſicut paulò poſt
faciet. Sed quid ad propoſitum, dicere quod iniquitates iſto-
rum nondum ſunt completæ? Cuiuſmodi etiam completio-
nem exigat Deus in peccatis hominum, cùm potius exigat
quod non peccent & peccata non conſument? Ad hoc dicen-
dum, quod per hoc verbum Deus vult oſtendere quod mira-
bili menſura & moderamine iudicat vniuerſos. Eſt autem
inte



*Duplex iudicium Dei in hac vita.*

inter cætera duplex in hac vita iudiciũ Dei. Vnũ ſcilicet iuſtæ p-
miſſionis, quo hominum peccata vſq; ad cõdignũ malitiæ & de
meritorum cumulum aggrauari permittit, pręmia enim peccata
merentur pręcipitiũ ſequentiũ peccatorum, & illa iterũ amplio
rum, vſq; ad tertium cumulũ à Dei iuſtitia & ſapientia commẽ-
ſuratum. Aliud eſt iudiciũ Dei exterminij tẽporalis. Et licèt De⁹

*Decet Dei miſericordiã nõ ſtatim peccatores exterminare.*

omnem mortaliter peccantem poſſet exterminare: Decet tamẽ
bonitatem ſuã quod aliquam menſuram miſericordis expecta-
tionis apponat, ſaltẽ reſpectu multitudinis populorum, & reſpe-
ctu ſuorũ vniuerſalium iudiciorum, & præcipuè quando in mul-
titudine ſunt aliqua bona temporaliter à Deo remuneranda. Pro
vtroq; autem iudiciorum dicitur. Nondum completæ ſunt ini-
quitates Amorreorum. Hoc autem ideo hîc dicitur vt oſtendat
cauſam vnã propter quam defferebat Deus dare ſemini Abrahæ
terram Canaan in hęreditatem. Nota ſecundum quoſdam to-
tum hoc quod dicitur de animalibus factũ fuiſſe in viſione. Ma-
giſter verò hiſtoriarum dicit quod ad litteram ea accepit & diui-
ſit, & tunc in occaſu Solis contingit ei horror, & illa viſio cliba-

*Aug. lib. 16. de ciuit. cap. 24. circa medium tom. 5.*

ni de qua hîc agitur. Sed quodcũque horum fuerit quo ad ſigni-
ficationem nihil refert. Nota etiam quod ſecundum Auguſtinũ
in animalibus diuiſis figuratur ꝙ in populo Iſraël eſſent carna-
les qui interdiuiduntur. Per aues verò figuratur quod eſſent ibi
ſpirituales, qui nullo modo inter ſe diuiduntur ſiue ab hominũ
conuerſatione ſe remoueant, ſicut turtur, ſiue inter illos degãt,
ſicut columba. In hoc verò quod animalia ſunt trina, deſignatur
tertia ætas, tendens ab Abraham vſque ad Dauid, ſub quo po-
pulus Iſraël terram promiſſam plenius poſſedit. Per vaccam au
tem deſignatur plebs ſub iugo legis. Per capram verò eadem,

*Quid myſterij ſcriptura in quadrageſimo anno innuat.*

vt peccatrix futura. Per arietem eadem vt regnatura. Nota etiam
quod in quadringinta annis peregrinationis poteſt idem ſignari
quod in quadraginta annis deſerti, & quod in quadraginta dieb⁹
Heliæ, & ieiunij Chriſti. Quadragenarius enim numer⁹, myſticè
eſt numerus laboris. Sicut autẽ in quadragenератio ſunt quadra
gĩta virtutes, ſic in quadringẽtis ſunt quadragĩta denarij, & ideo
in idem myſterium quo ad hoc concurrunt. Quod verò in quar-
ta generatione ab Aegypto redeunt, ſignant tres præcedentes in
afflictione manſiſſe, vt ſic poſt triduum de ſeruitute exirent. Et
habes de hoc in ſcripturis multa myſteria tridui, & trium anno-
rum. Nota tamen quod ab immediato ſemine Abrahæ ſcilicet
Iſaac, ſeptima generatione redierunt. In quo apertum ſabba-
tiſmi myſterium coerni poteſt.

Universidad de Deusto Biblioteca



*In die illo pepigit Dominus cum Abraham fœdus, dicens, Tibi dabo, &c.* Nota quod per huiuſmodi pacta Dei cum hominibus ſignificatur quod Deus gratia & electione homini per peccatum à Dei ſocietate alienato confœderabatur. Per ſucceſſionem autẽ multiplicationis peccatorum ſignificatur maioritas firmitatis indiuidui fœderis ſeu amoris ad illos cùm quibus paciſcebatur. Nõ quod in Dei amore ſecundũ ſe cadere poſſit magis & minus: ſed ſolum reſpectu noſtri, abſq; tamen vlla variatione ſui. Nota etiã quod huiuſmodi pacta faciebat Deus cum patribus nõ ſolum ꝑ eis, ſed etiam pro ſtatu diuini cultus per eos formando: Sicut videmus quod fundatur ſtabiliter fundamentum, nõ ſolum pro ſe, ſed pro tota domo firmius in ipſo fundanda.

*Quid pacta Dei cum hominibus deſignent.*

*A ſiunio Aegypti.* Non quidem à magno eius fluuio qui dicitur Nilus, ſed à quodam paruo qui Paleſtinam diuidit ab Aegypto, vbi eſt ciuitas Rhiuoarura. Numerat autem ſecundum Auguſtinum vndecim gentes terræ promiſſæ, licèt alibi pauciores nominantur, quia aliquando vna ſubintelligitur per alias, & econtra.

*Aug. eo. ca. 24. lib. 16. parum à fine tom. 5.*

## CAPVT DECIMVM SEXTVM.

I*Gitur Sarai, &c. Ingredere ad ancillam meam.* Auguſtinus vigeſimo ſecundo, contra Fauſtum dicit ꝙ Abraham obediuit in hoc Saræ, credens ex nutus Dei id voluiſſe, qui iam ex ſcipſo hæredem illi promiſerat, ſed ex qua fœmina non prædixerat. Et paulò antè dicit quòd Sara ſciens ſe eſſe ſterilem ancillaris vteris fœcunditatem, in vſum viri ſui poteſtate licita vendicauit, non credens viro concupiſcenti, ſed iubens obedienti. Et 16. de ciuitate Dei, dicit quod hac concubina ad generandum prolem, non ad explendam libidinem vſus eſt: & non inſultans, ſed potius obediens coniugi. Et in hoc eſt iure illo vſa Sara, de quo dicit Apoſtolus, quod non habet poteſtatem ſui corporis vir, ſed mulier. In quibus Auguſtini verbis duo ſunt cauenda & ſanè intelligenda, Primum eſt quod Sara ex communi & abſoluto iure coniugij nõ habuit poteſtatem in corpore viri ſui, vt poſſet ſibi iubere quod concumberet cum ancilla ſua, nec de communi iure poſſet excuſari ex iſto præcepto. Secundũ eſt quod opinio vel credulitas qua vir credidit hoc ex Dei nutu iuſſum,

*Aug. ca. 31. tom. 6.*

*Idem Augu. de ciuit. cap. 25. tom. 5.*



iuſſum, ad viri excuſationem non ſufficeret, niſi in tantum certus eſſet quod præponderaret vel æquipolleret certudini quam habebat de præcepto iuris naturalis, quod eſt de non concubendo cum aliqua niſi cum legitima vxore. Et ideo pro certo tenendum quod tam Sara quàm Abrahã certi fuerunt quod Deus hoc volebat. Præter autem hæc duo Auguſtinus tria addit in facti huius excuſationem. Primum eſt rectitudo intentionis, quia, ſcilicet propter prolem ad cultum Dei propagandum fiebat. Secundum eſt ſynceritas affectionis, quia non ex amore carnalis concupiſcentiæ, ſed ex voluntate caſta hoc factum fuit, quod probatur, tum ex hoc quod Abraham hoc fecit ab vxore iuſſus, tum quia de ancilla iam habita, iam prægnante, dicit Sarę.

*Et Sara & Abrahã certi erãt quod Deus volebat vt ipſe ad ancillam accederet.*

*Vtere ea vt libet.* Ex quo patet quod nulla imtemperantia irretitus erat ancillę. Tertium eſt, quod ſecundum Auguſtinum tũc plures habere vxores nulla adhuc lege prohibebatur. In quibus Auguſtini verbis aduertenda ſunt iterum duo. Primum quia licèt nulla lege ſcripta prohibebatur, lege tamen diuinitus indita & naturali prius prohibitum erat. Secundò quia mos vel communis conſuetudo nõ poteſt aliquid facere licitum quod diuino & naturali præcepto eſt illicitum, niſi certum eſſet Deum ſuper hoc diſpenſaſſe. Et ideo in prædictis oportet intelligi Abraham certum fuiſſe quod Deus cum ipſo diſpenſabat. Sed adhuc quatuor reſtant quærenda. Primò, ſcilicet, an habere ſimul plures vxores ſit contra ius naturale. Secundò an Deus potuerit diſpenſare ſuper pluralitate vxorum, cùm hoc ſit contra ius naturale. Tertio an cõcubinatus potuerit aliquo modo fieri licitus, & cõcubinam aliquam habere ad tempus ſolum, licet, ſicut Abraham habuiſſe legitur Agar. Nam poſtmodum fuit eiecta, Nec videtur quod ad eam acceſſerit vt ad vxorem: ſed ſicut ad ancillã vxoris, ita etiã quod dominã eius vteretur iure ſuo in illa. Quartò quare Deus non potius à principio fœcundauit Saram? Nunquid tantum delectatur in cõmixtionibus carnalibus extraordinariis? Ex hoc enim & conſimilibus Fauſtus Manichæus arguit Deum veteris teſtamenti fuiſſe malum, & patres eiuſdem fuiſſe de gente tenebrarum. Quintò etiam poſſet quæri, quare Deus voluit quod hoc fieret iuſſu Sarę, ex quo diſpenſatũ eſt cum viro ſuper pluralitare vxorum, vt hoc faciat iuſſu vel licentia primæ vxoris? Ad primum dicendum, quòd eſt vtique contra ius naturæ, quod patet, primò ex Dei opere, quia primò non creauit niſi vnã. Secundò ex primorum patrum communi obſeruatione. Nam nullus ſanctorum patrum, vſq; ad Abrahã legitur habuiſſe

*Lib. 22. cõtra Fauſt. c. 48. tom. 6.*

*An habere plures vxores ſit contra ius naturale.*

*An in pluralitate vxorũ potuerit à Deo diſpenſari.*

*Habere plures vxores eſt contra ius naturæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



plures vxores,ſicut patet in Noē & filiis ei⁹. Tertiò ex Chriſti le-
ge,qui in hoc reduxit orbē ad primā rectitudinē legis naturalis.
Quarto hoc oſtendit natura prolis,quæ eſt finis operis coniuga
lis.Proles enim quantum in ſe eſt,horret aliā à matre patri ſubdi
& ad filios alteri⁹ de facili emulatoriè fertur, & nouerca ad filia
ſtros ſuos vix vnquam amore plenario,pio,& liberali. Quintò
oſtendit hoc natura coniugalis ſocietatis,quæ eſt tantæ vnitatis,
quod coniuges ſunt quaſi cato vna , vnum corpus,vnus ſenſus,
& quaſi vna perſona.Et ideo ſicut eſt contra naturalē appetitum
viri,quod eius vxor ſit ſimul alterius viri vxor : ſic etiam plu-
res eiuſdem difficillimè in vnum concordant, & vix pacificè co-
habitant , licèt pluralitas virorum propter quædam annexa ſit
magis contra naturę rectitudinem,quàm pluralitas vxorum.
Vnde,& in primo nunquam legitur fuiſſe diſpenſatum,tum quia
mulier non poteſt ſic eodem modo fœcundari à pluribus viris,ſi
cut plures fœminæ ex eodem viro poſſunt ſimul eſſe prægnātes.
Tum quia non eſt contra rationē dominij & principatus plures
habere ſubiectos:eſt autem contra ipſum quod eorundem ſub-
ditorum plures ſint domini principales : conſtat autem quod vir
plus habet de principatu in vxorem , quàm econtra. Tum quia
ſi eadem fœmina eſſet ſimul plurium virorum vxor , vir incer-
tus eſſet an proles ſua eſſet,an alterius, & ex hoc neuter curaret
de prole nutrienda & docēda,nec proles etiā obediret alicui co-
rum tanquam patri certo & indubitabili.Sexto oſtendit hoc do-
natio muta corporum reſpectu operis coniugalis & iuris mutuę
poteſtatis ex prædicta donatione. Cùm enim vir det corpus ſuū
vxori & vxor viro,vxor habet poteſtatem in corpore viri reſpe-
ctu operis coniugalis. Conſtat autem contra naturam eſſe vt id
quod eſt iam datum primæ vxori , detur alteri fœminæ , contra
naturtam primæ donationis, niſi ex ſpeciali cauſa Deo diſpēſan
te fractio prædicti iuris recompenſetur & excuſetur. Ad ſecun-
*Deus potuit* dum dicendum quod potuit diſpenſare ſuper hoc,& rationabili-
*diſpenſare* ter pro tempore diſpenſauit. Quòd autē potuerit, oſtenditur ex
*in pluralita-* duobus. Primò,quia omnia quæ ſortiuntur bonitatem & recti-
*te vxorum.* tudinem ex aliquo vltimo fine , & ab aliqua regula & forma ſu-
perioti , non contrahunt obliquitatem ſi aliquando varientur
eorum ordines ad vltimum finem & ad regulam ſuperiorem,in-
regro remanente fine vltimo: Finis autem vltimis ſtatus & ope-
ris coniugalis , eſt gloria Dei , & propagatio & dilatatio diuini
cultus, & communis vtilitas generis humani & totius vniuerſi-
eiusq́ue ſuprema regula eſt Charitas. Quia autem non ſolum
abſque



abſque læſura charitatis & finis prædicti , ſed etiam ſub modo
conferenti ad illa potuerunt in coniugium plures ſimul duci i-
deo eſt,& fuit à Deo diſpenſabile.Secunpò,quia ſi Dei honor eſt
omnium vltimus finis, & Dei voluntas & imperium eſt cauſa &
regula omnis iuris & rectitudinis,nihil eſt rectius quàm quòd o-
mnia ſint ſubiectiſſima ſuæ voluntati ſuoq́ue honori. Et ideo il-
la quæ repugnantiam ad ipſam Dei voluntatem & gloriā in ſua
eſſentia eſſentialiter non includunt , rectiſſimum eſt quod poſ-
ſint variari à Deo prout libertas ſuæ maieſtatis hoc exigit,& ma
gnificentia ſui honoris. Quod autem tempore Abrahæ & ve-
teris legis ſit rationabiliter ſuper hoc diſpenſatum,oſtendit mul
tiplex vtilitas ex hoc tracta.Prima eſt vtilitas præſignantæ. Si-
cut enim per indiuiſibilem copulam vnius cum vna,ſignificatur
copula vnius Chriſti cum ſola vna eccleſia vniuerſaliter:ſic per *Rationes pro*
plures vxores & concubinas ſignificatur quod præter vnam *pter quas*
principalem eccleſiam , ſunt alię ſecundum quid Deo coniun- *Deus in plu*
ctæ,vt ſynagoga in quantum cæremonialis , & plures congre- *ralitate vxo*
gationes errantium vel peccantium in quantum habent aliquid *rum diſpen-*
veri & boni. Sicut enim ex libera liberi : ſic ex ancilla ſunt *ſauit.*
ſerui,qui ex ſolo timore Deo ſeruiunt , non ex libertate amo-
ris. Fuit enim ſignanda differentia inter filios carnis, & filios
gratiæ ex eodem ſtipite prodeuntes , & conformitas filiorum
gratiæ,ſiue ex ancillari vtero genitorum, quæ in duodecim Ia-
cob filiis eſt monſtrata , ſuntq́ue plures aliæ in his figuræ &
ſignificantiæ , de quibus infrà ſuis locis tangetur. Secunda eſt
vtilitas comparatiuæ differentiæ. Quia enim Chriſtus erat
venturus vt conderet noua,& deſtrueret vetera : decuit quæ- 2.
dam diſpenſatione aliqua induci,ex quorum euacuatione Chri-
ſti lex commendabilior & perfectior apparet. Quid autem
lex Moyſi ſpeciali populo inſtar ſpecialis religionis ſiue regu-
læ erat danda. Decut ex primis patribus legis varios filios &
populos propagari , ex quorum comparatione legalis populus
meritò præferretur. Tertia eſt dilatio diuini cultus, quę per plu-
ralitatē vxorum in lege facilius poterat maiorem populum pro- 3.
pagare,fuitq́ue hoc expediens tempore Abrahæ , quo vniuer-
ſalis verus Dei cultus non erat in orbe , quum adhuc non eſſet
tempus dilatandi vbi cultum Dei per ſolam Dei gratiam ſpe-
cialem , ſcilicet per euangelicę prędicationis verbum. Hoc e-
nim priuilegium Chriſto & eius ſtatui ſeruabatur,& ideo opor-
tebat tunc per carnis propagationem hoc fieri.Et quamuis cæ-

Universidad de Deusto Biblioteca

teri filij Iacob non ita purè vnum Deum coluerunt: nihilomi-
nus non ita ab initio ab vnius Dei cultu elongati fuerunt ſicut
cęteri, qui de ſemine Abrahæ non fuerunt. Prætereà famoſa ma-
gnificatio fidei & meriti Abrahæ per varios filios & populos per
ipſum propagatos multum profuit omnibus cultoribus veri Dei
qui eum ſecuti ſunt. 4. Quarta ratio eſt vtilitas condeſcenſionis
ad infirmos & carnales ſub lege, quibus tam ratione infirmita-
tis, quàm exempli gentilium, qui tunc communiter plures habe-
bant vxores, fuit expediens quod poſſent etiam plures habere.

*Potuit Deus ſtatuere ius coniugale ad vnum annũ vel menſem ſolum.*

Ad tertium dicendum quod ſicut Deus potuit ſtatuere ius cõiu-
gale ad totam vitam, ſic potuit ad vnum annum vel vnum diem
ſub debitis tamen rationibus cũ circunſtantiis recompenſantib[9]
bonum indiuiſibilitatis copulæ coniugalis. Et ſic volunt aliqui fa-
ctum fuiſſe in Oſea Propheta, qui iuſſus eſt facere fornicationũ
filios, quamuis illud pluribus aliis modis exponatur: Dicta eſt

*Concubina cur hic dicitur.*

autem concubina non ratione ſeparabilitatis, ſed potius ratione
diſparitatis, quia tenebatur non vt domina domus & familiæ,
ſed vt ancilla. Illo verò tempore etiam inter Gentiles quædam
vxores habebantur vt dominæ, quædam vt ancillæ. Quod au-
tem natu vel iuſſu Sarę dicta eſt, indicat quod Sara ſibi potius
intendit ex ille ſuſcipere prolem, quam ipſi ancillæ. Et huius rei
triplex aſſignatur cauſa. Prima ad demonſtrandum ſynceram in-
tentionem & affectionem patrum, per hoc enim patet quod nõ
ex propria voluntate, nec ex carnali concupiſcentia duxerũt plu-
res vxores. Secunda cauſa eſt ad monſtrandũ quod plurificatio
hæc vim trahebat à primo iure vnius vxoris ac ſi eſſet quędam
ſubderiuatio iuris illius: Et vt pateat quod eſt ſubinducta ad im-

*Cur prolem ex ancilla ſuſceptã Sara ſibi non ancillæ aſcribit.*

plendum defectum carnalis propagationis illius vnius. Tertia
cauſa eſt ad myſticè deſignandum quod cato debet ſeruire ſpiri-
tui, & actiua vita contemplatiuæ, & ſynagoga eccleſiæ, & congre-
gatio ſchiſmatica vel illegitima ſeu carnalis, veræ columbæ: &
quod quicquid in his boni eſt ſubderiuatur ab vxore principali.
Et per hoc patet reſponſio ad quintum. Ad quartum dicendum,
abſit hoc Dominum iuſſiſſe quaſi delectatum in fœdis concupi-
ſcentiis carni, ſed potius propter cauſas prædictas, Et etiam vt
monſtraret quod per varios gradus ſeruitium accipit. Vnde pri[9]
præeunt filij carnis & animales ante filios gratiæ & ſpirituales, &
quod ante partum actiuæ, contemplatiua ſterilis manet. Et quod
prius parit etiam in hac vita quàm in vita æterna: Et ſic de aliis
myſteriis hic comprehenſis, Rurſus tardatio fœcunditatis

Saræ



*Cur tam ſero fœcundata eſt Sara à Deo.*

Saræ valuit ad plenius declarandum & magnificandum miracu-
lum Dei fœcundantis eam, non ſolum ſterilem, ſed etiam ſenem
Et iterum valuit ad illud myſterium quo Iſaac dicitur filius pro-
miſſionis & gratiæ potius quam naturæ, quia quantò tardius &
quantò magis ſupra legem naturæ datus eſt, tantò ſuper natu-
ralius eſt opus & gratioſior eius conceptus: tantóque eius parẽ-
tes fuerunt Deo gratiores, & tantò fuerunt & apparuerunt ma-
ioris fidei in credendo quod ſenex de ſene & ſterili prolem tan-
dem haberet.

*Dixit Sarai ad Abraham, Iniquè agis contra me, &c.* Suſpicata au-
tem fuit quod ille diſſimularet arrogantiam Agar corrigere, quia
veriſimile videbatur quod Abraham aduertiſſet illius arrogãtiã
in Saram. *Vtere ea vt libet*, id eſt, prout tibi placet, Supponit enim
Saram eſſe talem quod nõ vteretur ancilla niſi moderatè. Super
quo Auguſtin[9] decimoſexto, de ciuitate Dei, capi. vigeſimoquin-
to, dicit: O virum viriliter vtentem fœminis, coniuge temperan-
ter, ancilla obtemperanter.

*Aug. lib. 16. ca. 25. in fine tom, 5.*

*Inuenit eam iuxta fontem aquæ*, id eſt iuxta puteum, vt ex ſequẽ-
tibus patet. Omnis enim puteus fons, & non econtra.

*In ſolitudine quæ eſt in via Aſſur, Nomen eius Iſmaël eo quod audierit*,
id eſt exaudierit, ſeu benignè attenderit, *afflictionem tuam.*
Secundum enim Hieronymum Iſmaël interpretatur exaudi-
tio Dei.

*Hieronу. in quæſt. heb. in hoc loco tom. 3.*

*Hic erit ferus homo.* Secundum Hieronymum in Hebræo habe-
tur phere, quòd interpretatur Onager, qui eſt aſinus Sylueſter:
Significat autem ſemen eius habitaturum in heræmo, id eſt, Sar-
racenos vagos, incertiſque ſedibus, qui vniuerſas gentes qui-
bus deſertum ex latere iungitur impugnant, & ab omnibus im-
pugnantur. Et hoc eſt quod dicit.

*Manus eius contra omnes, &c. Etè regione fratris ſui figet taberna-
cula*, id eſt, ex oppoſito, & quaſi contra omnes figet in deſerto tẽ-
toria manſionum ſuarum.

*Vocauit autem dicens, Tu Deus qui vidiſti me*, ſcilicet, oculo mi-
ſericordię & per affectum miſericordiæ, Vnde per contrarium
dicimus, Talis non videt me, id eſt, non habet curam de me. Vn-
de pro cauſa huius nominis à ſe interpoſiti ſubdit, *profectò*, id eſt,
pro certo, *Hic vidi poſteriora videntis me*, id eſt, Dei curam habentis
de me, & piè meam miſeriam attendentis. Ticit autem,
*poſteriora*, quia fortè ob myſterium & ob reuerentiam diui-
næ maieſtatis noluit monſtrare faciem formæ, in qua appa-
rebat, ſed quaſi dorſum. Et Magiſter hiſtoriarum dicit, quod

*Hiſto. ſcholaſt. in Gen. cap. 40. circa finem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



cùm loqueretur Dominus ad Agar,pertranſiit in turbine,& ipſa
tunc vidit poſteriora Dei.*Propterea appellauit puteum viuentis & vi*
*dentis*,id eſt,viui mihi & partui meo vitam dantis , & me miſeri-
corditer aſpicientis.Eſt autem hoc in ſequentibus valdè notan-
dum quod perſona ſibi apparens ante dicta eſt angelus Domi-
ni:hîc verò dicitur eſſe Deus, & conſimiliter infrà decimonono
duo angeli dicuntur veniſſe Sodomam , ad quos tandem loqui-
tur Loth tanquam ad vnum ſummum Deum.Et infrà trigeſimo
tertio dicitur:Dixit angelus Domini ad Iacob in ſomnis , Leua
oculos tuos, &c.Vidi omnia quæ tibi fecit Laban. Ego Domi-
nus Deus Bethel vbi vinxiſti lapidem,Et Iudicum 2. & 6.duo ſi-
milia exempla habentur.In datione etiam legis , ille qui loqui-
tur Moyſi nnnc vocatur Deus , nunc Domini angelus.Et Exodi
trigeſimotertio,dicit Deus,Ecce ego mitto angelum meum qui
præcedat,& cuſtodiat,& introducat in locum quem paraui. Ob
ſerua eum & audi vocem eius , quia eſt nomen meum in illo.O-
ſeæ etiam duodecimo,Dicitur quod iacob inualuit ad angelum,
& corroboratus fleuit & rogauit eum in Bethel,&c.Et tamen in
Geneſi decimoſexto , qui ſibi apparuit in Bethel vocatur Deus
ſummus,& 15.cum quo Iacob præualuit, luctãdo dicit ſe nomẽ
habere mirabile,& de eius viſione dicit Iacob , vidi Dominũ fa-
cie ad faciem.Vnde & locum illum appellauit Phanuel, id eſt,ap
paritio Dei.Quamuis autem plures rationes poſſint dari , vna
tamen ſignanter videtur à Deo intenta, vt ſcilicet per hoc innue
retur quod in Deo plures ſint perſonæ & earum vna eſt ab alte-
tera.Quod quidẽ declaratur per hoc quod Deus dicitur eſſe nũ-
tius Dei,id eſt,miſſus à Deo.Et cùm hoc ſactamentaliter mon-
ſtratur,miſſio filij Dei in carnẽ in qua ipſe fuit ſummus Deus, &
nuncius Dei.Pro quanto tamen in angelis Dei , diuina maieſtas
ad hæret & hominibus,poterat qui apparebat dici Deus & ange
lus Dei.quamuis non ita propriè ſicut Chriſtus.Et cum ſcriptura
fuerit edita feruente vbique idolatria & ſub lege ſummæ inhi-
bente cultum plurium Deorum , non eſt veriſimile quod aliquẽ
deinde angelum diceret ſummum Deum, & adoratum vt Deũ,
niſi trinitatis & incarnationis Chriſti myſterium ſub hoc modo
innuere vellet.Nota pro myſterijs quud per Agar ancillam Saræ
deſignatur caro vel ſenſualitas, quæ eſt ancilla mentis : & ſcien-
*Nota pro my-* tia quæ eſt ancilla ſapientiæ cœleſtis:& lex vetus,quæ eſt ancil-
*ſterijs.* la legis nouæ : & litera occidens , quæ eſt ancilla viuificantis
gratiæ:& eccleſia actiua , quæ eſt ancilla eccleſiæ contemplati-
uæ:& temporalia bona,quæ ancillantur ſpiritualibus bonis : &
eccle



eccleſia militans,quę eſt ancilla triumphantis Sępè autem con-
tingii quod ex ſcientia & litera,& ex ſenſualibus fructibus acti-
uę, & ex cęremoniis legis ſcriptæ,&c. ancilla inflatur contra
dominam ſuam. Concepit enim ex viro Saræ , id eſt,à Deo & à
virili animo aliquem fructum vtilem , & hoc poteſt decem an-
nos manſionis Abrahę & Sarę in terra promiſſa , id eſt, poſt ali-
quam impletionem ſeu notitiam de calogi diuinę legis,plerunq;
autem per zelum charitatis afflicta fuit,quia ſæpè ſpiritus videns
ſe ex huiuſmodi donis & ſtudiis inflari,& meliora dona contem-
nere,cogitat omnino fugere ſtudia& opera inferiora:ſed angilus
Domini eam reducit,docens eam humiliari Dominę ſuæ,& cum
hoc promittens innumerabilitatem fructuum. Diuina enim il-
luminatio per quam ſpiritus aduertit quod ſi inferiora ſtudia &
dona perfectè ſubiiciantur charitati pariunt multiplices fructus,
& ideo facit huiuſmodi dona reſumi:ad fontem aquę,id eſt,ſan-
ctæ ſcripturę vel ſanctarum meditationum,facit occurrere , qui
ſortis propter ſui profunditatem viuiſicam & ſcientificã, puteus
videntis & viuentis vocatur.Vel puteus iſte poteſt intelligi qua- *Quid iſte pu-*
litas noſtrę culpæ & miſeriæ:vel vilitas vniuerſę creaturę : Vel *teus viden-*
profunda humilitas vitæ Chriſti & ſanctorum : Vel humilitas *tis ſcilicet.*
contritionis & pœnitentię : Vel ſimplicitas ſcripturę ſacrę : vel
prima principia fidei vel ſcientię. Ad vnumquodque enim iſto
rum plerunque fugiendo ad dominam , id eſt, ſublimem vitam
aliquando peruenimus,quia deſcenſus ad culpę infima frequen-
ter nos diſponit ad videndum & ſciendum prædicta profunda.
Nota eiiam quod hîc eſt primus locus, vbi angelus ſub nomine
angeli ſimul & Dei legitur apparuiſſe in ſignum quod ratio ange
lici ad nos deſcenſus eſt,ad nos fugitiuos reducendos in Deum. *Deſcẽſus an-*
Si enim lapſi per primum hominem non fuiſſemus, reduxiſſent *gelorum ad*
quidem nos,ſed non à fuga dominę,id eſt,ſapientię & legis ęter- *nos eſt vt*
næ, Si enim fuga non fuiſſet in nobis,non veniſſet ad nos Deus *nos reducãt*
homo. Et nota quod ancilla non videt niſi poſteriora Dei diri- *ad Deum.*
gentis illam,quia ſolius ſuperioris partis & virtutis eſt contem-
plari faciem Dei.Hęc etiam ancilla bene intelligitur Ægyptia,&
per deſertum fugiens in Ægyptum. In cuius ſignum populus
Iſraël multum numerum famulorum & ſeruorum ex AEgypto
eduxit,in qua & populus & ipſę in palea & luto ſeruierunt:quia
de tenebra huius mundi oritur hęc ancilla.Et ideo quando rece
dit à domina ſua,fugit ad tenebras iſtas , tanquam ad locum o-
riginis ſuę,& tanquam ad propria immediata. Obiecta enim

ancillarum, id eſt virtutum, vel induſtriarum inferiorum, ſunt creata & ſenſibilia. Vnde quia ſunt nobis viciniora, id circo ex donis & fructibus ancillantium virtutum facilius inflamur. Et hæc eſt vna cauſa rebellionis ancillæ contra Dominam ſuam ſuperius tacta. Secunda verò eſt, quia facilius experimur delectabilitatem inferiorum, quàm ſuperiorum & æternorum, & ideo ad alia & pepones; & ollas Ægypti redire voluit populus qui exierat de Ægypto, ſpreto dulcore inuiſibilis mannæ. Tertia verò eſt fiducia potentiæ & diuitiarum, & inferiorum virtutum, & obiectorum, in quibus meus profuga fortius fidit quàm in Deo & in potentia ipſius, vnde propterea per Prophetam arguitur populus Iſraël, qui iam exierat de Ægypto, quia in ſua defenſione quærebant à regibus Ægypti auxilium confidentes in vmbra Ægypti, quæ eſt ſicut arundo, &c. Huius etiam filius futurus dicitur ferus, & Sylueſtris homo, cuius manus contra omnes, & omnium manus contra eum, quia ſi ſeruit dominæ, contra omnia carnis vitia militat: ſi verò ſuperbit vniuerſa ſimplicium bona deuaſtat. Vnde Synagogæ filius pro quanto fuit bonus multa propter Deum bella geſſit temporalia, & omnes hoſtes populi Domini à quibus impeditur perfectio Euangelicæ legis, ſuperauit. Vides ergo quod filius ancillæ proprium eſt pugnare, propter quod meritò dicitur, *Manus eius contra omnes*, ſcilicet ſuos hoſtes, agreſtis & ferus.

## CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

* * *

P*Oſtquam verò nonaginta & nouem annorum eſſe cœperat, &c.* Hæc eſt quinta apparitio in qua primò Abraham nouo fœdere ad perfectionem erigitur, & nomen eius immutatur atque innouatur. Et prius promiſſio de ſemine plenius confirmatur.

Secundò circuncisio pro pacto ſpecialis cum Deo fœderis inſtituitur, ibi: *Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis.*

Tertiò dura ſententia pactum non obſeruantium exprimitur: ibi: *Maſculus cuius præputij caro.*

Quartò ex Sara filius promittitur, ibi: *Dixitque Deus ad Abraham.*

Quintò



Quintò ſubditur quomodo confeſtim Abraham præceptum circunciſionis impleuerit, ibi: *Tulit autem Abraham, &c. Ambula coram me.* Non hoc dicitur, quia prius hoc non fecerat, ſed vt altius hoc faciat. Vnde ſubditur: *Et eſto perfectus.* Ad hoc enim exhibet Deus ſanctis præſentiam ſuam vt eos ad ſe ſemper magis ſubleuet & ſurſum agat.

*Cecidit Abraham pronus in terram*, id eſt, genu flectendo, vel ſe totum proſtrando, & caput ad terrã demittendo, ſupplicauit Deo in ſignum ſummæ adorationis & humiliationis. Et nota quod quanto altiora ſibi proponuntur & promittuntur, tantò plus ſe humiliat Dæo. *Dixitque Deus, ego ſum.* Ego ſolus habeo verum & ſummum & immutabile eſſe. Huiuſmodi autem ſibi proponit, tum vt in promiſſis ſuis ſtabilius confidere faciat, tum vt ipſum ad contemplationẽ eius altius erigat. Et nota quod ſicut ens eſt primum quod occurrit intellectui, ita quod omnis conceptus intellectus dependet à conceptu entis: ſic radix omnium illuminationum Dei à conceptu & guſtu ſummi & puriſſimi ſui eſſe. Et ideo meritò Abrahæ & legiſlatori ſe ingerit Deus ſub hac ratione.

*Deus ideo ſuã ſuis gratiam præſtat vt eos ad ſe magis ſubleuet.*

*Eriſque pater multarum gentium*, tam per viam naturæ quàm per viam fidei. Et hoc vnum ſonat nomen Gentium, quia per hoc omnes nationes Gentilium communiter deſignantur.

*Appellaberis Abraham, quia patrem, &c.* Prius enim dicebatur Abrã, qđ interpretatur pater excelſus. Abba enim pater, & Ram excelſus interpretatur. Poſteà verò vocatus eſt Abrahã, qđ transfertur pater multarum. Nam quod ſequitur Gentium, nõ habetur in nomine, ſed ſubauditur. Mirandum non eſt (dicit Hieronymus) quare cùm apud Græcos & nos A litera videatur addita, nos He literam additam diximus: quia idioma linguę Hebręæ eſt per He, quidem ſcribere, ſed per A legere, ſicut ecõtrario A literam ſæpè per He pronunciant. De nomine verò Sarai ſubdit, quia nõ ſcribitur niſi per vnũ Y, & primò ſcribebatur per Sin, Res Iod. Ergo Iod, id eſt, I. addita eſt He litera, quæ per A legitur, & vocata eſt Sara. Cauſa autem mutati nominis eſt, quia anteà dicebatur Princeps mea, quaſi vnius tantũ domus familias mater: poſteà verò abſolutè dicitur Princeps, quia ex eius filio debebãt eſſe Gentes & Reges. Signanter autem hoc dicitur, quia non legimus in Græco, Dixit Deus ad Abraham, Sara vxor tua, non vocabitur Sarai, i. ſed vt in Hebræo habetur. Nõ vocabis nomẽ eius Sarai. nõ dices ei, Princeps mea eſt. Omniũ eñ gentiũ futura iam Princeps eſt. Hæc Hiero. *Et ſtatuã pactũ.* Secundũ Hieron.

*Mutatio nominis Abrã in Abrahã, & quid vnũ quodque ſignificet.*

*Hierony. in Heb. quaſt. in hoc loco tom. 5.*

*Hierony. in Heb. quaſt. tom. 3.*



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

vbicũque in Græco,teſtamentum legitur, in Hebræo eſt fœdus ſiue pactum,id eſt,Berith. *Omnem terram Chanaan in poteſtate,&c.* Expone quomodo æternam iuxta quatuor ſupradictos modos.

*Cicunciſio cur inſtituta à Deo multiplex ratio.*

*Circuncidetur ex vobis.* Quare hoc inſtituit? Primò vt hîc ſubditur,in ſignum ſpecialis fœderis Domini cũ ſemine Abrahæ, & ad hoc ipſum reducitur quod ſecundũ Apoſt.ad Romanos 4.habetur,quod fuit in ſignũ fidei Abrahę,per quam factus eſt pater omnium gentium ſequentium fidem eius.Secundò in ſignum diſtinctiuum ſeminis Abrahæ ab aliis gentibus,vt ex hoc ab idololatria,& à cæteris vitiis aliarum gentium magis ſibi cauerent: Et vt populus ex quo Chriſtus ſecũdum carnem erat naſciturus in ſigno generatiuę potentiæ diſcerneretur. Tertiò in ſacramentale remedium originalis peccati,quod vtique per generatiuã trahitur,& etiam reſpectu adultorum in pœnitentiale moderamentum & macerationem carnalis concupiſcentiæ,quę potiſſimum viget in loco illo. Et ad hoc reducitur quod dicitur fuiſſe in exercitium & experimantum obedientiæ Abrahæ & ſuorum ſucceſſorum, quia eſt opus valde pœnale. Quartò in ſignum ſpiritualis circunciſionis vitiorum à corde, quæ fit per gratiam Chriſti, & ideo quia hæc debet eſſe totalis & non partialis, ideo bene deſignatur per circunciſionem corporalẽ quæ erat abſciſſio anterioris pellis membri virilis. Quintò in ſignum euacuationis figurarum,id eſt,cęremoniarum carnalium quaſi pellium occultantium doctrinam generatiuam filiorum Dei per Chriſtũ reuelandam. Sextò in ſignum abdicationis temporalium per ſpacium euangelicæ paupertatis. Septimò in ſignum depoſitionis veteris hominis & mortalitatis in reſurrectione finali explendæ. Vnde ſecundum Auguſtinum libro 16.de ciuitate Dei ca.vigeſimoſexto:quid aliud circunciſio ſignificat,quàm naturã exuta vetuſtate renouatam? Propter quod parentum mutantur & nomina vt omnia reſonent nouitatem.Et paulò antè dicit, quod quia hoc non per generationem,ſed per regenerationem futurũ erat,ideo nunc imperata eſt circunciſio,in filio promiſſionis,quo ſignificatur gratia non natura, id eſt, quando de Sara promiſſus eſt.

*Aug. li 16. ca.26.à medio tom.5.*

*Cur circunciſio pro ſolis maſculis data.*

*Ex vobis omne maſculinum.* Sed quare in ſolis maſculis hoc ſignum inſtituit? Dicendum quod huius prima ratio fuit, quia tam carnalis generatio,quàm populorũ diſtinctio principaliter pendet à maſculis.Secunda quia in generatiua mulieris hoc non potuit connenienter fieri. Tertia eſt myſtica, in ſignum, ſcilicet, quod carnale & fœmineum manet incircunciſum à corruptione corporali. *Infans octo dierum.* Sed quare octauo die potius quàm alio?



*Circunciſio cur die octauo potius quàm alio facienda.*

alio? Ad hoc datur primo literalis ratio, vt hoc non fieret nimis citò propter periculum mortis infantium.Oportuit etiam quod non fieret nimis tardè,ne fortè iam grãdiores effecti nollent circuncidi,& quia decens & neceſſarium erat quod ſtatim cum bono modo profiterentur cultum Dei, & ſtatum ſuæ religionis ac fidei,& quod mox cum poſſent ſuſciperent ſacramentale remedium peccati originalis:ideo taxatum eſt tempus, quod, ſcilicet tranſiret prius hebdomada vna & non plus.Secunda datur ratio myſtica propter myſterium reſurrectionis Chriſti factæ die octauo,& reſurrectionis finalis futuræ poſt ſeptem mundi ætates.

*Cur ſeruis qui non erãt de ſemine Abrahæ rcũciſio danda.*

*Omne maſculinum,&c.tam venaculus quàm emptitius circuncidetur.* Sed quare ſerui in domo nati vel poſtmodum emptitij erant circuncindendi, ex quo non erant de ſemine Abrahæ? Ad hoc eſt primo ratio literalis, quia ſi ſerui eorum non eſſent ſui ritus & cultus, hoc tam ipſis quàm eorum ſeruis obeſſet. Poſſent enim facilius trahi ad idololatriam ſeruorum ſi eſſent alterius ritus. Præterea mutua conformitas ritus multorum,facit ad vnanimitatem: Decet autem & expedit quod tota familia eiuſdem domus vnanimis ſit. Secundò eſt ad hoc ratio myſtica,quia & gentes infideles erant trahendæ & conuertendæ ad Chriſti legem & fidem & ex eis & Iudæis debebat fieri vnus populus,& vnum ouile.Vnde ſecundum Auguſtinum ex hoc oſtenditur ad omnes iſtam gratiam pertinere.

*Aug. li. 16. de ciuit. ca. 26.à medio tom. 5.*

*Maſculinus cuius præputij caro non fuerit circunciſa, delebitur anima illius.* de populo,ſcilicet. Quæritur hîc, quomodo hæc ſententia fuit iuſta,reſpectu infantium,quorum culpa non erat non circuncidi? Quomodo etiam in eis erat verum quod habet pars huius ſententiæ quæ ſubditur,quia pactum meum irritum fecit? Dicendum quod in pacto circunciſionis includebatur primum pactum Dei cum toto genere humano irritum factum in Adamo,eo modo quo generale includitur in ſpeciali, & antecedens in conſequenti,& prius in poſteriori, & morale in cæremoniali, ſiue figurali & ſacramentali. Primum autem pactum Dei quæuis anima irritum fecit in Adam, eo modo quo omnes in eo peccauimus ſeu peccatum contraximus, Et hoc ſcriptura vult hîc occultè more veteris teſtamenti ſubinnuere. Vnde Auguſtinus decimoſexto de ciuitate Dei, capit. vigeſimoſeptimo dicit,quod omnes in Adam teſtamentum Dei diſſipauerunt, & in illo peccauerunt. Teſtamentum autem primum factum, ad Adam eſt illud.Qua die comederis,morte morieris.Vnde ſcriptum eſt Eccleſiaſtici capite nono. Omnis caro ſicut fœnum veteraſ-

*li.16.ca.27. tom.5.*

Universidad de Deusto Biblioteca



cet. Teſtamentum enim à ſeculo eſt morte mori eos qui tranſgrediuntur præcepta Dei. Sed cùm dicat Apoſtolus, vbi non eſt lex, nec præuaricatio, quo pacto in Pſalmo dicitur Præuaricatores æſtimaui omnes peccatores terræ, niſi quia omnes legis alicuius præuaricatores ſunt rei qui aliquo peccato tenentur obſtricti? Quia ergo circuncißio ſignum regenerationis fuit, ſic intelligenda ſunt verba prædicta, tanquam ſic dicta. Qui non fuerit regeneratus, interibit anima illa de populo ſuo, quia teſtamẽtum Dei diſſipauit quando in Adam peccauit. Si autem quis hoc de iſto pacto Circunciſionis eſſe dictum contendit, poteſt dici ideo diſſipaſſe teſtamentum, quia licet non ab illo, tamen in illo eſt diſſipatum. Veruntamen aduertendum eſt quod propter hoc non poſſet anima paruuli incircunſi exterminari de populo, niſi originali peccato eſſet obligata. Hæc Auguſtinus.

*Aug. li. 16. de ciuit. cap. 28. tom. 5.*

*Non vocabis Sarai, ſed Saram.* Cuius ratio ſecundum Hienymum tradita eſt, ſecundum Auguſtinum verò huiuſmodi eſt ratio. Quia Sarai interpretatur princeps mea, Sara autem virtus. Vnde ſcriptum eſt ad Hebræos vndecimo. Fide & ipſa Sara accepit virtutem ad emiſſionem ſeminis. Erat enim illa iam ſenex & etiam ſterilis, & menſtruo cruore deſtituta, propter quod iam parere non poſſet, etiamſi ſterilis non fuiſſet, quia eis quæ ita prouectioris ætatis non ſunt, vt ſolita mulierum eis adhuc fluant, de iuuene parere poſſunt, ſed de ſeniore non ita: quamuis poſſet ille ſenior, ſed de adoleſcentula gignere. *Et riſit vxor.*

*Aug. li. 16. de ciuit. cap. 26. à medio tom. 5.*

Secundum Auguſtinum riſus exultatio eſt gratulantis, nõ irriſio diffidentis. Verba quoque eius (in animo ſuo, ſcilicet) *Sed centenario mihi naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet.* Non ſunt dubitantis, ſed admirantis. Hoc autem poteſt probari primò ex commendatione fidei eius de promiſſione futuri ſeminis, quæ habetur ſupra decimoquinto. Secundò ex hoc quod infra Sara de riſu ſuo increpatur à Deo, quod multò magis de Abraham fiendum eſſet, ſi ex conſimili dubitatione riſiſſet. Tertiò quia hic promittitur quod cecidit Abraham in faciem ſuam tanquam Deo humillima adoratione gratias agens de tãto ac tali promiſſo. Quartò quia tam perfectè Deo credens ſtatim ipſo die circuncidit ſe, & omnes mares domus ſuæ. Quod autem ſubdit

*Vtinam Iſmaël viuat coram te*, id eſt, ad tuum obſequium & honorem, Non dicit ex dubitatione alterius filij ſibi de Sara promiſſi, ſed tanquam ſignificans quod pro magno habebat ſi ſolum eum haberet. Et in hoc ſignificatur ſe pro maximo & ſummo



ſummo habere ſi præter illum alium ex Sara, ſcilicet, habeat,

*Vocabiſque nomen eius Iſaac*, id eſt, riſum. Secundum Hieronymum ex ſolo riſu Abrahæ vocatus eſt riſus, non autem ex riſu Saræ, quia riſus Saræ poſt prædictionem huius nominis contigit. Auguſtinus decimo ſexto de ciuitate Dei cap. trigeſimoprimo dicit quod Abraham vocauit nomen eius Iſaac, quia vt habetur infra vigeſimoprimo capite, ipſe pater riſerat quando ſibi promiſſus eſt admirans in gaudio, riſerat & mater dubitans in gaudio, à quo dubio per exprobationem angeli purgata eſt & per angelum in fide poſtmodum confirmata (& ſubdit). Ex hoc ergo puer nomen accepit. Vnde & Sara meritò dixit, Riſum mihi fecit Dominus.

*Hiero. in Heb. quæſt. in Gẽ. to. 3. Aug. lib. 16. c. 31. tom. 5.*

*Nonaginta nouem annorum erat Abraham quando circumcidit.* &c. Nota quod ſignanter hic rememoratur antiquitas eius in ſignum & in extemplum noſtrum quod nulla vetuſta conſuetudine, nullaq; ſeculi attritione ac nouitate & pœnalitate ritus circũciſionis eſt redditus difficilis vel tardus. Sed nunquid ſerui eius debuerunt ei mox credere, ita vt ſtatim ſe circumciderent? Dicẽdum quod non, niſi prius per apparentia ſigna conſtaret quod ipſe habuerat hoc à Deo.

*Pactum verò meum ſtatuam ad Iſaac.* Ex hoc innuit quod id quod infra vigeſimo ſecundo clarius dicitur, ſcilicet, quod erit filius ancillæ, quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.

*Quem pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero.* Ex hoc paret quod ſequens apparitio in qua vidit Dominum in ſpecie triũ virorum, fuit facta eodem anno, & ferè eodem quo & illud dictũ, Reuertar ad te, & habebit Sara filiũ. Patet etiã ex hoc quod ſubditur, quod nonaginta nouem annorum erat Abraham quando ſe circuncidit, centum autem annorum fuit quando natus eſt Iſaac prout dicitur infra vigeſimoprimo cap,

*Et circuncidit carnem præputij eorum ſtatim in ipſa die.* Hoc ſignanter dicitur ad commendandam celerem obedientiam Abrahæ, & miram reuerentiam & ſubiectionem omniũ ſeruorum ad ipſum tanquam ad optimũ patrem & dominum: quia eos ſeducens nequaquam circuncidiſſet. *Et Iſmaël filius ſuius tredecim annos impleuerat tempore circunciſionis.* Hoc ſignanter videtur exponi ad innuẽdum myſteriũ numeri tertij decimi q deſignatus eſt in tribus miraculis in diuerſis annis factis decimotertio die à die natalis Chriſti, de quo plura recẽſeri queũt, & aliquid tactũ eſt ſuprà ca. 14. vbi agitur de 13. anno receſſus Sodomitarũ tribuactto Regis Elamitarum. Nota ſecundũ Hiero. quod in veteri teſtamẽto

*Hiero. in Heb. quæſt. ab hunc locum tom. 5.*

Universidad de Deusto Biblioteca



quatuor abſq; velamine antequā nati ſunt vocati.ſ.Iſmaël,Iſaac
Salomon,Ioſias.Sed & præter hos etiā in nouo teſtamento ſunt
duo Ioannes & dominus Ioannis, vt huic ſexto ſeptimū non de
ſit Iſa 7.prædicitur vocandus Emanuël & velociter ſpolia detra-
hens,licèt hoc vltimum ſit oratio potius quàm nomen.Quia enī
ſoli filij gratiæ in libro vitæ ſunt nominati,& hi per ſeptē ætates
ſeculi currunt, idcirco cōgruè ſeptē per ordinem ſunt cōſcripti,
in quorum nominibus gratia cōmendatur:cuius prima ad veros
miſeros condeſcenſio cōgruè exauditio & conſolatio riſus meri
tò vocatur:ac deinde mentis in Deum oblatio ac ſacrificiū opti
mè vocatur.Noſtri verò per eā in Deum oblatio, & intentio, &
ſacrificatio optimè vocať Ioſias,id eſt,in quo eſt incēſum,& poſt
hoc ſingulariter illū inatio præcurrens Chriſtū inducitur.In ho-
ra enim incuſus dictū eſt Zachariæ quod vxor eius pareret ſibi
filium quē vocaret Ioānem,id eſt,in quò eſt gratia.Sexto autem
menſe nominatur nomen Ieſu & cōceptio eius,quia,poſt prædi-
cta ipſe fons gratiæ ſaluificus expreſſus prægustatur, & tunc cū
hoc ſentitur nomen Emanuël,id eſt,quod Deus eſt nobiſcum,&
hic eſt virtus & victoria deprædationis hoſtium noſtrorum.

## *CAPVT DECIMVM OCTAVVM.*

*Hac ſexta apparitio Abrahæ facta ex multis commendatur.*

*APparuit autem ei Dominus.* Hæc eſt ſexta apparitio
in qua ſingulariter apparuit Deus trinus & vnus.
Commendatur autem hæc apparitio ſingulariter
ex ſeptē.Primò ex euidentia expreſſionis. Secūdò
ex familiaritate comeſtionis. Tertiò ex efficacia
promiſſionis,ibi:*Cumque comediſſent,&c.* Quartò ex referatione
familiariſſimæ reuelationis diuini conſilij & iudicij,ibi: *Cùm er-
go ſurrexiſſent.*Quintò ex ſingulari exauditione precum Abrahę,
ibi:*Abraham verò adhuc ſtabat.* Sextò ex ſeueritate iuſti iudicij
Sodomæ,ibi:*Veneruntque duo Angeli.* Septimò ex liberatione Lo-
th propter preces Abrahæ,quæ partim interſeritur, partim ſub-
iungitur ſextæ parti.Poſt hæc autem ſubiungitur etiam quomo
do duæ filiæ Loth,conceperunt ex eo,ibi: *Dixitque maior ad mino
rem.*Et poſtea ſubditur receſſus Abrahę de Hebron in Gerarem,
& liberatio Saræ de manu Abimelech Regis, infrà. Profectus
inde Abraham,& prædicitur etiam concept⁹ & partus Iſaac, ibi
*Viſitauit autem Deus Saram.* Circa hanc autem apparitionem eſt
primò quærendum,An tres viri Abrahę apparentes tenuerūt per
ſonam Dei,an ſolum alter eorum.Secundò, an Abrahā à princi-
pio cognouerit Deum ſibi apparere in ſpecie trium virorū, vel ſo
lūmodo tres crediderit eſſe homines.Tertiò, an hi tres ſecundū
rem



rem fuerunt Angeli.Quartò,quare & quomodo Deus vel Ange
li in ſpecie virorum comederint. Quintò,erit vidēdū de circon
ſtantiis hui⁹ viſionis hic ſignāter deſcriptis,ſcilicet de loco & ſtā
di modo, quia ſedebat in oſtio,& in conualle Mābre,quia in fer
uore diei,& ſic de aliis.Ad primū dicendum , quod licèt quidam
falſo dixerunt,quod vnus ſolus tenebat perſonam Dei & Domi
ni,duo verò reliq tenebant perſonā Angelorū & Sanctorū Dei.
Vnde & infra dicto quod Domin⁹ diſceſſit ab Abrahā, ſubditur,
quod venerunt duo Angeli.Certū eſt tamen ex verbis huius ſcri
pturę,quod tres viri prædicti tenuerint pariter ꝑſonā vnius Dei,
ſic tamen quod vnus ꝓpriè tenuit perſonam patris, duo verò q
dicti ſunt Angeli,geſſerūt perſonā filij & ſpiritus ſancti.Quod ꝓ
batur. Primū ex eo ꝙ Loth infrà ad duos qui dicti ſunt Angeli
loquens,dicit in ſingulari.*Quæſo Domine mi.*Et aſcribit eis autho
ritatem & poteſtatē vni cōpetentē,ſubditq; in ſingulari quod Do
min⁹ dixit ad eum,Ecce etiā in hoc ſuſcepi preces tuas.Et ſecūdō
quia in principio huius totalis viſionis dicit Moyſes ꝙ apparuit
Dominus Abrahæ,& poſtmodum nō dicit qualiter,niſi ſolùm ꝓ
quāto ſubdit,tres viros ei apparuiſſe.Nullumque horum in ſpe-
ciali exprimit altero diſſimilem aut maiorā.Tertiò,quia plerum
que præmiſſo in plurali quod Abrabā loquitur ad eos, ſubditur
in ſingulari,Domine mi.Et ipſi cōſimuliter primò pręmiſſi vt plu
res ſubdunt in ſingulari:Ego veniā,& conſimilia.Prætereà recta
ratio dictat,ꝙ ex quo Dei filius ei pro ſemine in quo benedicen
dæ erāt omnes gētes,promittebatur, licèt more veteris teſtamē
ti hîc ſub velamine exprimatur: quod ſibi Trinitatis myſteriū re
uelaret.Decebat etiam quod hæc veritas radices mitteret in Pa
tribus & Prophetis veteris teſtamēti,inſtar ſtipitis & ramorū ꝓ-
palanda in nouo.Ad ſecundum dicendū quod ſecundum Augu-
ſtinum 16.de ciuitate Dei,cap.29.Abraham in principio eos æſti
mauit eſſe homines, alià s non tanquā mortalibus & humana re
fectiōe indigentibus miniſtraſſet.Verūtamē veriſſimè cognoſce
bat Dominū eſſe in eis, ſicut eſſe aſſolet in Prophetis.Sed cōtra
hoc vltimum quidam arguūt.Primò, qa ex tali æſtimatione Dei
in prophetis non eſt conſuetum loqui ad eos tanquam ad vnum
exiſtentem Deum in eis , nec in adoratione eorum adorare vnū
Deum.Secundò,quia nec ipſi Prophetę ſoliti ſunt loqui in perſo
na Dei,niſi præmittendo:Hæc dicit Dominus Deus,aut aliquid
æquiualens.Poteſt igitur dici, quod ſicut Chriſti diſcipulis eunti
bus in Emaus,Chriſtus eis apparens,primò creditus eſt eſſe pere
grin⁹,ex quo tamē cœpit loq ad eos,æſtimatus eſt ab eis multū

*Reſpōſio ad ſecundum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



reuerendus:&vt poſtmodum confitētur,multū ardoris in corde
eorum per ſua eloquia immiſſum eſt,& tanquam reuerendū pe
regrinum ipſum inuitant,& ad ſuam cœnam compellūt, & tam
dem in fractione panis ipſum Chriſtū agnoſcunt. Sic, vt videtur
Abraham in principio hos tres æſtimauit eſſe homines,poſtquā
autē comederunt,& authoritate maieſtatiua tanquā vnus Deus
loquuntur ad eum. *Reuertens veniam ad te,&c.* tunc ſe habuiſſe vi
detur ad eos tanquam ad vnum Deum, id eſt, tanquam ad tres
perſonas vnius Dei. Et cōſimiliter videtur fuiſſe in Loth,vbi ſcri
bit:Dixitq; Loth ad eos,Quęſo Domine mi,&c.cœpit Loth co-
gnoſcere illos duos Angelos ſiue viros,id eſt,vnū Deū,& tā quā
duas perſonas vnius Dei.Sed huic modo dicendi obuiare videt,
qa in primo occurſu Abrahę ad eos, dicitur eos adoraſſe,& ī ſin
gulari dixiſſe,Domine,ſi inueni gratiam in oculis tuis,ne trāſeas
ſeruum tuum.Sed ad hoc poteſt dici quod etiā in principio facta
eſt in Abrahā quædā occulta & interna īſpiratio & motio cōpel
lēs eū ſic loqui,quāuis nondū in ſeipſo plenè aduerteret,quid in
mente ſua,quo ad hæc,gerebatur.Certū eſt eñ ſæpè fieri immiſ
ſiones & internos ſenſus & mot⁹ in aliquib⁹, & hoc in quibuſdā
noſtri tēporis me arbitror cōprobaſſe. Vnde & ſæpè contingit ꝙ
tales poſtmodū aduertūt ſe aliqua ſenſiſſe in viſionibus ſuis,aut
etiā ī ſcripturis quæ pri⁹ nō aduerterāt ſe ſenſiſſe,dū diuina lege
rent,& viderēt, vel audirēt.E præcipuè hoc cōtigit quādo homi
ſit ſibi quaſi ſuæ libertati aut libero arbit. relinquit:quod in quo
buſdā diuinit⁹ agitur,ſibimet nō plenè relictus.Nónne eñ mira
bile eſt ꝙ Paul⁹ ī raptu ad tertiū cælū neſciuit an ei⁹ anima eſſet
*Au.li.16.de ciuit.ca. 29. paulò à fine* tunc in corpore ſiue extra corp⁹?Et ſic puto in Abrahā cōtigiſſe.
Ad tertiū Aug.vbi ſuprà dicit,ꝙ ipſos fuiſſe angelos ſcriptura te
ſtat,nō ſolū in hoc lib.vbi hęc narrāt,ſed etiā ī epiſt.ad Heb.ca.
ſcilicet vlt.vbi cū hoſpitalitas laudaretur.Per hāc(inqt)quidā ne
ſciētes hoſpitio receperūt angelos,vel vt noſtra litera habet,Per
hāc enim placuerūt qdā angelis hoſpitio receptis. Videtur ergo
dicēdū ꝙ forma corporalis horū triū Abrahę viſibiliter apparēs
habuit triplicē reſpectū.Primò videlicet ad ſuā viſibilitatē ſiue fi
gurā viſibilē,& ſecūdū hoc prætēdebat humanā ſpeciē virorū,&
*Dionyſ.ca.5. Eccle. Hier. in tit.de perfectionibus ſacerdotum.* ꝓ tāto vocātur hîc viri.Secūdò ad ſuū efficiēs,& mouēs ꝓximū
& immediatū,& hi fuerūt angeli iuxta regulas Diony.de legib⁹
Hierat.ꝙ De⁹ per miniſtros intermedios regit inferiora. Tertiò
ad ſuū principale ſignificatū.p quod principaliter repræſentādæ
erāt ſpecies virorū formaræ,& hoc modo apparebāt & repręſen
tabāt in eis principaliter tres pſonæ vni⁹ Dei.Vnde tā in figuraq
in aſpe-



in aſpectu,& geſtu,& locutione,& efficatia,refulgebat qdā mo-
dus maieſtatiu⁹,& dominatiu⁹, & Deificus, ſoli ſummo Deo ſin
gulariter cōpetēs. Pōt autē eſſe ꝙ ſicut dæmō in viris arrepticiis
plerūq; ita loquitur,ꝙ audientes aliquādo principaliter ferūt ad
dęmonē in illis loquētē,aliquādo verò ad ipſos arreptitios,ꝙ ſic
Deus p angelos ſuos quos immediatè inhabitat, moueret illas
ſpecies viſibiles triū virorū,ſicꝙ aliquādo mētē & ſenſū Abrahæ
principaliter ducebāt in Deū inde apparētē & loquētē,aliquādo
verò quaſi ī homines,& fortè aliquādo quaſi in angelos Dei. Ad *Reſpōſio ad*
quartū dicendū,ꝙ nō fuit magnū in corporibus aſſumptis cibos *quartum.*
traiicere & occultè cōſumere & reſoluere.Cauſſa autē ꝓpter quā
De⁹ voluit aſſumere formā comedētis & lotionis pedū,& cōſimi *Cur deus in*
liū,inter cæteras fuit triplex.Prima eſt vt in prīcipio ad literā cre *illorum triū*
derēt eſſe homines, & ſic p cōſequēs pietas & hoſpitalitas Abra *virorū ſpe-*
hæ & Loth ꝓbaretur & exerceretur,quæ quidē tāti eſt ponderis *cie comedere*
apud Deū vt Apoſt.ex ei⁹ virtute dicat eos meruiſſe angelos ho- *voluit.*
ſpitio habere.In hoſpitalitate eñ generaliter ad omnes,& ſpecia
liter ad ſāctos,nō ſolū liberalitas,ſed etiā multa humilitas,& pie
tas,& ſocietas & fraterna charitas,& ſāctorū ſpiritalis collocutio
& domeſtica & cōmēſalis cōmunicabilitas cōnutrit & cōparti-
cipatur.Sed tamē quomodo Abrahā potuit credere ipſos ille vi
ros ſāctos, cū ſciret illo tēpore omnes gētes ad idololatriā & ad
multa alia vitia declinaſſe? Ad hoc dicēdū ꝙ nō eſt credēdū oēs
illius tēporis in tātū erraſſe, quin adhuc eſſent hinc inde aliq̄ ſin
gularis ſanctitati, ſicut vtiq; erat Melchiſedech & Sē filius Noē
adhuc viuēs,& aliqui alij Patres antiqui,& quāto ex hoc ca.& ſe
quēti apparet,illo tempore S. Patres in multa ſimplicitate incide
bāt,in ſuis mutuis receptionib⁹ ſoliti erāt ſibiinuicē pedes laua-
re.Vnde Abrahā & Loth īuitauerūt iſtos ad lotionem.Secūda cau
ſa eſt, vt p hoc familiari⁹ ſe iūgeret De⁹ Abrahæ,& etiā omnibus
fidelibus hoc factū audiētib⁹ & credētib⁹,& vt p hoc ipſum Abra
hā ad maiorē ſpē & timorē,& fiducialiorē amorē erigeret ſurſū.
Tertia eſt,vt verā humanationē Chriſti futurā,ī qua cū homini
bus verè comedit,ꝓpheticè pręfiguraret:& vt epulas ęternę pa-
trię nos cū Deo finaliter participaturos ī quadā viſibili magine
præmōſtraret,& etiā epulas gratiæ,quas tota trīitas facit īmēti-
b⁹ amicorū,ſuorū iuxta illud Ioā.14.Siqs diligit me,pater me⁹ di
liget eū,& ad eū veniem⁹,& māſionē apud eū faciemus. Et nota
ꝙ cōgruè De⁹ dicitur hic apparuiſſe, vt viator & paup verecūdè
ſubſidia vitæ petēs,vt pfiguraret vitā Chriſti, de qua Hier.54.di
cit,Quare quaſi colon⁹ futur⁹ es ī terra, & quaſi viator declinās

ad manendum?quare futurus es veluti vir vagus?&c.Et vt præfiguraretur quod tota Trinitas in nobis viatoribus & peregrinis viã quaſi ductor,& ſub ſpecie ænigmatica & peregina vt viator demonſtrat.Patet autẽ quod dictũ eſt , tũ quia vidit eos ſtantes, tũ quia ad pedum lotionem inuitat, quia id non ſolet fieri equitantibus,tũ quia dicit eis,poſteà tranſibitis, vt pauperes ſcilicet: & etiã quia dicit eos idcirco de via communi declinaſſe & vediſſe ad tabernaculũ eius,vt reficerentur ab eo. Et ſuprà non dicitur qđ viderit eos euntes,ſed ſtãtes,& hoc eſt ꝓpriè ſignũ petẽtiũ.Vnde hodie ſicut fratres mẽdicãtes , dũ declinãt ad domũ alicuius ſibi ignoti , ſtant ſic ad portam, ibi gradum figentes quaſi petẽtes hoſpitium.Et ſic videtur quod fecerit Deus in ſpecie triũ virorũ.Quia ſecundum Ambroſium lib.de officiis, Verecundia petẽdi,ingenuos prodit natales.Idcirco hanc formam decet nos diſcere à Deo in ſpecie pauperis apparente: nõ autem decet nos eſſe importunos & inuerecundos quæſtores. Vnde Abrahã & ſe & ſua liberaliter offerenti,non dicunt,da mihi hoc & illud,ſed ſolùm fac quod locutus es , quaſi dicant , Specialia non petimus, ſed quod dare volueris,recipimus. Ad quintum dicendum quod circunſtantiæ huius apparitionis tanquã ſextæ,vel præcipuè,debuerunt congruere,ſpirituali exceſſui huius viſionis deſignãdo. Fit igitur in meridiano feruore diei,vt ſimul deſignaret charitatẽ & feruorem amoris Abrahæ ad Deum , & Dei ad Abrahã. Fit & in ſexta hora diei tanquam apparitio ſexta,vt deſignet apparitionem ſextæ ætatis factam in Chriſto & ſexti tẽporis Eccleſiaſtici de quo ſatis habetur in Apocalypſi.Fit etiã ſedenti,ad deſignandum tranquillitatem mentis Abrahæ,& ad innuẽdum quod exceſſus contemplationis non eſt niſi mente quieta.Fit ſedenti in oſtio tabernaculi,ſicut & Heliæ ſtãti in oſtio ſpeluncæ,quia non fit niſi in mentibus ſuũ corpus habẽtibus ꝓ tranſitorio tabernaculo & ꝓ carcerali ſpelũca,nec immerſis in illis,ſed quaſi de illo aa æterna egreſſis.Fit etiã in connualle Membre,quæ interpretatur diuiſio,vel claritudo.vel alienatio.Fit enim in profundo humilitatis in ſe habentis diuiſionẽ, & contẽptũ omnium mundalium & claritatem cœleſtium radiorũ, & alienationem ſenſuum ab operationibus ſenſualibus Fit etiã,ſecundum literam 70 circa quercum,quę ſecundum Iſidorum 17.Etymologiarum,fertur vſque ad Conſtantini Regis imperiũ perduraſſe.Eſt enim arbor ex ſuo genere multũ annoſa,cuius fructus glãdula vocatur,quæ in medicaminibus adhibetur.Sub hæc autẽ quieuerunt & comederunt,quia crux Chriſti & tota textura operũ naturę,gratiæ,& gloriæ

*Deus habuit ſe hic vt frater medicorum.*

*Ambroſ.*

*Benè expenduntur omnes circunſtantiæ apparitionis huiꝰ.*

*Iſidor.li.17. ca.7.à med.*



gloriæ,& omnis diuinæ ſcripturæ atque doctrinę,eſt veluti quercus,ſolida arbor & ramoſa.Sub qua,& in qua exceſſus diuinæ cõtemplationis menti ſanctæ apparet.In quolibet enim prędictorũ inſtar arboris inuenies radices fundamentaliũ principiorũ, procedentium per media vſque ad fructus finalium operum ſeu circuncisionũ. Nota autem actus Abrahæ.Primò enim videt:Secundò,in occurſum currit:Tertiò,adorat:Quartò, inuitat:Quintò,pedes lauat:Sextò:feſtinè mandat Saræ vt panes de ſimila puriſſima paret,Septimò,ipſe optimum vitulũ celeriter aſſumit, & per famulum occidit & coquit,coctumq́;cum butyro & lacte coram apponit,ipſiſq; aſſiſtit. Poſt primam enim Dei ſpeculationem inſilit & occurrit,affectus ad Deum,totúmque Deo vſq; ad infima ſubiicit & proſternit,ac proinde Dominum ad ſe inuitat & trahit.Et vt Deum reficiat potius quã ſeipſum,quod eſt charitatis altioris & tranſcendentioris:ac deinde profunda diuinorũ proceſſuum mentali puritati detegit ſuperapparentium & ſuperpoſitarum contrarietatũ obſtacula, quaſi ſordes diuinorũ pedũ ſpiritali lauacro abſtergẽdo. Vel per pedes deſignãtur non ꝓfunda ſed infima ipſius Chriſti.Poteſt etiã ꝑ lotionẽ pedũ ſignificari humilis pietas & reuerentia,quæ mẽti occultã ipſam vtilitatẽ mẽbrorũ Chriſti dictã puriſſimã fidẽ & intelligẽtiã beatiſſimę Trinitatis ſubtili perſcrutatione & collatione cõmixtã, & igne charitatis ſub cineribus humillimæ abnegationis omnis ꝓprij ſenſus & rationis,ſibi per Sarã apponit. Quæ quidẽ per tria ſata ſimile deſignãtur.Simila eñ eſt puriſſimꝰ flos farinę triticeæ ꝓuinciæ Paleſtinæ,capiẽs vnũ & dimidiũ modiũ ſecũdũ Iſidorũ Dei eñ eſſentia in tribus perſonis capit vnũ ſummũ bonũ, & omne ens creatũ vel creabile quod eſt quaſi dimidiũ & ſemiplenũ bonũ,vt cũ offert ſibi totam puritatẽ prinæ potẽtiæ , ſcilicet intelligentiæ,voluntatis & memoriæ.Sed ipſe per ſe tanquã ꝑ ſummũ apicẽ mẽtis ſuæ offert vitulum per famulũ de armẽto ablatum,occiſum & coctũ,Chriſtum videlicet:Non per S.Patres,ſed per impios Iudæos ab hominibus ſegregatũ & crucifixũ:& per incendiũ deuotionis coctum,& ſacrificatum. Quæ apponuntur cũ butyro,id eſt,cum ſapore ſyncero,ſuaui & pingui : & cum lacte,id eſt,cum pura & innocẽti ſeu infantuli ſimplicitate , ſicque totus diuinæ menſæ,diuinæque refectioni aſſiſtit. Et nota quod omnia prædicta facta ſunt etiã mira feſtinatiõe & celeritate, qa ſpiritus extaticꝰ & ſuperferuidus neſcit agere lentè & tardè,imò inſtar aquilæ viuaciter & agiliter volat.Dicit autẽ. *Et ponam buccellam panis.* Vbi ſumit panẽ pro omni comeſtibili. Buccellã verò

*Actus omnes Abrahæ expẽduntur.*

*Vide eum.*

*Iſidorus.*

*Nota.*

*Spiritus extaticus aquila comparatur.*

Universidad de Deusto Biblioteca



dicit autẽ ex humilitate,aut in ſignũ accelerati & ſuccincti prandij,feſtinãtibus miniſtrãdi.Dicit etiãvitulũ tenerrimũ,id eſt,multũ iuuẽculũ,& nõ duras , ſed tenerrimas carnes habẽtẽ.Vitulus

*Vituli,hædi, & agni carnium differentia.*

eim hœdus quia ſunt de matre ſicca , eò ſunt meliores quò ſunt iuniores:Agnus verò quia eſt de matre multũ humida,eſt in principio minus bonus ad eſum.De arbore autẽ ſub qua hęc refectio fuit,ſunt quędã alia myſteria tacta ſuprà. *Cúmque comediſſent,dixerunt ad eũ:Vbi eſt Sara vxor tua.* Non hoc quærũt quaſi ignorãtes ſed vt ex reſpõſione Abrahę detur occaſio ſequẽtia ſubtexẽdi.Ille reſpõdit: *Ecce in tabernaculo eſt.* Nota religioſitatẽ S.Sarę.Sic eñ eis deuotè ſeruiunt,quod tamẽ ſeipſam extraneis nõ mõſtrauit,

*Quid ſanctæ mulieres obſeruare debẽt dũ hoſpites domi recipiuntur.*

ſed in interioribus manſit,hoc eñ decet fœminas& dominas ſanctas,& in hoc ſeruatur ordo Hierarchiarũ,qa ſuperioris eſt abſque velo & immediatè Deo aſſiſtere,ſicut hic Abrahã faciebat:inferioris verò p intermediũ velũ & mediãte ſuperiori. *Cui dixit,Reuertẽs veniã.&c.* Quęritur quomodo à trina corporali ſpecie triũ virorũ potuit vna vox emanare,vt de omnibus tribus in ſingulari dici potuerit hoc quod dixit,Reuertens veniã ad te.Ad qđ duplex reſpoſio põt dari.Prima eſt quod quãuis vox fuerit corporaliter trina,ſignificatiõe,tamẽ cauſaliter ac intellectualiter fuit vna,tãquã ſcilicet ab vno Deo in tribus loquẽte:Sicut dato quod vnus & idẽ dæmõ tres viros agitans per eorũ linguas eandẽ rem conſimili voce loquatur:apud eũ qui audiret dæmonẽ in tribus & p tres loquentẽ,eſſet quodãmodo vna vox.Sicut& ſi aliqs nobis per ſcripturas triũ ſcedularũ loquatur.Non dicimus in plurali,Hi dixerunt hæc nobis,ſed iſte dixit,

*Secunda reſponſio.*

Secunda reſponſio eſt qđ Deus miraculoſe per triũ perſonarũ corpus aſſumptũ vnã ſolã vocem protulit,vt ſecundũ rem,aut ſaltem ſecundum ſenſualem apprehenſionẽ Abrahæ.Ita quod ipſi Abrahæ fuit ſenſibiliter viſum quod eadẽ vox fuit trium.Et quicquid ſit de primo,hoc vltimũ fuit valdè facile Deo.Aliàs poſſet dici quod vnus loqueretur in perſona omniũ triũ,ſicut Petrus in perſona omnium Apoſtolorũ aliquando reſpondebat.Primi tamẽ modi videntur magis honorifici Deo & amplius congruere myſterio ſanctæ Trinitatis quãuis modus tertius reſpectu noſtri benè cõpetat Deo,tũ quia per filiũ incarnatũ tota Trinitas locuta eſt nobis,tum quia more ſcripturarũ appropriatiuè loquendo tota trinitas aliquando loquatur nobis per Spiritum ſanctũ, aliquãdo per verbum inſpiratum,vel per viſibilẽ apparitionem ſicut nunc,vel per inuiſibilẽ & nouũ gratiæ effectum.Nota quod annum integrũ ab apparitione vſq; ad partẽ Iſaac ponit,tũ ꝓpter alias cauſas:tũ etiã ne



ne ſtatim quaſi in Dei aduentu carnalis conceptio videatur facta fuiſſe,ſed potius ferè poſt tres menſes. *Vita comite.* Secundũ Hieronymum ſeptuaginta habent,in tẽpore hoc,& in hac hora.Sed pro hora eſt in Hebræo vita,vt ſit ordo vel ſenſus,Reuertar ad te in tempore vitæ,quaſi dicat,Si vixero , vel ſi vita fuerit comitata.

*Hierony in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

Dicit hoc autem more humano,Hæc Hieronymus. Et tunc põt id dici,non quaſi ſit incertus de ſua vita in tempore illo,cùm eius vita ſit immutabilis & æterna,ſed vt ſuo exemplo doceat nos ſic debere loqui cùm loquimur de futuris per nos fiendis,iuxta qđ docetur Iacobi 4.Quamuis in eo quod in Hebręo eſt (in tẽpore vitæ) poſſit nominari occultè tẽpus gratiæ viuificæ. Vel ſi ibi eſt in tempore hoc in vita hac,ſiue in tempore huius vitę,ſignificetur quod Deus venturus ſit ad eum in tali tempore ſecundũ effectum vel formam pertinẽtẽ ad ſtatũ huius vitæ. Secundũ literã verò 70.quę habet,In hora hac videtur Deus vim ſuę præſentiæ & prouidentiæ velle monſtrare,ita vt nõ prædicat tẽpus natiuitatis Iſaac in generali,ſed etiã horã. *Et deſierunt Saræ fieri muliebria.* id eſt,menſtrua,quibus deficiẽtibus deficit vis cõcipiẽdi & pariẽdi. *Quæ riſit occultè,dicens,* ſcilicet ĩ corde,vel quaſi inter dẽtes,aut valdè ſilenter.Hęc eñ narrantur ad oſtendendũ quomodo Deus pręſciuit ſecretũ riſum & verbũ. *Dixit autem Dominus ad Abrahã, Quare riſit Sara?* Nota quod Deus volens corripere Sarã,nõ conuertit ſermonem ſuũ ad illã,ſed ad virum eius.

*Cur Deꝰ per Abraham, non per ſe Saram corripuit.*

Primò, vt doceat quod ordine Hierarchico debet à Deo p intermedium ſuperiorem inferior gubernari & corripi. Secundò,quia Sara nõ erat tũ corporaliter ibi pręſens,erat autem ibi vir eius. Tertiò vt parceret rubori & confuſioni Sarę,& ideo loquẽs ad virũ,eã quaſi diſſimulatoriè corrigit.Sed quare Deus increpat Sarã. Nũqd debuit ipſa hoc ſtatim credere?Dicẽdũ quod ſi ratio ſui dubij ꝓueniſſet ex ambiguitate ſenilis ętatis,& ex incertitudine diuinę reuelationis,tũc diſcretè & meritoriè dubitaſſet, quia tũc ꝑſumptuoſum & temerariũ eſſet firmiter aſſerere,qđ Deus non clarè & euidẽter reuelat. Quia verò hoc cõtingit ex pręponderatione cõmunis curſus naturę ſup potẽtiã Dei ex diffidentia ex hoc ſumpta, ideo peccauit. *Nunquid Deo eſt quicquam difficile?* Nota ꝙ Deus volẽs,oſtẽdere ſe poſſe prędictũ miraculũ fœcũdationis Sarę facere,dixit, Nũquid Deo eſt qcquã difficile.Et illud idẽ fecit Hieremię 32.cap.vbi dicit ſe traditurũ filios Iuda in manus Caldęorũ; & tandem reducturum,vbi tamẽ pręmittit, Ecce ego Dominus Deus vniuerſę carnis. Nunquid mihi difficile erit omne verbũ? Et paulò antè dicit Hieremias , Ecce tu feciſti cœlũ & terram in

*Hierem.32.*

*Quid intelligitur per verbũ, dum omne verbum Deo poſſibile dicitur.*

fortitudine tua magna,& nõ erit tibi difficille omne verbum.Et
hoc ipſum dicit Angelus Virgini,annuncians conceptũ filij Dei,
prout habetur Luc.1.Per omne autem verbum,vel per quidquã
id eſt,per quodcũq; intelligitur omne quod habet rationẽ entis
& factibilis & abſq; contradictione cogitabilis & dicibilis.Vnde
quando Iudæi negant miracula & magnalia fidei Chriſtianæ tã
quã impoſſibilia Deo,vt ſunt Chriſti incarnatio , & eius ęterna
generatio,& conſimilia,inter multa quibus confutari poſſunt &
hoc vnum eſt, *Quod riſit occulte,dicens:Pòſtquam conſenui,&c*
Ex hoc patet quod ipſa riſit tanquam dubitans & diffidens de cõ
ceptu prolis propter ſenectutem tã ſui quàm viri. Videtur etiam
quod vltra hoc Sara in verbis iſta velle notare,quod amodò in-
cõueniens erat ipſam viro ſuo corporaliter commiſceri,& carna
li delectationi vacare. Quod vtiq; verũ eſſet,niſi ex ſpeciali Dei
pręcepto vel cõſilio & citra ſpem prolis hoc fieret.Sed quęritur,
quomodo decẽter Deus viuificauerit vim generatiuam Saræ &
Abrahę,quæ ſecundũ Apoſtolum ad Romanos 4.iam erat quaſi
mortua, cùm in hoc ipſo ſit viuificatio vitioſæ cõcupiſcẽtię illiꝰ
partis.Dicendum quod Deus per ſe non viuificauit, niſi natura-
le bonũ vis generatiuæ,& hoc quod decenter fecit &facere po-
tuit,quamuis ad hoc per accidens ſequeretur reuiuificatio vitio
ſæ concupiſcentiæ illi parti ingenitę:non enim habet Deus relin
quere ſuos bonos & fructuoſos effectus.Quãuis poſſit dici quod
in viuificationẽ generatiuè eorũ nõ fuerit vitioſa concupiſcẽtia
plus accẽſa quã prius eſſet , hoc enim modo benè potuit fieri à
Deo.*Iuxta condictum*,id eſt,iuxta qđ tibi promiſi & dixi. *Negauit Sara,dicens:Non riſi,timore preterrita.* Hoc vltimũ ſubdit Moyſes,
vt oſtendat quod Sara non negauit hoc quod Deus aſſeruerat
tãquã ſcienter & irreuerenter vellet Deo cõtradicere, aut quaſi
aſſueta mentiri,aut tanquã volũtariè ſiue electiuè mentiens:ſed
potius , tanquã ex paſſione timoris ſeu verecundiæ ad hoc quaſi
repẽtè & ſine deliberatione impulſa. Sed quomodo Sara potuit
credere poſſe ſe à Deo abſcõdi Dicẽdũ ſicut ſuprà dictũ fuit de
Adã ſe inter arbores à facie Domini abſcõdẽte.*Dominus autẽ:Non eſt (inquit) ita,ſed riſiſti.* Duplici ex cauſſa Deus ita fortiter obuiat
negationi Saræ.Primò ſcilicet vt oſtẽdat infallibilitatẽ pręſciẽtię
ſuę,quod nihil poteſt eũ latere,& vt eo ipſo eos amplius certifi-
cet de verificatione ſui promiſſi.Secũdò,vt per eã fortẽ obuiatio
nẽ & increpationẽ Saræ diffidẽtia pleniꝰ expurgetur, & vt etiã à
repẽtino mendacio in poſterũ reddatur cautior.*Dixítq; Dominus: Num celare potero Abrahã quæ ego geſturus ſum?* quaſi diceret , non
pote



potero.Nõ quin de poteſtate abſoluta hoc poſſet,ſed vult dicere
quod tã familiari amicitia diligit ipſum:quod nõ poſſet velle illa
ſibi celare.Super quo nota,ꝙ in hoc ipſo Deus innuit ꝙ in pau-
ciſſimis & rariſſimè & difficillimè ſecreta ſuorũ iudiciorũ reue-
lat antequã fiãt, aliàs fruſtrà pręmitterẽtur verba iſta huiꝰ autẽ

*Deus paucis & difficile ſua ſecreta iudicia reuelat.*

prima ratio eſt,vt in hoc ipſo Deꝰ doceat ꝙ ſecretũ cõſiliũ Rega
lis perſonę nõ eſt paſſim reuelãdũ,qa eo ipſo fieret minꝰ reuerẽ
dũ,& ipſa detectio caperet leuitatẽ.Secunda ratio eſt,quia ſum-
ma & profundiſſima ſolũ ſummis , & ſolũ ad hoc idoneis ſunt à
Deo immediatè reuelãda,vt tandẽ ꝑ illos ceteris,ſuo tamẽ tẽpo
re & ſub debita ꝓportione reuelẽtur.Et hic igitur pręmittitur i-
doneitas Abrahę,tã reſpectu ſuæ futurę magnificẽtię,ad quã e-
rat adeò electꝰ,quã ſuę magiſtralis & paternę ſolicitudinis reſpe
ctu ad tradẽdũ poſteris ſalutaria præcepta diuini cultus. Tertia
ratio eſt, qa Deꝰ eſt valdè difficilis ad publicandũ occulta crimi
na noſtra,vnde vix ſecretè ſoli Ioãni voluit ſubinnuere Iudã ꝓ-
ditorẽ , quãuis nobis hoc expedire videretur ad ſciendũ ꝙ Chri
ſtus eſt volũtariè paſſus tanquã pręſcius ꝓditionis cõtra ſe fiẽ-
dę. Plures ſunt & alię ratiões,quas ſuper Mat.ſcripſi.Sed quęri-
tur,Ad quid Deꝰ Abrahæ reuelat iudiciũ deſtructionis iſtiꝰ?Dicẽ
dũ ꝙ fecit hoc primò,vt ex hoc plenius cõciperet Deũ vt ſibi fa-
miliariſſimũ & apertiſſimũ,vt ſic ex hoc plꝰ incaleſceret ĩ Dei a-
morẽ,& fiducialiꝰ ſperaret in illũ:& hinc eſt qđ Deꝰ eidẽ in prin-
cipio dixit ſe ad reuelãdũ moueri ex multo amore cõmunicãdi
ſe ſibi. Secũdò,vt ꝑ hoc & cõſimilia oſtẽdatur, ꝙ Deꝰ notabilia
iudicia huiꝰ mũdi reuelat aliquibus multũ ſpecialibꝰ priuſquã fa
ciat illa.Tertiò,vt Abrahæ detur occaſio deprecãdi ꝓ Loth,&ſic
ꝑ cõſequẽs pateat ꝙ eius meritis eſt liberatus Quartò,vt oſtẽda
tur ꝙ Deꝰ vult nos ſcire & timere iudicia ſua,& ꝙ eorũ notitia&
meditatio multũ expedit nobis,& qa ꝑ S.Patres tanꝗ̃ ꝑ Dei mi-
niſtros ſumus de eis plenius edocẽdi : idcirco oportet ꝙ illa cla-
rius& immediatius reuelẽtur à Deo.Vnde & hic dicitur,ꝙ Deus
reuelauit hoc Abrahæ,qa erat futurus pater gentis magnæ,& ꝓ-
cepturus eis vt Deũ,eiuſq; iudicia ſempꝑ timerẽt. Quintò, vt o-
ſtẽdatur ꝙ ĩ hac vita cõſolationibꝰ triſtitia ſunt miſcẽda.Et ideò
poſt viſionẽ cõſolatoriã & ꝓmiſſoriã ſubditur reuelatio terribilis
iudicij Dei.Sextò,vt oſtẽdat ꝙ de ꝑfectiõe cõtẽplatiõis eſt,nõ ſo
lũ Dei præmia,ſed etiã iudicia & ſupplicia cõtẽplari:& vt cũ hoc
myſticè figuretur,ꝙ in clara reuelatiõe beatiſſimę Trini.mũdia-
lia euaneſcũt,videturq; in ea ſeu ꝑ eã deſtructio carnaliũ & teꝑ-
porũ.Vñ quãdo fuit Virgini reuelatio ꝑ angelũ facta, tũc calum

*Deus agrè occulta crimina noſtra publicat.*

*Cur Deus deſtructionem Sodomorum Abrahæ reuelat.*

*Optimæ rationes.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iudęorũ paulò pòſt factũ pręuidit & prædixit,dicẽs:Depoſuit po
tẽtes de ſede,&c.Et etiã cũ per Chriſtũ & Apoſtolos fuit euãgeli
ca veritas ꝑdicata,tũc poteſtas dęmonũ &idololatria corruerũt:
quãdo verò per doctores fuit ſubtiliter expoſita &defenſata,tũc
hęreſes ceciderũt , cũq; apertione ſeptimi ſignaculi liber beatiſ-
ſimę Trinitatis plenius reuelabitur,tũc corruet character beſtię
Antichriſti.Septimò, vt ex ſubſequẽte euẽtu præiudicati iudicij
Sodomorũ Abrahã & Sara ſenſibiliꝰ cõfirmarẽtur,tã viſione bea
tiſſimæ Trinitatis,q̃ de promiſſione filij naſcituri ex eis. *Cũ futu-
rus ſit in gentẽ magnã,&c.* Duplici ex cauſa hoc pro rõne quod nõ
deberet ſibi illud iudiciũ cælari,ſubditur.Prima eſt præexcellen-
tia meriti,& gratiæ Abrahæ diffundẽdæ in oẽs gentes,&ſingula-
ritas charitatis eius ad ampliandũ diuinũ cultũ. Secũda eſt præ-
ſidẽtia ſui regiminis , ꝓpter q̃ decebat ſibi ſicut aliorũ rectori &
doctori plura Dei arcana reuelari. *Et faciãt iudiciũ & iuſtitiã.* Hęc
duo in ſcripturis aliquãdo pro eodẽ ſumũtur , vel per iuſtitiã ſi-
gnificatur actꝰ ſingularis iuſtitiæ, per iudiciũ verò actꝰ eius vni-
uerſalis,qui in cõi iudicio eius exercetur. *Vt adducat Dominus pro-
pter Abrahã omnia quæ locutus eſt ad eũ.* Nota ꝙ ſicut in poteſtate
& ſciẽtia inuenit̃ Ierarchicꝰ ordo ad ſuperiorũ & inferiorũ ordi-
nẽ,ſic & in merito. Vnde meritũ Abrahę habuit quãdã inſtrumẽ
talẽ cauſalitatẽ,reſpectu fideliũ futurorũ,quãuis hoc ipsũ nõ ha
buit niſi ab ordine diuinę electionis & prædeſtinatiõis: & hoc in

*Clamor quid ſignet in ſcripturis.*

his & cõſimilibꝰ modis loquẽdi ſcriptura innuere intẽdit. *Clamor
ergo Sodomorũ & Gomorrheorũ multiplicatꝰ eſt.* Clamor in huiuſmo
di locis & cõſimilibꝰ vocat̃ publica &exceſſiua diffamatio pecca
ti,quaſi pro ſe clamãs ad Iudicẽ,vt de ea fiat iudiciũ & vindicta.
Licet aũt plura peccata in eis fuerint , vnũ tñ ſingulariter turpe,
de quo infra cũ ad Loth peruẽtũ fuerit,aget̃.Ad Deum clamare
intelligit̃,per Sodomã aũt & Gomorrhã etiã cęteras vrbes eorũ
intelligit tãq̃ per principaliores. *Deſcẽdã & videbo vtrũ clamorẽ qui
venit ad me opere cõpleuerint.* More humano de ſeipſo loquitur, vt
iuxta rectã & maturã formã diuini iudicij,doceat ordinẽ &matu
ritatẽ iudicij humani.Et etiã vt in hoc ipſo Prælatos doceat quõ

*Innocentius. tertius.*

debeãt ſuos ſubditos iudicare.Innoc.iij.in quadam decretali ſua
dicit,ꝙ ex hoc loco probatur,qđ cũ ſubditus vel Prælatus exce-
dit ſi per clamorẽvel ꝑ famã ad aures ſuperioris peruenit,nõ qđẽ
à maleuolis & maledictis,ſed à prouidis &honeſtis:nec ſemel tã-
tũ,ſed ſæpè:ꝙ clamor & diffamatio innuũt qđ debet corã Eccle-
ſiæ ſeniorıbꝰ veritatẽ diligẽtiꝰ perſcrutari:& ſi rei popoſcit quali-
tas,canonica vltio de culpa fiat delĩquẽtis. Nõ quaſi idẽ ſuperior
ſit



ſit actor &iudex.ſed quaſi denũciante fama,vel deferẽte clamo-
re, vt officij debitũ exequatur.Fama enim & clamor tenẽt hic lo
cum̃ accuſatoris.Eſt ergo ſenſus. *Deſcẽdã & videbo, &c.* i.verita-
tem omniũ iudicandorũ,& veritatẽ famæ vulgaris volo plene vi
dere anteq̃ iudiciũ ꝓferã.Per deſcẽdere igitur ad locũ,& per exa
minare ſeu inq̃rere de veritate clamoris ſeu famæ an ita ſit ſicut
dicitur,an nõ ſignificat præſentiã & efficatiã ac diligentiã diuinę
iuſtitiæ & ſcientię ſuper veritate iudicãdorũ,q̃ tñ habet Deꝰ ſine
reali motu & deſcẽſu,& ſine pręuia inquiſitiõe,vltra hoc etiã in-
tẽdit dicere ꝙ etiã in aſſumpto corpore vult quaſi viſibilis homo
probare,vel potius perfactũ in ſeipſo probari, an in ipſomet ne-
faria perpetrari contẽnãt.q.d. Tũc etiã corã hominibus habebo
rationẽ aptã & neceſſariã puniẽdi,ſi etiã in perſona mea vel nun
ciorũ meorũ nefaria inferre nõ verẽtur.Si quæratur quare Deus
ſic ſingulariter voluerit delere Sodomã cũ nõ legãtur idololatræ
fuiſſe?Poteſt dici ꝙ populo Dei legẽ ſuſcepturo,& etiã omnibus
poſteris erat valde expediẽs per aliquod terribile iudiciũ aperte
mõſtrari,quã deteſtãda ſint flagitia cõtra naturã, & quia huiuſ-
modi exẽpla & documẽta ſolent præcipuè dari circa initialẽ fun
dationẽ ſtatuũ populi Dei, idcirco congruũ fuit hoc tẽpore quo
agebatur de ſpiritali conceptu Iſaac.Secũda ratio eſt ne Deus vi
deret̃ iniuſtè diſperdere Chananæos Sodomitis intimos , quorũ
promittebat terrã Abrahæ.Idcirco eñ terribile iudiciũ circa vici
nos eorũ exercuit,vt per hoc quaſi cõplerentur redire ad domi-
num,ꝙ ſi nollent,iuſtius ſuo tẽpore delerẽtur &ipſi.Eſt autẽ hoc
conſuetũ Deo in cõſimilibus caſibus & tẽporibus. *Abraham verò
adhuc ſtabat coram Domino,* Si viri illi iam abibant,quomodo Abra
ham ſtabat? vult dicere. i. ambulabat cum eis immotus, tunc illi
abierunt.i.ad alienandũ ſe conuerterũt & diſpoſuerunt , vel per
anticipationẽ hoc dictũ eſt quod abierunt.Nota quomodo ſecũ
dum ſucceſſiua incremẽta diuinarũ viſionũ & cõdeſcẽſionũ cre
uit familiaris auſus Abrahæ ad dominiũ,Nã in quarto cœpit pri
mo dicere,Dñe Deus,quid dabis mihi, & vnde ſcire poſsũ quod
poſſeſſurꝰ ſum eã?Hîc vero audet ſibi appropinquare,&etiã pro
Sodomis deprecari. *Nunquid perdes iuſtum cum impio?* q.d. Non,vel
quaſi diceret,vtinã hoc non faceres. *Abſit à te vt hanc rem facias.*
Secundũ quoſdã vult dicere,Deus precor te vt nõ ſit ita. vel po-
teſt legi aduerſatiuè,ſeu negatiuè.Perdere eñ iuſtũ cũ impio po
teſt intelligi dupliciter.Aut eo modo quo cedit in vtilitatẽ iuſto-
rũ,& tũc hoc potius eſt ipſum ſaluare,quã perdere.Aut ſic quod
perditio illa ſic cedat in detrimentũ iuſtorum,ſicut &impiorum:

*Cur Sodomam ſic delere voluit Deus cùm illi non legantur idololatræ fuiſſe.*

*Quantò magis homo Deo communicat, tantò maiora audet eum rogare.*

*Perdere iuſtum cum impio dupliciter intelligitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et hoc ſecundo modo non eſt Deo poſſibile,& hunc ſenſum magis videtur hic Abraham intendere.vnde abſolutè ſubdit, *Non eſt hoc tuum qui iudicas omnem terram. Nequaquam facies iudicium hoc,* Sed verba Dei quæ ſubduntur,ſcilicet,quod non delebo propter quinquaginta , vel propter decem iuſtos ibi inuentos , ſunt vera ſimpliciter & abſolutè,quia facilius poſſet Deus nunquã impios perdere,quã vnũ iuſtum iniuſtè dãnare cum eis.Et Abraham nõ ſolum intendit ſuis allegationibus extorquere quod iuſtus Loth cum Sodomitis æternaliter non dãnetur,ſed etiam vltra hoc intendit Deũ ſuis precibus inflectere,quod iuſtus ab eorũ tẽporali ſubuerſione ſeruetur.Idcirco verba iſta ſic ſunt legẽda,quod cõtineant aliquam rationẽ iuſtitiæ,& aliquid precis & miſericodię. Quamuis enim Deus poſſit iuſtos homines tẽporaliter perdere propter originalẽ culpã:per pœnã tamen nõ decet diuinã clemẽtiam & piam iuſtitiã ſic horribiliter occidere iuſtos cum impiis, quod ſub cõſimili impietate videantur inuolui, ſaltem vbi grandes preces amicorũ Dei pro hoc interuenerint.& ſecũdũ hoc eſt legendum , Non eſt hoc tuum i. tuæ pietatis. *Vidi omnem terram,* ſcilicet piè & cũ pia iuſtitia.*Facies iudiciũ*.ſ. piũ.Et tunc verba Dei quibus dicit,Nõ faciã propter quinquaginta,vel nõ propter triginta vel decẽ,nõ ſunt vniuerſaliter intelligẽda,ſed tunc dici potuit qđ Deus ſciebat,nec decẽ iuſtos ibi eſſe,&concedit hoc Deus Abrahæ ad exaggerationẽ culpę Sodomorũ,in tantũ quod innotuerit familiæ Loth, qđ nõ fuerint tũc in ea decẽ iuſti,vnde nullus inde liberatus eſt,præter ipſum. In quo notãdũ occurrit quã nociua eſt ſpiritualibus carnaliũ ſocietas& impiorũ.Poſſet tamẽ dici quod Deus hoc ex ſpeciali gratia cõcedit Abrahę deprecãti, quaſi diceret, Tuarũ precũ interuentu propter ſolos decẽ iuſtos ibi inuentos omnibus parcã.Et ſecundũ hoc ſignificatur hîc admirabilis efficacia precis & meriti præcipuorũ ſanctorũ, *Loquar ad Dominũ meũ cum ſim*.i. quãuis ſim,puluis & cinis.ſ.primaria origine & finali reſolutione,& terrea compoſitione.*Ne quaſo inquit, indigneris domine ſi loquar*. Hiero. dicit quia videbatur interrogãs dominũ,ad reſponſum eũ arctare,ideo tẽperat præfatione quod quærit.Sed quare cũ tanta gradatione precũ à quinquaginta peruenit vſq; decẽ? Nũqd melius & facilius fuiſſet hîc rogare pro decem? Dicendũ quod propter reuerẽtiã q̃ habebat ad dominum & propter magnitudinẽ rei poſtulandę,nõ fuit à principio auſus petere hoc pro decẽ,ſed Deo cõcedẽte in quinquaginta accepit auſum ſeu fiduciã petere hoc ꝓ quadragintaquinq;,&ſic ſucceſſiuè magis & magis vſq; ad decẽ. Præterea Deꝰ occultè ſic mouit

*Nociua admodum eſt ſpiritualib. carnalium hominum ſocietas.*

*Hierony. in Heb. quaſt. in hunc locum tom. 3.*

&



& temperauit animũ eius,quod forma ſuarũ precũ ſpiritualibus myſteriis deſeruiret,cœpit enim à quinquaginta,& petitionẽ terminauit in decẽ. i. à ſummo culmine gratiæ, qui eſt plenus iubilęus Spiritus ſancti per quinquageſimũ quaſi per annũ iubilæũ myſticè deſignatus.Minor aũt iuſtitia ad ſalutẽ ſufficiẽs eſſe non poteſt,quin ſaltẽ impleat decalogũ pręceptorũ.Sunt etiã ipſę petitiões notãdæ,Nã in ſecũda & in tertia fit minutio ſolũ de quinque ad quinq;,in tribus verò vltimis ſemper de decẽ. Sex eñ tẽpora ſunt huius vitæ,In ſeptimo aũt eſt quies , in qua erimus ab omni neceſſitate & miſeria liberati.In graduali aũt diminutione perfectionis iuſtorũ,primò fit deſcẽſus à plenitudine cõtẽplatiuę ſapiẽtię,in quinq; prudẽtibus virginibus,quaſi in quinq; ſpiritualibus ſenſibus deſignatæ.Secundò à culmine perfectionis actiuæ, quæ ſanctã mortificationẽ & moderationẽ quinq; ſenſuũ comprehẽdit.Deinde fit trinus deſcẽſus per decalogũ,infra tamẽ decalogũ remanẽdo.Tũ quia in ſtatu imperfectorũ eſt gradus primorũ,mediorũ & infimorũ. Tum quia in obſeruãtia mãdatorũ citra mortalẽ caſum eſt trinus defectus.Perfectus eñ modus eſt implere illa ex puro & ſolo amore,ita quod dulcor bonitatis pręceptorum eſt primus ſolus motor volũtatis ad illa implenda. Et ab hoc eſt primus defectus.Quidã verò nitũtur illa implere non quaſi perfecti,ſed tamẽ feruenter inhiantes ad perfectionẽ illorũ adipiſcendã,& ab hoc feruore eſt ſecũdus defectus. Quidã autẽ conãtur illa implere etſi non ex feruore,ſaltẽ ex ratione qua cõferunt ſecum vtilitatẽ & inſipiditatẽ ac dãnum vitiorũ & tranſgreſſionũ ad precioſitatẽ & fructũ ad condecentiam virtutum & obſeruantiæ præceptorũ:& ab eo eſt tertius defectus,& tũc non reſtat ſalutifera obſeruantia,niſi ex timore damnationis mouẽte amorem,& quaſi charitatis ſcintillam ad præcepta ſaltem formidoloſe ſeruanda *Abiitque Dominus verſus Sodomam*, iuxta quod ſe deſcenſurum ad eos prædixerat,vel *abiit* id eſt,diſparuit.

*Cur Abraham petitiones ſuas incæpit a 50. & terminauit in decem.*

*Triplex modus ſeruandi præcepta decalogi.*

## CAPVT DECIMVMNONVM.

V*Eneruntque duo angeli veſpere ſedente Loth , &c.* Poterant expendiſſe tẽpus à ſexta vſque ad veſperam in comedendo & ſtando cum Abraham.Nota autem charitatẽ &hoſpitalitem Loth.Primò in expectando peregrinorum aduentum. Secundò in occurrendo venientibus. Tertiò inuitando cũ humillimis precibus.Quartò in compellendo.Quintò in ſplẽdore miniſtrando.Sextò in defenſando hoſpites. Septimò in credẽdo eorum ſano cõſilio *Sedente Loth in foribus* , id eſt, ante portam

Universidad de Deusto Biblioteca



ciuitatis,quaſi expectãs hoſpitũ ſeu peregrinorũ aduẽtũ. *Qui iuit obuiam eis*, Ex hoc patet quã feruidus & prõptus, & quã aſſuetus erat ad hoſpitalitatẽ,& præcipuè quãdo hoſpites apparebãt eſſe ſancti,& huiuſmodi obſequiis indigẽtes. *Adorauitq; pronus in terra*, Adorare in ſcripturis ſæpę ſumitur pro reuerẽtia poſtrationis ſeu genuflectionis,quæ fit homini alicui inſigni,vtpotè Regi Vñ infra 33.ca.dicitur Iacob & filij & vxores ac famuli eius adoraſſe Eſau,Et.1.Reg.25.dicitur Abigail adoraſſe Dauid. Quũ aũt huiuſmodi reuerẽtię exceſſus nõ ſoleat fieri niſi ꝑſonę ſupra modũ reuerẽdę,patet angelos iſtos apparuiſſe in ſpecie valde admirabili & reuerẽda. *Declinate in domũ pueri veſtri.* Puer enim in ſcripturis ſæpè ſumitur pro ſeruo. *Qui dixerunt minime*, ſupplè, niſi nos amplius cõpellas,Non enim erat dignus eos accipere & habere niſi tanta eſſet eius charitas quod compelleret eos. Et hãc eius charitatem voluerũt per operis euidentiam cõprobari. *Sed in platea manebimus.* Ex hoc patet quod ibant in forma pauperum,nõ habentes vnde hoſpitium conducere poſſent. *Compulit illos, &c. viri ciuitatis vallauerunt*, id eſt, circuierunt & quaſi obſederunt domum eius à puero vſque ad ſenẽ, *omnis turba*, id eſt, omnes pueri & ſenes. Poteſt tamen legi,à puero excluſiuè. Secundum aliquos puer ſumitur hic pro adoleſcente,niſi fortè etiam pueri ſeptẽnes vel decennes illo peſſimo crimine iam eſſent infecti, *Educ illos vt cognoſcamus eos*, id eſt,abutamur eis. Hinc patet ſingulare flagitiũ Sodomorũ. Ex hoc etiam cõuincitur quod angelici in pulcherrima & gratioſiſſima ſpecie virorũ apparebant,vnde & tã vehemẽter fuerunt incitati ad abutendũ eis. *Egreſſus ad eos Loth, poſt tergum accludens.* i. Ne.ſ.ipſo egreſſo,poſſent forinſeci intrare in domum illius. *Adducam eas ad vos,abutimini eis,&c.* Hoc ſecundum Augu. in libro contra mendacium ex perturbatione credendus eſt dixiſſe,non ex deliberato conſilio, quia illud non potuit fieri ſine culpa. Nullum autẽ quantũcunq; minimũ peccatum debet facere quis vt vitet aliorum peccata quantumcunq; maiora, ſed nihilominus in ipſo apparet quãtũ ipſe illud ſcelus deteſtabatur, & quã maximo affectu ad ſuos hoſpites defenſando ferebatur,& præcipuè ad tales. *Qui ingreßi ſunt ſub vmbra culminis mei.* i. lecti mei. Hoc dicit,tanquã innuẽs impiũ eſſe ſi ipſe proderet vel non defenſaret eos,quos ſub tutela ſua receperat: & ad quẽ ſicut ad patrẽ ipſi fiducialiter intrauerãt. Sed quæritur an Loth rectè fecerit nolẽdo cõmittere minus peccatũ in tradẽdo.ſ.ſuas filias illorũ abuſui? vt eorundẽ maiorẽ abuſum vitarẽt? Et videtur qđ ſic, quia ſtultus eſt qui permittit maius dãnũ quã minus, Sed proximi

*Adorare in ſcrip. quid ſignificet.*

*Puer in ſcriptura ſæpè accipitur pro ſeruo.*

*Aug. in lib. cont. mend. cap. 9. ante medium tom. 4.*

*Vtrum peccatum minus committi debeat vt alterius peccatum maius vitetur.*



mi peccatum eſt dãnoſius, nõ ſolũ ipſi proximo, imo etiã ipſi & toti eccleſiæ,quà ſit ſuũ veniale. Itẽ ꝙ eſt Deo contumelioſius, tardius debet permitti, quã illud ꝙ minus (Plus enim debemus euitare Dei cõtumeliã quã damnũ noſtrũ) nã aliàs malefaceret qui ponit ſe ad confeſſiones audiẽdas,vel ad aliud aliquod obſequiũ ꝓximi,in quo quaſi certus eſſet ſe habiturũ aliquos veniales motus cõcupiſcẽtiæ,vel auaritiæ,vel vanę gloriæ. Dicendum ſecundũ Aug.lib.contra mendaciũ,quod nullus debet etiã minimũ peccatũ facere,vt vitet alterius peccatũ maius. Prima ratio eſt, q̃a nullus peccat in eo ꝙ facit rectè & debitè, aliàs eſſet ibi cõtradictio.ſ.ꝙ roctũ facere inquãtũ eſſet rectũ facere,eſſet prauum agere ſeu peccare. Si eñ minimũ peccatũ rectè & debitè ſit, ꝓ vitãdo maiori peccato alterius, ergo faciẽdo illud peccatũ nõ peccat q̃s,vt peccãdo nõ peccat,ꝙ eſt ĩpoſſibile. Secũda ratio eiꝰ eſt,q̃a ſi hãc peccatis aperimus viã vt cõmittamꝰ minora ne alij maiora cõmittãt,lato limite crimina tãta intrabũt,q̃a ſecũdum hoc ſtupris noſtris cauebũt furta & inceſta aliena. Et ſi qua ĩpietas viſa fuerit peior inceſtis, erunt à nobis inceſta fiẽda: vt illa impietas nõ cõmittat̃ ab aliis,& ſic de aliis q̃buſcũq;. Pauciora etiã peccata eiuſdẽpõderis erũt à nobis fiẽda, ne plura illis cõſimilia ab aliis fiãt. Tertiò põt hoc ꝓbari ex relatione ad Deũ,qui ſecũdũ Anſel.ĩ omni peccato offẽdit̃. Vnde 1.li. Cur Deꝰ homo c.21. dicit.ꝙ nec minimꝰ aſpectus illicitus ſeu intuitus eſt à nobis cõtra Dei volũtatẽ fiẽdꝰ ꝓ infinitis mũdis ſeruãdis. Quartò ꝓbat̃ hoc reſpectu ad Dei volũtatẽ,ex qua vtiq; cõſtat,ꝙ nullo modo põt velle aliquod noſtrũ peccatũ quantũcunq; minimũ, nec ad illud nos mouere,imò odit & cohibet omne peccatũ,ſed Deꝰ nõ mouet,& vult,& operatur omnes id ꝙ rectè facimus, & peccãdo modicũ ne aliꝰ ãplius peccet, Deꝰ vellet & operaretur illud modicũ peccatũ noſtrũ. Quintò ex ordine cuiuſcunq; mali ad finẽ bonũ & ecõtrà. Omnis eñ finis eſt prauus,qui ex ſua ratiõe exigit aliqua mala fieri: ex quo patet quod nullus bonus finis exigit aliquod peccatũ fieri. Omnis eñ malitia in quãtum talis eſt,priuatio debiti ordinis ad finẽ rectũ vel ipſius finis recti. Sextò,quia ſecundũ hoc Deus & Angeli licitè & rectè poſſent mẽtiri,& venialiter peccare ad vitãdũ aliorũ peccata maiora,ſeu ꝓpter aliũ aliquẽ bonũ finẽ,ꝙ dicere eſt impoſſibile & blaſphemũ, Septimò quia omne peccatũ noſtrũ plus nocet nobis quãtũ eſt ex ſe,& ꝑ ſe quàm quodcũq; peccatũ aliorum,nam nec parũ,nec multum pecco,nec parum nec multum inficior per illa vel deprauor quo tum contrarium eſt in quocunque minimo peccato noſtro.

*Aug.ca.8. & 9.to.4.*

*Anſel.lib.1. cap.21.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Et ſic conſtat quod nullum peccatum debeo committere pro vi
tãdo alterius maiori peccato. Mod⁹ hic ſequitur ſentẽtiã Apoſt.
*Ad Rom.3.* adRom.3. vbi oſtendit quod nec noſtra iniquitas, nec noſtrũ mẽ
daciũ valet per ſe ad Dei Gloriã vel iuſtitiã, quia ſi ad hoc per ſe
valeret, tunc talia peccata nõ poſſet Deus iuſtè punire, & ideo
ſubdit, quod illi q̃ dicebant Apoſtolos dicere quod facienda ſunt
*Reſponſio* mala vt eueniant bona, erant blaſphemi & iuſtè damnãdi. Ad pri
*ad primum* mũ igitur in contrariũ patet quod nullũ peccatũ alterius eſt mi
*in contra.* hi ita damnoſum, ſicut minimũ meũ, niſi fortè peraccidẽs & indi
*Ad ſecundũ.* rectè. Ad ſecundũ dicendũ, quod licèt minus peccatũ aliorum
ſit ſimpliciter & abſolutè cõtumelioſius Deo quã meũ minus, nõ
eſſet tamẽ in me & reſpectu mei. Plus enĩ offenditur Deus à me
& in me per meũ minimũ, quam offenditur à me & in me per o
mnia peccata aliorũ in quãtũ aliorũ. Quod dico, quia ſi peccata
aliorũ eſſent mea, ſicut ſunt peccata ſubditorũ, pro quanto ma-
nãt à prælatorũ negligẽtia, vel à malo præcepto vel exẽplo, tunc
*Ad tertiũ.* illa in quantũ eſſent mea ſortirẽtur rationem & cõparationem
meorum. Ad tertiũ dicendum, quod multum differt facere malũ
& facere bonũ aliquod, ad quod peraccidẽs ſubſequitur aliquod
malum. Primũ enim directè eſt contra intentionẽ boni, Secũdũ
autẽ non fit ex primaria intentione boni quod facimus, imò eſt
contra illam: vnde illa potius patimur & toleram⁹, quã quod illa
electiuè & ex intentione faciamus. Prætereà nõ omnes motus vi
tioſi habẽt ſẽper ĩ nobis rationẽ venialis culpæ ſiue reatus, aliàs
ſancti patres in omni opere cõiugali neceſſariò peccaſſẽt veniali
ter, aut ſanctimoniales in fœdis violẽtationibus corporis ſui, qui
bus eorũ cõſenſus totis viribus renitebatur. *Nunquid vt iudices*, id
eſt, vt nos corrigãs qui ſumus huius patriæ ciues. *Te ergo ipſum*
*magis affligemus quàm hos.* ſ. niſi adducas eos ad nos. *Vimque facie-*
*Quomodo* *bant Loth vehementiſſimè.* Ex hoc patet quod Loth quantũ bono
*diſcipulorũ* modo poterat obſiſtebat eis ne introire poſſent. *Percuſſerũt cecita*
*occuli qui* *te.* Nõ ꝙ nihil penitus viderẽt ſed quod oſtiũ videre & inuenire
*ibant in* nõ poſſent ſicut mox ſubditur. Et hoc modo ſecũdũ quoſdã per
*Emaus caci* cuſſi ſunt qui quęrebãt Helizęũ cũ eſſet corã eis, de quo habetur
*erant.* 4. Reg. 6. quãuis potius videatur ꝙ aut illi nihil viderunt aut ſaltẽ
nõ ſic ꝙ poſſent diſcernere terrã quã Helias fecit eos vſq; in Sa-
mariã ire, ſicut ibi patet. Et tali genere cęcitatis credũtur tẽti oculi
duorũ diſcipulorũ Chriſti ne eũ agnoſcerẽt vſq; ad fractionẽ pa
*obiectio.* nis. Sed fortè videbitur alicui ꝙ impoſſibile ſit me videre omnia
vidẽdo omnia, & nõ vidẽdo oſtiũ vel pſonã exiſtẽtẽ in loco quẽ
video, cũ in loco nihil ſit à me viſibile, niſi illud oſtiũ videretur vel
illa



illa pſona Quod ſi dicas ꝙ talis non videt locum occupatũ, ſed
ſolũ loca circum adiacẽtia, tunc ſequitur quod ſaltẽ aduertat lo
cũ ſuũ in cõuiuiis illius loci terminati, & eo ipſo de facili poterit
aduertere, quod ibi eſt locus vel perſona quã quærit. Dicendũ ꝙ
hic modus excæcandi variis modis poteſt fieri ſecundũ varia ad
actum viſus & iudicij viſualis cõcurrẽtia. Nam concurrit ibi me-
diũ & obiectum, & organum viſus, ſcilicet oculus & debitus ei⁹
aſpectus & iudiciũ ſenſus cõmunis, & ideo ex vnoquoq; eorum
vel ex omnibus ſimul ſumptis poteſt dari multiplex viſus impe-
dimentum. Nã ex parte obiecti poterit in loco oſtij offerri ſpe-
cies ſimilis parieti, ita quod in nullo diſcerneretur à cæteris locis.
Aut poterit iudicium ſenſus cõmunis ſubuerti, ita quod ſemper
hoc vel cõſimile videatur ſibi. Poteſt etiã aſpectus viſualis ita du
ci vel diuerberari, quod in loco oſtij aliam rẽ videat, aut videatur
ſibi videre, ſicut aliquando ſibi videtur quod lucernã vel feneſtrã
domus videat in duobus locis, ita quod vnum ſibi videatur duo.
Sic etiã videtur ſibi quod rem in tantum in profundo ſpeculo vi
deat quantũ res diſtat à ſpeculo, quod tamẽ eſt impoſſibile, cùm
dimẽſio tantæ profunditatis nõ ſit, nec eſſe poſſit infra illud ſpe-
culum. *Dixerunt autem ad Loth, Habes hic quempiam tuorum generũ?*
Nota quod ob meritum eius, ſuos qui vellent ei credere, ſaluare *Ob meritum*
volebat. *Egreſſus itaque Loth* eadem ſcilicet nocte. Ex quo patet, *Loth Deus*
quod mox in tantum credidit, quod exiuit hoc dicere generis *generos eius*
ſuis. Vnde videtur quod vel ab hora excæcationis Sodomitarum *ſaluare vo-*
cognouit eſſe eos angelos, vel Deum in ſpecie virorum, vel ſaltẽ *lebat.*
ex quo dixerunt, *Delebimus enim locum iſtum*. Nota etiam quod li-
cet Deus cõmuniter non reuelet horam ſecretorum iudiciorum
ſuorum, quantum tamen expedit ſaluti & imminenti neceſſitati
electorum, hic pro loco & tẽpore reuelat, ſicut & hic fecit. *Egreſ-* *Hier. in heb.*
*ſus itaque Loth, locutus eſt ad generos ſuos.* Secundum Hieronymum *quæſt. ad hũc*
in hebræo eſt, Locutus eſt ad ſpõſos q̃ accepturi erãt filias eius, *locũ tom. 3.*
nondum enim acceperant eas: quamuis ſeptuaginta habeant ꝙ
acceperant eas. Poſſet tamẽ legi, acceperant, id eſt, deſpõſauerãt.
*Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui*, id eſt, quaſi homo qui non loqui
tur aſſertoriè nec ſerioſè, quaſi diceret: Illud quod dicebat, fuit eis
ludicrum & incredibile, & deriſorium, & quaſi fabula. *Cogebãt eũ*
*angeli*, id eſt, importunè inſtabant vt recederet, *Surge & tolle vxo-*
*rem tuam.* Ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis huius. Nota
quod ſi nõ vellet iuxta præceptum angelorum inde exire, nõ ſo-
lũ dicitur peritur⁹, ſed periturus in ſcelere ciuitatis, quia ſicut cõ
municare excõmunicatis cum ſuis participãtibus inducit crimẽ

Universidad de Deusto Biblioteca



participationis& pœnam excõmunicationis:ſic & in ꝓpoſito,ita
quod præter peccatũ incredulitatis& cõtẽptus tãti beneficij ſibi
à Deo oblati videretur quodãmodo fauere & cõſẽtire illorũ ſce
leti damnato. *Diſſimulante autem illo*,id eſt negligente,& nõ plenè
curante recedere. Nõ enim perfectæ fidei,nec perfectę obediẽtię
erat. Sed mirum eſt quod cũ prius ita credidiſſet eis,quod modò
ita tardabat & negligebat exire. Ad hoc triplex ratio poteſt dari.
Prima eſt quia difficilius eſt aliquid cõtra apparẽtiam ſenſus cre
dere vt mox futurum,quàm ſit vt tarde futurũ. Secunda eſt quia
actualis receſſus à conſuetis,addit nouam & grandẽ difficultatẽ
& ideo inchoãdo huiuſmodi receſſum de facili homo tẽtatur &
anguſtiatur. Tertia eſt quia fortè ex deriſione generum ſuorũ ali

*Cur Loth per manum trahitur ab angelis.*

quãtulum obſcurata & turbata fuerat fides eius. Sed nihilominꝰ
per manum trahitur in ſignum quod Deus ſubleuat infirmitates
& negligẽtia electorum ſuorum,alias omnes perirent. *Noli reſpi-
cere poſt tergum tuum.* Hoc præceptum non datur ſibi ſoli,ſed etiã
cæteris qui cum eo erãt. Vnde vxor ex huius trãſgreſſiõe legitur

*Cur Loth præceptũ datur de nõ reſpiciẽdo poſt tergum. Reſpon. 2.*

paulò poſt punita. Sed quare hoc ſibi pręceperunt,cum hoc de ſe
eſſet indifferens? Dicendum primò quod in probationẽ obedien
tiæ,vt ſic ꝑ hoc plenius ſuam liberationẽ mererẽtur. Secundò in
deteſtationẽ ſceleratæ gentis & terræ,& vt docerent talia flagitia
in tantum eſſe deteſtanda & fugienda, quòd etiam vſque ad pri-
mum conſpectum viſus vel memoriæ non venirent. Tertiò in re
3· uerẽtiam diuini iudicij,vt ſic docerẽt quod Dei iudicia non ſunt
curioſe perſcrutanda,ſed potius metuenda & fugienda. Quartò
4· in ſignum neceſſariæ feſtinationis in fuga,eo modo quo Chriſtꝰ
diſcipulis ad prædicandum per orbẽ iturus dixit, Neminem per
viam ſalutaueritis. q.d. Ita ſitis attenti & feſtiui ad iter, & ad ſalu
tẽ animarum,quòd de exteriori ſalutatione & aſpectu viatorum
5· quaſi non curetis,& ſic eſt in propoſito. Quintò in exemplum &
in myſteriũ futurorum, vt primò ſcilicet aduertentes pœnã vxo
ris inobediẽtis,timeremus etiam in præceptis minimis non obe
6· dire. Sextò vt exeuntes à vitiis,vel à ſeculari ſtatu timerent retro
cedere ad ea quæ primò reliquerãt, & vt ſcirẽt ꝙ non ſolum per
opus extrinſecum retrocedẽtes. ſed etiam per ſolum intentionẽ
contra Dei præceptum vel votũ retro aſpicientes æterno ſuppli
cio ſunt damnandi. *Nec poſſum in monte ſaluari, ne forte apprehendat*

*Loth nõ fuit omnino credens & perfectus.*

*me malum & moriar*, Ex hoc iterum patet quod Loth omnino ꝑ-
fectus & conſtans non erat in credendo & obtẽperando verbis
Dei per angelos ſibi dictis,quãuis ad hoc obediẽs eſſet quod ſine
Dei licẽtia humiliter obtenta nollet aliud facere. Sed quid malũ
ſibi



ſibi timebat in monte potius quàm in villa cuius refugium pe-
tit? Dicunt quidã quod fortè quaſi iã ſenex montiũ frigora & la-
borẽ aſcẽſus & itineris ꝑhorrebat. Quicq̃d tamen fuerit, ſufficit
nobis ꝙ aliquod malũ æſtimauit & timuit ſibi euenturũ in mon
te potius quã in villa illa. *Nunquid non modica eſt.* q.d. Non eſt ma-
gnum quod eã mihi cõcedas,quia modica eſt & meæ vitę vtilis.
*Feſtina, &c. quia non potero facere quicquã*,ſcilicet ſubuerſionis ter-
ræ. *Donec ingrediaris illuc* Nõ poſſe hic idẽ eſt, quod nolle,quamuis

*Quod Deus firmiter proponit fieri, reuocari non poteſt.*

Deus id quod iã ſupponitur firmiter promiſiſſe & velle, eo ipſo
ponitur nõ poſſe, cùm hoc cõtrariũ operari,propter cõtradictio
nẽ ibi incluſam. Firmiter autem volebat ab incendio illo ſaluare
Loth,& hoc firmiter ꝓmiſerat Abrahæ. Quãuis autẽ ipſum non
ingreſſum in Segor poſſet ab incendio ſaluare, vult tamẽ in hoc
ſeruare cõmunẽ curſum,& ideo nõ vult quod in hora incẽdij ſit
in locis ſubuertẽdis,idcirco,quia.ſ. Loth duxit eã modicã. *Vocatũ
eſt nomen loci illius Segor*,quod interpretatur parua, prius enim vo
cabatur Bala,& erat vna de quinq; principalibꝰ vrbibus Sodomo
rum,quæ propter preces Loth fuit dimiſſa. *Sol egreſſus eſt, &c.* Ex
hoc patet quod in mane ſequẽtis diei,quo Deus cum Abrahã &
Loth fuerat hoſpitatus,terra illa ſubuerſa eſt. *Igitur Dominus pluit
ſuper Sodomã & Gomorrhũ ignem & ſulphur*, hoc eſt, ſulphur igni-
tum ſeu ignem ſulphureum. *A Domino de cœlo*, id eſt, de ſuperiori
parte aëris. Dicit autẽ Dominus pluit adeo vt deſtĩctionẽ & ori
ginalem habitudinẽ perſonarum Dei ſubinnuat. Quamuis enim
eſſent plures ſi vna nõ eſſet ab alia,non poſſet propriè dici quod
vna ab alia accepit potẽtiã & actũ pluẽdi. Quidam tamen legũt
ꝙ Dominus vt exiſtẽs in terra pluit à Domino,id eſt,à ſeipſo, vt
exiſtẽte in cælo,ſed hoc nihil eſt dictũ. Habitudines enĩ diuerſo-
rũ locorũ Dei nihil faciunt reſpectu actus pluuiæ vt manẽtes à

*Terra illa Sodomorum ſterilis facta eſt, & in mare ſalſiſſimũ verſa.*

Deo. Et multũ ridiculoſum eſt quod ſcriptura de tali modo cura
uerit,cũ nihil ſapiẽtiæ cõtineat in ſe. Cõgruè autẽ gentẽ fœti diſ
ſimã ac fœtido & viſcoſo igne incẽſam cõcupiſcẽtiæ , fœtido ac
ſulphureo igne cõbuſſit:& gentẽ quæ leges naturæ funditus ſub
uerterat,cõgruè ſubuertit,ſuꝑmũ terrę eorũ ponẽs in infimo. Li

*Ioſeph. li.1. antiquit. Iud. ca.19. à medio.*

cet autẽ hic nõ dicatur,locũ illũ vertit Deus in mare ſterile ſalſi
ſimũ,ſicut ex aliis ſcripturis colligitur,& ſicut experiẽtia docet
*Verſa eſt in ſtatuam ſalis.* Corpus enim ſuum verſum eſt in ſubſtan
tiam,remanente ſua figura priori, quam Ioſephus dicit ſe vidiſ-
ſe,& vſque ad tempus ſuum manſiſſe. Et ſecundum Auguſtinum

*Aug. li. 16. de ciuit. cap. 30. tom. 5.*

conuenienter eſt conuerſa in ſalem , quia per hoc fidelibus
quoddam iniicitur condimentum quod ſapiant aliquid vnde

Universidad de Deusto Biblioteca

illud caueatur exemplũ, factum eſt etiam hoc in ſignũ,quod e-
xeuntes de ſeculo,& aſſumentes regularem vitam,& tandẽ cor-
de quę retrò ſunt,reſpicientes,ſunt hypocrytalis ſtatua, quæ ſibi
quidẽ eſt mortua,aliis verò dat ſaporem,& ſenſum viuẽdi bene.
*Abraham verò mane conſurgens vbi ſteterat prius coram Domino.* id
eſt,conſurgendo videns ad illum locum vbi ſteterat,&c.niſi for-
tè ibi iacuit in nocte illa,quamuis ſupra ſit dictum quod Abrahã
ab illo loco reuerſus in locum ſuum. *Intuitus eſt Sodomam & Go-
morram.* Videtur quod tanquã de terræ illius incẽdio certus,ſciẽ-
ter aſpexerit verſus regionem illam:& fortè fecit hoc tanquã vo
lens tunc tibi pro liberatione Loth. Vnde ſubditur: *Cùm enim ſub-
uerteret Dominus ciuitates regionis illius, recordatus eſt Abrahæ &
liberauit Loth.* Ad quid enim diceret: *Cùm enim*, niſi vellet innue-
re quod Abraham tanquam Dominum pro Loth exorans aſpe-
xit illuc,& obtinuit quod petebat? Hoc loco (enim) nõ eſt cauſa-
lis cõiunctio,ſed aduerbium ſimilitudinis vel certitudinis: vel eſt
coniunctio expletiua,quia nihil ſignificat,ſed ſolũ ponitur cauſa
ornatus. Vel eſt quaſi coniunctio illatiua, vt ſit ſenſus. Cùm igi-
tur ſubuerteret Dominus,&c. Nota aũt ex hoc loco,quod Loth
non ſolum merito iuſtitiæ ſuæ fuit liberatus,ſed etiam principali
ter meritis & precibus Abrahæ. *Viditque aſcendentem fauillam*, id
eſt,ſcintillam igneam, *quaſi fornacis fumum*, id eſt,tertio fumo im-
mixtam. Flamma enim illius incendij erat multũ fumoſa, qualis
ſuo modo eſt in inferno. *Aſcenditque Loth de Segor, & manſit in
monte, timuerat enim manere in Segor.* Hieronymus ſecundum tra-
ditionem Hebræorum,dicit:quod Segor frequẽtes terræmotus
fuerat hactenus paſſa,propter qđ vocata fuerat Bala,id eſt,abſor
pta & inueterata. Et ideo viſa ſubuerſione cæterarum vrbiũ,ti-
muit ibi manere,Et in hoc ipſo de aliqua imperfectione fidei ad
Dei ꝓmiſſum reprehenſibilis fuit. Poſſet etiã dici quod pro tan
to plus timebat manendo in Segor quàm in monte,quia ſua im
perfecta voluntate extorſerat prius à Deo licentia manẽdi in il-
la,qđ cùm plenius credidit,intrauit in montẽ,in quo Deus prius
voluerat quod maneret. Vel fortè vterq; timor humanus ſcilicet
& diuinus fuit cauſa huius tranſlationis ſuæ. *Dixitque maior ad mi
norem, Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorum remanſit in terra, &c.*
Ex hoc patet quod omnes viri Segor erant deleti, quamuis ipſa
ciuitas propter Loth fuit ab incendio præſeruata. Circa hoc fa-
ctum filiarum Loth ſunt tria dubia,& quorũdam expoſitionib'
in parte cõſurgentia. Primum eſt an ipſæ peccauerunt inebriãdo
patrem & comcubendo cum eo,vt ſaluarent ſemen humani ge-
neris

*Ly enim non ſemper eſt coniunctio cauſalis.*

*Hie. in heb. queſt. ad hunc locum tom. 3.*

*An peccaue runt filiæ Loth patrẽ inebriando & cum eo concubendo*



neris,quod omnino deperditum eſſe credebãt. Nã dixerũtq; qđ
nullus virorum remanſit in terra qui poſſet ingredi ad nos. Sed
ad hoc patet reſpõſio,& primo de concubitu cũ patre, qui nullo
fine potuit bene fieri,cũ ſit hoc iure naturali à Deo prohibitum
nec vnquã ſuper hoc à Deo fuerit diſpenſatum. Horret etiam
hoc naturalis ſenſus honeſtatis pudoratæ erubeſcentiæ &
paternæ reuerentiæ. In hoc etiã opere confunditur ordo & diſtin
ctio naturalis cõbinationum & correlationũ,vt potè ordo & di-
ſtinctio principij ad principatũ, ſuperioris ad inferiorem : coæ-
qualis ad diſparem:matris ad prolem,& lineę deſcendentium,ad
lineam ſtantium & aſcendentium. Hic enim filia principata à pa
tre fit immediatè principium eiuſdem prolis, hic etiam filia fit
ſuo gradu ſuperior, aſcendit enim ad gradum & locum ſuę ma-
tris,& in eo quod per modũ coniugalẽ, fit quaſi vna perſona cũ
patre,& pater cum ipſa. Inferior etiam fit ſuperior,& ſuperior fit
inferior. Hic etiam eadem reſpectu prolis ex patre habitæ eſt
mater & ſoror ac coæqualis ac diſpar, cùm etiam linea gene-
rationis naturali ordine deſcendat à patre per filios in nepo-
tes,& ſit deinceps,& hic peruertitur ordo ille. Vnde & hic mẽbrũ
inferius aſſumit rationem ſui capitis, & ramus gradũ & rationẽ
ſui ſtipitis ſuæque radicis. Tanti igitur támque naturalis ordinis
ſubuerſionem non immeritò & natura & lex naturalis abhor-
ret & diuina ſapientia,eiúſque lex ordinatiſſima & omnia ordi-
nans,imò & omnium ordo vt præfati ordinis cauſa, eiúſque ſub
uerſioni contrariatur. Non tamen dico quin fortaſſe ſciret ipſa
& poſſet hoc opus ſub aliquo ordine ſic rectificare,quod ex eius
ſingulari diſpoſitione fieret licitũ. Secundò hoc patet de inebria-
tione,quæ quidẽ de ſe eſt illicita tanquã auferens vſum & ſtatũ,
qui proximè competit homini in quantum eſt rationalis, & in
quantum eſt homo,& ſine quo nihil virtualis boni poteſt neque
ad Deum,neque ad proximum,neque ad ſeipſum. Et dato quod
aliquis pro aliqua cura proprij morbi fortaſſe poſſet quaſi medi
cinaliter abſq; peccato ſe inebriare,vt aliqui concedunt,opus ta
mẽ quod à recta ratione ſingulariter exigit regulari, non ſolum
nõ exigit inebriationem,imò potiùs maximã ſobrietatẽ. Et cer-
tè tale opus eſt concubitus coniugalis, & ideo filiæ Loth pecca-
uerũt patrẽ inebriando, quamuis vtrũq; peccatũ earum multũ
alleuietur ex intentione & affectione earum:quia non ex carnali
laſciuia,ſed ex ſola intentione prolis & ſaluationis humani gene
ris,ſecundũ earũ æſtimationẽ deperditi motę fuerunt. Alleuia-
tur etiam ex præfata æſtimatione earum,& ex ratione ſeu cauſa

*Multis rationibus oſtẽditur omnino contra ius naturale eſſe coitum filiæ cum patre.*

*Peccauerũt etiam filiæ Loth patrẽ inebriando.*

*Ex quibus cauſis filiarũ Loth peccatũ alleuiatur.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Ex quibus cauſis idem peccatum aggrauatur.*

*An Loth peccauerit in filiarum cõcubitu & in inebriatione*

huius æſtimationis,quæ fuit ex viſo iudicio ſubuerſionis terrarũ
circumadiacentiũ. Veruntamen quo ad aliquod aggrauatur ex
hoc quod æſtimauerunt patrem hoc factum tantum horrere,qđ
omnino conatæ ſunt hoc eum latere , cùm tamen etiã in altera
perſona nihil tale deberent inchoare,ſine conſilio patris. Secun-
dum dubium,an Loth in hac ſui inebriatione & in filiarum ſua-
rum inceſtu peccauerit. Videtur enim quod non, quia ſemel aut
bis ab altero cautelosè inebriari ſe neſciente,neque aduertente,
fit aut potuit fieri abſque peccato ſic inebriari. Sed Loth videtur
primò ſic cautelosè inebriatus fuiſſe à filiabus ſuis,ergo videtur
quod abſque peccato fuerit inebriatus. Hoc autẽ conſequitur
quod non peccauerit in inceſtu filiarum ſuarum, quia nullo mo
dò fecit hoc volens aut ſciens niſi ſolum voluntate ſenſuali bru-
tali more ſicut mouetur in ſomniãtibus & furioſis. Quod autem
Loth ſecundũ voluntatem rationalem inceſtum huiuſmodi ab-
horreret,patet.quidẽ ex fama iuſtitiæ ſuæ oſtenſæ & cõmendatę
tam ex verbo Abrahæ orantis Deum pro ipſo tanquã pro iuſto:
quã ex eius hoſpitalitate , propter quam ſecundum Apoſtolum
meruit recipere angelos,imò & Deum:quã ex deteſtatione fla-
gitij Sodomorum , & intentiones eorum contra hoſpites ange-
los:quã ex liberatone ſua de communi incendio Sodomorum:
quàm ex verbo ſancti Petri in ſecunda epiſtola ſua dicẽtis,quòd
Deus iuſtum Loth oppreſſum à nephandorum iniuſta conuerſa
tione eripuit,aſpectu enim & auditu iuſtus erat,&c. Pater etiam
ſecundo ex hoc quod prout hîc dicitur filiæ ſuæ bene viderunt

*Aug. li. 22. ca. 43. in fi. vel 44. in princi. to. 6.*

qđ ipſe nullo modo tali inceſtui conſenſiſſet,nec illum aliquate-
nus peregiſſet,niſi neſcius & inebriatus. Vnde Auguſtinus vigeſi
moſecundo contra Fauſtum dicit ab illo autem opere ita patrẽ
abhorrere ſentiebant , vt illud ſe impleturas eſſe nõ crederent,
niſi eius ignorantiam procurarent. Ad hoc dicunt quidam quod
ipſe non fuit plenè ebrius,ita quod ex illa ebrietate vſum totum
rationis amiſerit,quia tunc(vt dicunt)non potuiſſet concumbe-
re:ſed dicitur fuiſſe ebrius,quia nõ fuit ita compos rationis, nec
Dominus ſuæ voluntatis ſicut prius. Et ideo dicunt quod dupli-
citer peccauit,ſcilicet,ſe inebriando,& in aliquo modo volunta-
riè concumbendo cum filiabus. Sed contra iſtos eſt non ſolum
quod ſuperiori relationi præmiſſum eſt, ſed etiam quia ſcriptura
expreſſe dicit,& ſignanter dicere curauit, quòd Loth in neutro
concubitu ſenſit quod concubuerit,vel quando illa ſurrexit. Sed
iſti contra dicentes,quòd hoc fuerit impoſſibile , exponunt hoc
verbum dicendo , quòd ſenſus eſt , Non ſenſit.id eſt , Non ad-
uertit



uertit quod illa eſſet filia ſua,credebat enim tũc quod eſſet vxor
ſua,mater,ſcilicet,earum defuncta. Sed certè ſcriptura videtur
hic omnino velle,quod ipſe rationabili diſcretione nullo modo
ſenſerit ſeu aduertit aliquid de toto iſto concubitu , & hoc qui-
dem eſt & fuit poſſibile , quia certum eſt quod ab amente & ab
exiſtente extra totalem vſum liberæ rationis poſſet aliqua imprę
gnari. Alij verò ſupponentes quod inebriando ſe peccauerit tan
quam nimis negligenter & inſolenter potus nimium à filiabus ſi
bi propinati incommenſuratè accipiens, dicũt quod etiam pec-
cauit concumbendo,quia peccatum cauſatum ab ignorãtia vel
impotentia per culpam propriam introducta,non excuſatur o-
mnino à culpa. Vnde Ariſtoteles 3.etichorum dicit,quod legiſla-
tores,ſiue iudices puniunt eos qui ignoranter peccãt, ſi ipſi vi-
deantur cauſa eſſe ignorantiæ. Vnde ebriis alios percutientibus
duplices increpationes irrogant,quia ipſi fuerũt cauſa ſuæ ebrie
tatis & ignorantiæ ipſam cõſequentis, & ſimiliter puniũt in aliis
quæcunque propter negligentiam ignorare videntur : eò ꝙ ipſi
poterant habuiſſe diligentiam & repuliſſe illam. Alij verò dicũt
quod dato quod voluntariè ſe inebriaſſet, nõ plus peccauit poſt
modum concubẽdo quam ſi non concubuiſſet,quamuis pecca-
tum ebrietatis ſit ſemper aggrauandum . Non ſolum ratione de-
formitatis quam de ſe habet genus ebrietatis:ſed etiam ratione
omnium peccatorum,ad quæ homo per ebrietatem eiuſmodi ſe
diſpoſuit,& quodãmodo neceſſitauit,& præcipuè reſpectu illo-
rum peccatorum,de quibus potuit aduertere quod ipſe iam ine-
briatus de facili poſſet habere occaſionem incidendi in illa. Hoc
autem dictũ probant duplici via. Primò ſcilicet ex mutua com-
paratione duarum conſimiliter ex conſimili coæquali culpa ſe
inebriantium,& ad hæc coæquales occaſiones habentium & ſi-
bi dantium ad cætera peccata. Quo poſito detur quod ſolus al-
ter eorum occidat aliquem vel fornicetur vel furetur. Quod da-
to probatur neceſſario ex datis,quòd iſte nihil plus habeat cul-
pæ vel reatus,quàm alter qui nullum occidit. Probatur ex datis,
quia iſte non maiorem occidendi cauſam ſibi dedit, quam alter:
nec ille minorem quam iſte. Secundò probant hoc ex cauſa &
formali ratione peccati & culpæ , & ex eo in quo culpa princi-
paliter & formaliter exiſtit. Exiſtit autem principaliter in libero
voluntatis conſenſu , in actibus verò aliarum potentiarum
non exiſtit , niſi ſolum prout cauſaliter dependent à primo
actualiter referuntur ad illum. Cauſa etiam principalis omnis

*Ariſt. lib. 3. cap. 1. Apud Ariſt. li. 2. polit. circa finẽ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

culpæ eſt libera voluntas,& eius actus in quantũ eſt liber ſeu li-
bere deprauatus. Cùm igitur in præfato ebrio fornicãte vel oc-
cidente,non ſit alius liber conſenſus,nec alia libera cauſalitas ni
ſi ſolũ præterita qua ſe inebriauit, patet quod hîc nõ eſt addita
noua cauſalitas,aut formalitas natæ culpæ.Ad verbum autẽ Ari
ſtotelis reſpõdent quod ſecus eſt reſpectu legis ciuilis,quæ punit
opus extinſecum,non autem intrinſecum,niſi pro quanto ope-
ri extrinſeco eſt coniunctum,& quæ in puniendo potius atten
dit commune damnum & periculum ciuium & temporalis bo-
ni communis,quàm internum & æternum reatum Deique oc-
cultam offenſam.Aliud autem eſt de lege Dei, & de lege ſeu de
rectò dictamine internæ conſcientiæ. Dicunt igitur iſti quod ſi
Loth nullo modo peccauit inebriando ſe(quod vtique continge
re potuit ſi in hoc nullam culpabilẽ negligentiã aut inſolentiam
habuit,ſicut ſancto Noë creditur contigiſſe)tunc in neutro illo-
rum nullo modo peccauit.Si autem inebriando ſe aliquo modo
ſaltem venialiter peccauit,tunc ſequens concubitus nullã nouã
culpam primo peccato addit vel adiunxit,quamuis primum eius
peccatum culpabilius fuit propter periculum inceſtationis filia-
rum.Quamuis & hoc adhuc valde excuſabile eſſet,quia quaſi o-
mnino incredibile erat quod filiæ tale factum facerent aut exco
gitarent. An autem Loth ſe inebriando peccauerit vel non,di-
cunt quod non poteſt pro certo probari ex textu.Auguſtinus in
libro vigeſimoſecundo,contra Fauſtum dicit quod licet filiæ ali
qua Sodomorum arte peſſima, etiam paucis poculis potuerunt
patrem ſic inebriare,vt illud peccatum cũ ignorante, vel potius
de ignorante committerent : Mirum tamen ſi hoc ſcriptura ta-
cuiſſet,vel ſi Deus ſeruum ſuum ſine aliquo voluntatis eius vitio
hæc perpeti ſineret. Hæc Auguſtinus ibi qui tamen paulò antè
præmittit. Quapropter culpandus eſt quidem non quantum il-
le inceſtus, ſed quantum meretur illa ebrietas. Sed nota quod
Deus hunc inceſtum permiſit induci etiam in ſanctum Loth, pri
mò in ſignum quod gula & ebrietas ſint matres luxuriæ. Secun-
dò in ſignum quod poſt receſſum ab infimis ad ardua & à carna
libus ad ſpiritualia de facili quis labitur in vitia prioribus cõfor-
mia & propinqua, Nam inceſtatio filiarum flagitiis Sodomiticis
eſt vicina.Tertiò vt oſtenderetur quanti periculi eſt ebrietas,quę
etiam inopinata mala inducit:& ſic per conſequens fortius time
retur,& cautius vitaretur. Tertium dubium eſt an filiæ adhuc
virgines poterant in primo concubitu concipere abſq; miraculo
Ad quod quidam dicunt,quòd non. Sed iſti nec authoritate,
nec

*Ad Ariſtot. reſpondent.*

*Aug. li.22. ca.44. circa finẽ to.6.*

*Cur Deus permiſit ſanctũ Loth in filiarum inceſtũ cadere.*



nec ratione probant dictum ſuum,quia non eſt impedimentum
propter quod in prima ſui cognitione & defloratione non poſſit
virgo concipere,cùm vtique vigor & temperamentum matricia
non ſit minor tũc quàm poſtea. Scriptura etiam hic non aſſcri-
bit hoc miraculo,ſed abſolutè ſic refert, ac ſi ſecundum curſum
naturæ ſit poſſibile:Quocunque tamen modo hoc fuerit,diuina
prouidentia hoc contigit.Primò propter muluplex myſterium
Secundò ad reuelãdum earum inceſtum,&in exemplum occul-
tò fornicantium, quæ in ſui reuelationem pœnalem ſæpè iuſto
Dei iudicio impręgnantur,ſicut Berſabeæ cum Dauid contigit.
In primo enim concubitu cùm priusvideretur eſſe ſterilis imprę
gnata fuit. Tertiò fortè ad implendam piam intentionem illa-
rum,ſicut & in Thamar quæ ex primo concubitu cum Iuda ge-
minos concepit,& tamen Chryſoſtomus credit quod adhuc eſ-
ſet virgo.Vult enim Deus ſæpè oſtendere ſe etiam in terra velle
remunerare opera bona,eò quòd etiam bona multis impuritati
bus annexa,quantum decet,remunerat.Nota pro myſteriis hui9
capituli,quod moraliter per Sodomorum iudiciũ deſignatur pœ
nitentiale iudicium. Pœnitens enim per amare compunctionis
incendium omnia vitia carnis in ſeipſo ſubuertit & perdit & incẽ
dit:quòd quia fœtorem peccatorum mentali ſenſui imprimit,ſul
phuri propriè comparatur, vertiturq; locus eorum in mare ſal-
ſiſſimum,id eſt,in memoriam peccatorum mordacem & tena-
cem atque profundam.Duo autem angeli ſunt illuſtratio intel-
ctus,& inflammatio affectus, immiſſi à Deo ad compunctionis
incendiũ inducendũ, quos patris earum hoſpitalitas ſæpius ꝓ
meretur.Qui quidem duas filias pulchras inuenitur habere, ſe-
xus quidem fœminei potius,quàm virilis,ſcilicet, affabilitatem
curialem & iucundam,& communicabilitatem humanam quo
ad temporalia ſubſidia huius vitæ,quas quidem de carnalibus,
quaſi ſponſi earum in viris ſanctis amant, quamuis nec propter
eas cum viris ſanctis mundum deſerere velint, imò derident in
ſanctis ſaluti fera verba mundani interitus & contemptus,& ſic
de aliis amplifica.Allegoricè verò per duos angelos deſignãtur
primò Moyſes & Aaron plangentes Ægyptum,& exinde educẽ
tes populum Iſraël Secundò Iohannes & Chriſtus ſynagogam
cæremonialium percutientes,& exinde cœtum Apoſtolicum e-
ducentes.Tertiò Barnabas & Saulus,vel Petrus & Paulus idolo-
latriam gentium ſubuertentes,& exinde Chriſtianum populum
educentes. Quartò Anachoritæ & Cenobitæ per Heliam & He-
lizæum pręfigurati carnalitatem Iezabel,id eſt,carnalis eccleſiæ

*Chryſoſt.*

*Nota pro myſteriis.*

*Allegoricè.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



incedentes,& exinde cœtum regularium carnem ſuam mortificantium educentes. Quintò Doctores Latini & Græci errores hæreſum ſubuertentes, & exinde cœtum fidelium educentes. Sextò duo ordines prædicantium pauperum,ſeu duo primi patres eorum miſſi ad eccleſiaſticæ cupiditatis exterminium, vt educatur inde cœtus pauperum euangelicorum, &c.

## CAPVT VIGESIMVM.

PRofectúſque inde*, ſcilicet de Ebron, *in terram auſtralem*,id eſt,verſus auſtrum,ſcilicet, verſus Ægyptum. *En morieris*, ſupple niſi reddideris eam. *Auimelech verò non tetigerat eam*. Ex hoc patet quod idem ſentiendũ eſt ſupra de Pharaone propter eam flagellato, *Domine num gentem ignorantem*, ſupple quod illa eſſet vxor Abrahæ, *& iuſtum*, ſcilicet, quo ad hoc factum, *interficies? In ſimplicitate cordis mei*, Id eſt ſimplici intentione,Et munditia manuum mearum in actu ſeu opere puto & innocenti, *feci hoc. Et ideo cuſtodiui te, &c.* Nota quod Deus propter ſimplicitatẽ hominis cuſtodit eum à multis peccatis,quæ aliàs per ignorantiam ageret. Nota etiam quod licet in parte fuerit Abimelech cuſtoditus à Deo propter intẽtionis ſuæ ſimplicitatem:potius tamen hoc fuit propter charitatem Dei ad Abraham & Saram. *Nec peccares in me*. Licèt omne peccatum in proximum ſit contra Deum, ſingulariter tamen illud quod eſt factum contra ſanctiſſimos &dilectiſſimos Dei,qualis erat Abraham. *Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, quia Propheta*, & ideo minus lædendus & vexandus. Nota quod licèt iſta ſcriptura more veteris teſtamenti pauca dicat de medulla vitę ſpiritalis iſtorũ patrum,& multum de cortice, ruſticano ſeu exteriori:in illis tamẽ paucis magnum cumulum ſpiritalitatis ſubinnuit. *Et orabit pro te, & viues*.Sed ad quid pro eius vita erat neceſſaria oratio Abrahę,cũ ipſe dicatur hoc factũ innocenter feciſſe? propterea ei moriendum fuerat? Dicendũ quod licèt innocenter feciſſet quo ad hoc quod non ſciebat Sarã eſſe vxorem Abrahæ,nihilominus tamen dignus erat pœna,quia à viro peregrino illam ſumpſerat, illo non præofferente,nec eo ad hoc promptum & voluntariũ ſe oſtendente, ſed ſolum tolerante. Poteſt etiam dici quod ſæpè ad timorẽ temporali pœna percutit nocentes ſanctis viris,quanquã hoc faciant ignoranter,vt ex hoc poſtmodum tam ipſi quàm cæteri amplius vereãtur lædere ſanctos viros. Nota etiã quod tam



hic quàm in præcedenti capitulo expreſſe legitur oratio vnius alteri prodeſſe. Oratio enim Abrahæ profuit Loth & Regi iſti.

*Quia induxiſti ſuper me & ſuper regnum peccatum grande*, ſupple de facto,vel peccatũ grande,id eſt,pœnam debitam grandi peccato. Sed quomodo dicit ſuper regnum meum,cùm ipſe Rex ſolus hoc feciſſet? Dicendum quod regnum ſæpe temporaliter punitur pro peccato Regis,tum quia eſt aliquid Regis,tum quia frequenter participant in peccati Regis. *Oratio vni alteri prodeſt.*

*Vocauítque Abimelech Abraham, & dixit ei: Quæ non debuiſti feciſti nobis, &c.* Hoc quod dicit verum eſſet ſi Abraham non habuiſſet rationem præſumendi quod interficeret eum ſi dixiſſet Saram eſſe ſuam vxorem.

*Rurſúmque expoſtulans*, id eſt, requirens rationem huius relationis ab Abraham, &c.

*Verè ſoror mea eſt,filia patris mei,& non filia matris meæ.* Secundum Hier.ſeptuaginta habẽt:Etenim verè ſoror mea eſt de patre, ſed non de matre, id eſt, fratris eius Aram eſt filia, non ſororis. Sed quia ſecundũ eum in Hebræo habetur,*Verè ſoror mea*,eſt filia patris mei,& nõ filia matris meæ,& magis ſonat quod Abrahæ ſoror fuerit:in eius excuſationẽ dicimus necdũ illo tẽpore tales nuptias lege prohibitas.Quidã verò dicũt ſupra illud 11.cap.Aram patris Melche & Ieſche, quod Ioſepha filia Aram eſt Sara dicta quæ eſt filia patris Abrahæ,id eſt,fratris ſui Aram,quẽ ideò patrẽ ſuum vocauit,quia ſenior eo fuerat.Sed hoc falſum eſſe conuincitur,quia ſupra cap. vndecimo dicitur, quod Thare poſtquã vixerat ſeptuaginta annis,genuit Abraham,qui vixit centũ triginta quinque annis,& ſubditur, quod dies Thare fuerunt ducentorum quinque annorum Ex quo neceſſariò ſequitur quod Abraham ſit genitus antequã Nachor & Aram. Non ergo Aram fuit ſenior quàm Abraham.Poſſet ergo dici quod fortè Abraham dixit quod filia eſt patris mei & non matris, quia Aram pater Saræ fuit filius Thare patris Abrahæ,ſed tamen nõ de matre Abrahæ, ſed de altera procreatus. Vel dicta eſt filia patris & non matris, quaſi dicat, & ſummo deſcendit per lineam ſuam paternam. Et hunc ſenſum ſecuti ſunt ſeptuaginta. *Hierony. in Heb. quæſt. adhunc locũ tom. 3.*

*Sara autem dixit: Ecce mille argenteos*,nummos ſcilicet, *dedi fratri tuo*. Secundum quoſdam ironicè & irriſoriè dicit,*fratri tuo*,id eſt, quem tu quaſi doloſè vocas fratrem tuum. *Hoc erit tibi in velamen*.Iſtud legitur tripliciter ſecundũ quod iſtud pronomẽ (hoc) poteſt ad diuerſa referri,primò ſcilicet ad argẽteos Sara datos,vt ſit ſenſus,Hoc,id eſt,hæc pecunia, erit tibi in velamẽ oculorum,

Universidad de Deusto Biblioteca



id eſt, in præparatione funeris, & tunc eſt irriſio ſecundã gloſam vel *in velamen*, id eſt, ad vittas, ſiue ad velamina faciei tuæ emẽda. Secundo ſic *Hoc*, id eſt mendacium quo vocas, ſcilicet virum fratrem tuum, iſtarum mulierum pudibundarũ, quæ ſcilicet de ſuis amaſiis ſolent dicere quod ſunt fratres ſui. *hoc* inquam *erit tibi in velamen oculorum*, id eſt, in verecundiam tuam, vel in memoriam verecundiæ, *ad omnes*, id eſt, coram omnibus qui tecum ſunt, vt. ſ. recorderis, & recordando confundaris te tale mẽdacium dixiſſe. Tertiò ſic, *Hoc*, id eſt, hæc vrbanitas loquendi qua virũ vocas fratrem, *erit*, id eſt, *ſit tibi in velamen oculorum tuorum ad omnes qui tecum ſunt*, id eſt, ad honeſtè loquendum cum tuis & tibi familiaribus, qui ex hoc modo circa te decipi non poſſunt. *Et quocunque perrexeris memento te deprehenſam*. ſ. mendacio, quaſi dicat. Amodo non teneas talem modum loquẽdi, quod vtique cauebis ſi ſemper recorderis te in hoc deprehenſam, *Sanauit Deus Abimelech*. ſ. vel ab aliquo morbo ſibi immiſſo diuinitus, vel quo ad hoc q̃d de vxore & ancillis eius ſubditur. Nota pro myſteriis huius capituli quod in ſexta ætate quæ ſub Chriſto currit, aut in ſexto tẽpore eccleſiæ, id eſt, ſub tempore apertionis ſexti ſignaculi, facto & viſo iudicio Sodomorũ, ſynagogæ, ſcilicet, & carnalis eccleſiæ: appropinquant ſpirituales patres ad regionem Auſtralem, æterni ſolis ardore flammantem, & per altioris paupertatis ſpiritum, & ex charitate contemplationis tranſcenſum peregrinantur in Gerara, quæ interpretatur viſio peregrinationis. In quo tempore Sara, id eſt, ſpiritualis eccleſia ſeu veritas catholica, quamuis nonagenaria, tãtæ adhuc eſt pulchritudinis, vt à rege Geraræ adametur, quamuis non permittatur corrumpere eam, ſed cogatur eam ſpiritualibus viris reddere, comperto quod nullum partum fructuoſum poteſt aliter habere in domo ſua, quamuis pallium ſibi reputent iniurioſum. Accipiunt tamen ſpiritales viri ab eo multorum fidelium familiam & mille argenteos, id eſt, perfectionem inferioris doctrinæ & eloquentiæ, quæ multum coram domeſticis eſt vtilis, in velamen & ornatum Saræ. Per Abimelech autem, qui interpretatur meus Rex, deſignantur patres antiquarum religionum ſeu eccleſiarum, quæ adhuc retinent nomen Geraræ, id eſt, peregrinationis & viſionis ſeu cõtemplationis.

*Nota pro myſteriis.*

*

ÇAP



## CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM.

V*Iſitauit autem Deus Saram.* In hoc capitulo primò agitur de Iſaac natiuitate, ſecũdò de Iſmaëlis eiectione, ibi, *Cúmq; vidiſſet*, Tertiò de Abrahã & Abimelech cõfœderatione, ibi, *Eodem tempore, &c. Viſitauit autem Deus Saram*, ſcilicet per gratiam & effectum fœcundationis, *Dixitque Sara Riſum fecit mihi Dominus*, id eſt, gaudium, *quicunque audierit*, ſupplè Deuotus huic miraculo & fidei meæ, *corridebit mihi*, id eſt, gratulabitur mihi. *Et ablactatus eſt*, id eſt, à lacte ablatus. Hieronymus dicit quod quidam Hebræorum opinantur tẽpus ablactationis communiter fuiſſe quinto anno, & alij quod duodecimo. *Cúmque vidiſſet Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem.* Quidam dicunt quod ille ludus erat illuſo & illuſoria oppreſſio Iſaac ab Iſmaële, vnde Apoſtolus ad Gal. 4. vocat hoc perſectionẽ, dicens. Quomodo tunc qui ſecundũ carnẽ natus fuerat perſequebatur eum qui ſecũdum ſpiritum: ita & nũc lupo. Alij dicunt quod Iſmaël aſſumebat ſibi dignitatem primogenituræ vel ſigna dignitatis illius, & hoc ipſum quaſi quædam perſecutio erat: & huic modo magis conſentit Hieronymus, quia hoc expreſſus probatur ex ſermone Saræ dicentis, *Eiice ancillam & filium eius, Non enim hæres erit, &c.* Ex quo videtur quod Sara intellexit quod Iſmaël vellet ſibi vẽdicare primatũ hæredis hæreditatis. Alij dicũt quod Iſmaël idola ludo fecit, iuxta illud Exo. trigeſimoſecundo. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerũt ludere, id eſt, idola venerari, ludẽdo, ſcilicet, corã eis. Et hi dicunt quod ludẽdo Iſaac idola colere docebat. Dicitur autem hîc ſignanter: *Agar Ægyptia*, ad innuendum conſimile myſteriũ dominatiuæ oppreſſionis Ægyptiorum contra populũ Iſraël Dicit Hieronymus quod illud quod ſequitur, ſcilicet, *cum Iſaac filio*, non habetur in Hebræo. Puto autem quòd interpres hoc addidit tanquã exponens mentẽ literæ, quæ ex verbis Saræ ſequẽtibus trahi poteſt. *Durè accipit hoc Abraham.* Non enim erat hoc ſibi reuelatũ ſicut Saræ, vel nõ ſuſpicabatur illud malum imminere, quod ſuſpicata eſt Sara. *Cui dixit Deus; Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius*, id eſt, de omnibus quæ dixerit tibi, vocem eius audi, vocem eius eſt modus loquendi. Nota ex hoc loco quod quãdoq; ſuperior debet credere inferiori, iuxta illud. 1. Corint. 14. Quod ſi aliud reuelatum fuerit ſedenti (Vel ſecundum aliam literam, iuniori) prior taceat. Aliquando etiam inferior aliqua prudenter aduertit vel videt, quæ non ſupe-

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Ad Gal. 4.*

*In Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Et id quoque refert Hiero. in Heb. quæſt. ad hunc locum. tom. 3.*

*In eodem loco nunc citata.*

Universidad de Deusto Biblioteca



riot. Nota etiã quod in hoc docemur quomodo carnalis affectus impedit rectum iudicium & ſpiritualem intellectum. Quia enim Iſmaël ſecundum carnem plus attingebat Abrahæ quàm Saræ & quia Abrahã plus afficiebatur ſecundũ carnẽ ad eum quàm Sara: idcirco Sara fuit magis diſpoſita ad ſubtiliter & ſpiritualiter intelligendũ malũ Iſmaël quàm Abraham foret. Nota etiã quod ex hoc ſatis conuincitur apertè, quod Sara per diuinã reuelationem dixerit Abrahæ. *Ingredere ad ancillam meam*, quod ſupra decimoſexto habetur. *Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen*, ſcilicet ſemen gratiæ & aliàs quomodo de filio ancillæ ſubditur, *Faciam enim eum in gentem magnam quia ſemen tuum eſt.* Prædictam expoſitionem proſequitur Apoſtolus ad Romanos decimo, dicens, Quod non omnes qui ſunt ſemen Abrahæ, ſunt eius filij, Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemen, Quod exponens ſubdit, Id eſt, nõ qui filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine. Sed nunquid non aliquis natus de ſtirpe Iſmaëlis eſt ſaluatus aut ſaluandus? Nunquid etiam non multi de ſtirpe alia quã Iſaac ſteterũt cum Abrahã & Iſaac? Ad quid ergo oportuit filiũ ancillę eiici? Nunquid omnes ſunt damnati qui non fuerunt filij Iſaac, nec ſpeciale ſemen Abrahæ? Dicendum quod non poteſt hic ad plenum ſufficiẽs ratio dari niſi recurratur ad myſticam rationẽ. Voluit enim dominus in hoc facto figurari diſtinctionẽ & ſegregationem filiorum carnis à filiis gratiæ, Pro tanto tamen hic eſt ratio literalis, quia populus in quo erat illo tẽpore cultus Dei principaliter ſeruãdus & propagandus, erat de ſolo Iſaac naſciturus: illi autem populo erat valde nociua & periculoſa commixtio cęterorum ſi ſtarent cum eis vt conciues & cohæredes, quia tunc de facili ſcinderent & corrumperent veritatem diuini cultus.

*Carnalis affectus impedit rectum iudicium.*

*Ad Ro. 10.*

*Tollens panem & vtrum aquæ impoſuit ſcapulæ eius.* Sed nunquid non valde impium fuit Agar ſic nudum & ſolam cum ſolo filio emittere, dando ſibi ſolum modicũ de pane & vnum vas aquæ? Quare enim nõ fecit eam bene aſſociari, & quare non dedit ſibi vnde ipſa cum filio ſemper ſuſtentari poſſet? Dicendũ quod quibuſdam non indoctè viſum eſt quod Abraham fecit hoc propheticè iuxta quod vidit Deum velle in hoc ſpiritalia myſteria. Deus etiã propter myſteria voluit hoc ita fieri, vt ex hoc tandẽ plenius pateret ſuum beneficium, ſuum regimen circa filiũ ancillę, iuxta quod promiſerat Abrahæ. Et fortè hoc etiam voluit in pœnam & correctionem ſuperbiæ Agar, & filij eius, in ſignũ quomodo ſerui ſiue ſubditi ſuperbi & ambitioſi ſint abiiciendi quaſi nudi.

*Abiecit puerum, &c.* Secundum Hieronymum non eſt intelligendum quod ipſa portauerit eum ſuper ſe quia iam erat octodecim annorum & amplius, ſed dicitur abieciſſe quod dimiſſit eum longe à ſe, ne videret illum mori, vnde & paulò poſt dicitur ei. *Tolle puerum & tene manum eius* Ex quo patet quod non eum ſuper ſe ferebat, ſed ſicut comitem eum ſecum ducebat.

*Hier. in he. quæſt. ad hunc locum tom 5.*





Et dicit quod mos eſt linguæ hebraicæ quod omnis filius comparatione paruorum infans vocetur & paruulus.

*Omnis filius reſpectu parentum infans vocatus.*

*Exaudiuit autem Dominus vocem pueri.* Videtur quod potius deberet dicere vocem matris, ſed dicit Hieronymus quod mater non ſuam mortem, ſed filij deplorabat, & ideo dicitur exaudiſſe puerum, quia exaudiuit matrem pro puero. Vel etiam in hoc innuitur quod puer fleret, & vtique iam præſiti quaſi moriens bibere cupiebat. Ipſum autem dicitur Deus exaudiſſe potius quam matrem, quia erat ſemen Abrahæ, de quo promiſerat ei quod faceret illud in gentem magnam.

*Hiero. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Aperuitque oculos eius Deus*, oſtendendo, ſcilicet, ſibi puteum quẽ ibi eſſe neſciebat. Et fortè iſte eſt puteus quem ſerui Abimelech vi abſtulerant à ſeruis Abrahæ, de quo paulò poſt ſubditur. *Indigent enim ibi valde puteis*, non ſolum propter ſe, ſed etiam propter pecora & armenta.

*Eodem tempore dixit Abimelech.*, Iſtud refertur ad monſtrandum quod Deus iam tantum magnificauerat Abraham, quod rex illius terræ pro magno habebat firmiter confœderari cum eo.

*Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abimelech*, In ſignum ſupplè amicitiæ ſpecialis.

*Percuſſeruntque ambo fœdus & iurauerunt*, Quod fuit per tactum mutuum manuum, vel per manualem tactum altaris, alterius rei ſacræ, vt ſic firmarent mutua pacta.

*Vt ſit teſtimonium mihi*, id eſt, pro me, *quoniam ego fodi puteum iſtum*, id eſt, quod puteus iſte ſit ad me, & ad meos ſpectat: tanquam à me confoſſus & factus. Sed quomodo abſentibus vel futuris potuerunt ſeptem agnæ eſſe teſtimonium huius facti? Præterea nunquid non tantùm valebant ad hæc mutua verba? Dicẽdũ quod quando in pactis aliqua facta & dona adiunguntur verbis, eſt pro tunc multiplicius & ſenſibilius ſignũ firmationis pactorũ. Cæteris autẽ quibus per teſtes & inſtrumentũ poſtmodũ innoteſcit: fit ad hoc fortior impreſſio & amplior fides, & memoria firmior ac fama celebrior. *Idcirco vocatus eſt locus iſte Berſabea quia ibi vterque intrauit.* Secũdũ Hiero. duplex eſt cauſa nominis huius. Vna eſt ab eo quod Abimelech accepit ſeptẽ agnas de manu Abrahæ, Ber enim puteus, Sabæ vero agnæ vel oues dicuntur.

*Hiero. in quæſt. Heb. ad hunc locum tom. 3.*

Universidad de Deusto Biblioteca

*Eodem loco nunc citato.*

Alia eſt,quia ibi iurauerũt.Sabæ enim eſt idem quod iuramẽtũ.
Quod autem paulò ante hoc nomẽ legimus,anticipatiuè eſt di-
ctum:nõ enim tũc ita vocabatur.Dicit etiam Hieronymus quod
vſque hodie eſt ibi oppidum dictum Berſabeæ. *Et fuit colonus ter-
ræ Paleſtinorum*,id eſt,Philiſtinorum. Colonus eſt idem quod ad-
uẽtitius ſeu peregrinus inhabitator,ſeu cultor terræ alienæ. Pro
myſteriis huius capituli nota quod per ortũ Iſaac (qui dicitur ri
ſus) deſignatur moraliter omnis ſpiritualis proles cuiuſlibet mẽ
tis ſpiritualis,& præcipuè mentis cõtemplatiuę,& ſpirituale gau-
diũ habentis.Hęc proles & admiratio Saræ ſenis & ſterilis,& ad
mirabilis cõceptus & partus deſignat admirationem mentis de
nouo parientis cõtẽplationis partũ:cùm ipſa ex natura ſua eſſet
ad hoc impoſſibilis,& vltrà hoc eſſet facta ſemel tã ex infectione
ſui vicioſa,quàm diuturnitate tẽporis iã fatigata, & quaſi deſpe
rata de tali prole.Allegoricè autẽ ſignificat omnes ſpirituales par
tus eccleſiæ per ſucceſionẽ temporũ parientis nouum populum
Dei,& nouos ſtatus gratiæ à primo partu eius vſque ad vltimum
quo parturiendi ſumus eccleſiæ triumphanti & reſurgenti:& re
ſpectu cuiuſlibet iſtorum prius parit ancilla quàm libera,de qua

*Ablactio Iſaac quid ſignificat.*

dicitur, Lętare ſterilis quę nõ paris.Et in quolibet partu ſpiritali.
Eccleſia cogitur parturitiõis ſubſtinere triſtitiã & preſſuram,ſed
cùm pepererit,nõ meminit preſſuræ ꝓpter gaudiũ prolis.Myſti
ca autè ablactatio Iſaac, eſt abſtractio eius à ſimplici & infantili
iuſtitia & doctrina,ad cibum perfectioris iuſtitiæ & doctrinæ:ob
quam ſpirituales patres faciunt magnũ conuiuiũ ſpiritualis lęti-
tiæ & doctrinę,& tũc priores filij carnalis ſynagogæ vel carnalis
religionis ſeu Eccleſiæ volunt ſibi vendicare primatũ,& pro hac
re filios proſequuntur. Secũdò nota de abiectione ancillæ & filij
eius quod moraliter Abraham durè accipiens verbũ Saræ, ſigni
ficat difficultatem & tarditatẽ , quam ſentit animus ſuper totali
reiectionis ſtatus & prolis ſibi hactenus etiam vtiliter famulãtis:
ſed præualente inſtinctu gratiæ & illuminatę conſcientiæ ex prę
cepto voluntatis diuinæ,ſpiritalis anima reiicit eos,non quidem
ſemper occidendo,ſed per hoc quod quaſi eorum oblitus vix aut
raro aſſumit eos ad vſum vel obſequiũ domus ſuæ.Vtrem autẽ
aquæ,id eſt,onus mortificationis humeris imponit ancillę tradẽ
do panem ſolius neceſſariæ refectionis. Allegoricè autẽ Abrahã
durè accipiens, quoſdã Prælatos deſignat , qui in vicio ſpiritalis
ſegregationis ſpiritalium filiorũ à carnalibus carnali affectione
dureſcunt,non intelligentes ſuper hoc arcanũ ſpiritalis ſapientię
& iuſtitiæ Dei:ſed tandem ex eis quidam Intelligunt & implent
conſi-



conſilium,imò & præceptum Dei & Saræ, Hoc enim modo fuit
ſynagoga reiecta,& carnalis eccleſia,carnalis que religio,& acti
uæ vitę tẽporalis diſtractio circa finalẽ partũ Eccleſiæ emittẽda.
Vel per Abrahã deſignatur Deus omnium pater, qui ſecundum
exteriorem corticem ſignorũ ſiue voluntati quæ aliquando Dei
voluntas in ſcripturis vocatur, videtur eſſe durus ac difficilis ad
eiiciendam ancillã & filiũ de domo ſua,& quaſi cum grandi dif-
ficultate & tarditate fuerũt reiectæ legales cæremonię & zelato
res ipſarũ.Et cõſimilirer erit in finali partu Eccleſiæ,& ſic fuit in
intermediis partubus eius.Ancillæ autẽ dum eiicitur imponitur
onus literæ frigidæ ſicut aquæ,quia litera occidẽs relinquitur ei.
Datur etiã ſibi aliquis panis,id eſt, aliqua groſſa & carnalis iuſti
tia,cui carnalis ſenſus literæ eſt ꝓ potu.Sed quia carnalis ſenſus
literæ citò deficit vel areſcit,idcirco carnalis ſynagoga vel eccle
ſia dolet & plorat,ſentiens ſe & filiũ ſuũ mori, & remedia gratię
longè eſſe.Hoc tamen pro carnali remedio ſibi aſſumit,vt aduer
tat cogitatus ſuos ad conſiderandã mortem filij ſui:ſicq; miſera
biliter ſtat vſq; quo adueniat illuminatio & prędicatio per nun-
tios Dei,quæ puteũ ſpiritalis ſapientiæ ac gratiæ ſibi oſtẽdat,ac
bibat.Tertiò nota ꝙ per cõfœderationẽ Abrahæ & Abimelech,
deſignatur fœdus ſpiritaliũ & Euangelicorũ virorum,quod poſt
aliquale initium ſui ſtatus,cõtrahũt cum Prælatis Geraræ,id eſt,
religionis,vel Eccleſiæ vetuſtæ & à veritate realis peregrinatiõis
quaſi alienatæ. Vnde Geraræ erat terra Paleſtinorũ ſeu Philiſti-
norum,quos ſeptuaginta Allophilos,id eſt,alienigenas vocant:q
& interpretantur poſitione cadentes vel ore concuſſi ſeu cõtun
dentes,quia tales poſitione carnalium & terrenorũ cadunt à ve-
ritate ſuæ profeſſionis & ſtatus , & ſuo carnali colloquio tã in ſe,
quàm in aliis contendunt eloquia ſpiritalis doctrinæ.Puteus au-

*Puteus quid deſignat.*

tẽ vi allatus à ſeruis Abimelech,eſt puteus ſcripturæ ſacræ & ca
tholicæ veritatis & ſapientiæ & gratiæ eccleſiaſticæ,quẽ illi qui-
dem auferunt partim ſibi,& ſuo carnali ſtatui ac ſenſui prædictũ
puteũ aſſeribendo & applicando :partim ab illius vſu debito vi-
ros ſpiritales impediẽdo, ne ſcilicet illius gratiam & ſapiẽtiã ſibi
vel aliis adminiſtrent,ſaltẽ ſecundum formã & authoritatẽ eccle
ſiaſtici iuris.Initur autem fœdus mutuum per hoc quod Abrahã
dat illi oues & boues,id eſt,animas ſimplices,& ſpecialiter ſeptẽ
agnas,id eſt,ſeptẽ animas ſeptiformi ſpiritus gratia adornata.Et
hæ ſunt patri ſpirituali in teſtimoniũ,qu od ipſe puteũ illum ab-
ſtrahẽdo fodit,ſcilicet ab illo terrena obſtacula,& carnales ac ter
tenos ſenſus claudẽtes & tegentes puteum ſapientiæ & gratiæ

Universidad de Deusto Biblioteca



ſpiritalis remouendo. Circa puteum autem plantat Abraham ne
mus,id eſt,arbores ſpiritalium animarum & ſpiritalium expoſi-
tionum & intelligentiarum, vt vbi iucundius & amœnius inuo-
cet nomen Domini,&c.

## CAPVT VIGSSIMVM SECVNDVM.

QVAE *poſtquã geſta ſũt,&c.* In hoc facto circa tria
eſt præcipuè attendẽdũ. Primò ſcilicet circa ten
tationẽ,qua Deus dicit tẽtaſſe Abrahã. Secũdò
circa pceptũ de offerẽdo filiũ. Tertiò circa Dei
iuramẽtũ & promiſſũ. Circa primũ eſt duplex
dubiũ. Primũ eſt quomodo Deus tentat aliquẽ
cùm tentare ſolet in malum. Vnde Iacobus ait,Deus neminẽ tẽ
*Iacob. 1.*
tat. Secundum eſt quia omnis tentator intendit experiri aliquid
quod ignorat,Deus autẽ nihil ignorat,ex quo videtur quod nul
lum tentare poſſit. Ad primũ dicendum quod tẽtare vno modo
*Tentatio eſt duplex.*
dicit actum quantum eſt ex ſe & ex intentione tẽtantis inducen
tem malum,& de hoc modo loquitur Iacobus in verbis illis. Vn
de ibi dicit,quod Deus non eſt tẽtator malorũ,ſed vnuſquiſq; tẽ
tatur à cõcupiſcentia ſua. Alio modo tẽtare dicit actũ ex ſe ordi-
natũ ad bonũ tentari,& ad probandũ ſiue mõſtrãdũ ſibi & aliis
virtutẽ ipſius. Et hoc modo poteſt intelligi quod præmittit Iaco
bus: Beatus vir qui ſuffert tentationẽ, quoniã cùm probatus fue
rit,&c. Et illud etiã: Omne gaudium exiſtimare fratres mei,cùm
in varias tentationes incideritis,ſcientes ꝙ probatio fidei veſtrę
patientiã operatur,&c. Ad ſecundum dicendũ quod licet homi-
nes,vt ſæpius per actum tentandi velint ſibi aliquid ignotũ expe
riri,non tamen Deus. Nec mirũ, quia etiam magiſter volens ali-
quando diſcipuli ſui ſcientiam & ingeniũ ſibi notum aliis propa
lare,quæſtionibus & obiectionibus tentat eũ: vt reſpõdendo ob-
iectis,eius ſcientiæ perfecta euidentia cæteris cõmendetur. Rur
ſus ſciendũ quod licèt Deus nihil ignoret,non tamen nouit futu
ra ſub illo reſpectu & modo quo nõ ſunt nec eſſe poſſũt ſcita vel
ſcibila. Dei igitur ſcientia prout reſpicit ſolũ futurũ contingens
*Duobus modis ſcientia Vel conſideratur reſpectu futurorum.*
in ſuis cauſis liberis contingentibus, & per reſpectum ad tem-
pus præcedens actualem euentũ rei futuræ non nouit certitudi
naliter illud futurũ fortè, vel in poſterum eſſe debere, quia illud
non eſt ſcibile,imo ſi poneretur illud eſſe ſcibile vel ſcitum,pone
retur eſſe cõtradictio. Prout autem Dei ſcientia fertur ab ęterno
ſuper præſentialem exiſtantiã rei futuræ, pro tempore pro quo
erit



erit,ſic infalibiter ſcit futura contingentia: quia hoc modo non
reſpiſcit ea vt contigentia reſpectu ſui viſus,ſed potius vt pręſen
tia,& vt præſentialiter exiſtentia. Conſimilis autem diſtinctio ca
dit ſuper Dei velle,nam prima dicitur voluntas antecedentis: ſe-
cunda verò voluntas beneplaciti ſeu voluntas conſequentis. Igitᷣ
reſpectu ſecundi modi non poteſt attribui Deo actus tetandi ſeu
volendi experiri aliquando ignotum aliquod: ſed reſpectu primi
modi optimè poteſt. Deus enim voluntate antecedẽte, & prout
in cauſali libertate & contingentia voluntatis noſtrę,non eſt ad
huc certum nec ſcibile an hoc vel eius oppoſitum ſumꝰ facturi,
poteſt rationabiliter aliquid mandare vel facere, per quod alte-
rum aliorum fiat ſcibile & etiam ſcitum: non quod Deo fiat ſci-
tum per illud, ita quod per illud aliquid cauſetur in ſcientia Dei
ſed pro tanto poteſt dici,quod ꝑ illud ex parte ſua,id eſt,ex parte
ipſius futuri fiat ſcibile & ſcitũ,pro tãto ſcilicet quia per hoc al-
terum oppoſitum determinatur ad actum eſſendi. Circa præ-
ceptum verò de offerendo filio datum tria dubia occurrunt. Pri-
mum eſt,An Deus rectè potuerit hoc præcipere,cùm occiſio in-
*An Deus ritè præcipit occiſionẽ filij ipſi Abrahæ.*
nocentis ſit actus impius, & potiſſimè quod hæc fiat à proprio
patre. Et etiam cùm contumelioſum ſit Deo mõſtrare quod ipſe
deletur in mortibus hominum & præcipuè innocentium. Secun
dum eſt,An Abrahã rectè fecerit ſtatim credẽdo & obediẽdo. Nõ
enim ſtatim ſe debuit reddere facilem, imò quantum erat ex ſe
triſtem & difficilem. Eſt etiam in hoc aliud dubium, An ſcilicet
Iſaac debuerit in hoc patri obedire. Nam ſicut ex hoc textu pa-
tet, erat compos rationis. Portabat enim ligna & ſciuit quærere
& conferre, ex quo habebant ignẽ & ligna, vbi erat victima quæ
debebat offerri. Suprà etiam dictum eſt quod Abraham poſt
Iſaac natum & ablactatum fuit colonus terræ Palæſtinorũ mul-
tis diebus. Et tunc ſubdit, quod poſtquam geſta ſunt,tentauit
Deus Abraham,&c. Ex quo patet quod poſt multum tempus ab
oblatione Iſaac hoc factum cõtingerit. Vnde & Ioſephus refert,
*Ioſeph. li. 1. antiq. Idu. cap. 22.*
quod Iſaac tunc erat vigintiquinque annorum. Tertium du-
bium eſt,quomodo Abraham abſque mendacio potuerit pueris
ſuis dicere: *Ego & puer poſtquam adorauerimus, reuertentur ad vos,*
cùm ipſe indubitanter proponeret & crederet ſe occiſurum fi-
lium ſuum, & per conſequens crederet ſe ad illos non reditu-
rum cum illo. Ad primum dicendum quod Deus conuenientiſ-
ſimè hoc pręceperit,tam reſpectu ſui,quàm reſpectu Abrahæ &
filij ſui,quàm reſpectu noſtri. Primò quidem reſpectu ſui,quia
nihil debet Deus in ſuis tamen quærere & amare, ſicut perfectũ

Universidad de Deusto Biblioteca



actum amicitiæ & obedientiæ ſuę. Non eſt autem perfecta ami-
citia & obedientia noſtri ad creatorem, niſi actualiſſima prōpti-
tudine qua nos & omnia noſtra amantiſſima ſibi medullitus of-
feramus, & niſi eis præcepto, imò & nutui nos & noſtra oīa ſibi
continuò ſubiiciamus. Apertè autem patet quod Deus principa
liter in hoc præcepto id quærebat. Secūdò hoc patet reſpectu A-
brahæ & filij ſui. Conſtat enim quod ex hoc eorum virtus & me
ritū vehemētius accreſcebat, & ex ipſa impletione prȩcepti inno
teſcebat tā eis quā omnibus aliis hoc audituris, Ex hoc etiā ma-
iorem fiduciam in Deū habere potuerunt & habuerunt. Tertiò
patet hoc reſpectu noſtri, quia fuit nobis in maximū exēplū & do
cumentum Deum amandi, & Deo in omnibus obſequendi, tum
quia per hoc inter cætera nobis innotuit quod Deus pōt hoc &
conſimilia præcipere, & ſuper his & cōſimilibus diſpenſare. De-
cuit etiam in patribus præoſtēdi, quod Deus multa tranſcenden
tia rationem & leges communes erat Chriſti temporibus præce
pturus: tum quia nobis vtile fuit Chriſtum pro nobis immolan-
dū pluribus modis præfigurari, & inter figuras nulla cōformior
& conuenientior iſta. Vnde hæc figura non ſolū fuit vtilis noſtrę
informationi, ſed etiā fuit valdè honorificatiua Dei patris & vni-
geniti ſui: quia hîc expreſſe eſt figuratū ex quāta charitate Deus
pro nobis dedit & obtulit vnigenitum ſuum morti, & ex quanta
obediētia Chriſtus fuit in hoc obediēs patri, quia eius Dietas ſic
fuit hîc expoſita & tradita, quod tamen non fuit paſſa, ſed ſolum
aries, id eſt, eius agnina humanitas, quæ tāquam pe[illegible]ctus aries,
eſt Princeps omnium ouium Dei. Fuit autem hoc figuratum in
illo patre cui primò apertè legitur facta fuiſſe ꝓmiſſio de Chri-
ſto ex ſe naſcituro, & qui pro cultu sūmi patris defenſando cōtra
introducentes plures Deos ſingulariter ſtetit, & qui populi Dei
legē ſuſcepit, & primus pater fuit à cæteris gentibus ſegregatus.
Fuit etiam conueniens hanc præcellentiam charitati oſtendi in
illo, ne propter pluralitatem vxorū, aut ꝓpter bella & diuitias tē
porales crederetur fuiſſe carnalis aut imꝑfectus. Vnde quod ob-
iicitur hoc ſcilicet præceptū fuiſſe impium, patet ex prȩcedenti-
bus eſſe falſum. Præterea conſtat quod propter ſolum originale
peccatum Deus à nobis iuſtè exigit mortem, imò & omnes cō-
putamur rei mortis & filij iræ: nihil ergo iniuſtum fecit Deus ſi
mortem Iſaac exegit à quocunque ſuo miniſtro, etiam à patre.
Vlterius vitam & mortem noſtram ordinare ad ſummū meritū
& præmium noſtrum, & ad ſummum Dei amorem & honorem
nō eſt impium, imò piiſſimum: ſed per hoc præceptū nihil aliud
hîc

*Ob ſolum originale peccatum Deus iuſtè à nobis exigit mortē*



hîc factum fuit. Vnde nō fecit hoc Deus quaſi abſolutè delecte-
tur in pœnis noſtris, ſed potius tāquā delectatus in profectibus
noſtris, & in laudibus ſuis. Si autē quæris, quomodo Deus vera
citer potuit præcipere illud, qđ finaliter fieri nolebat, cū prȩci-
pere quod fiat hoc vel illud, ſit idē quod velle hoc fieri. Dicendū
quod Deus voluit qđ Abrahā eſſet paratus hoc facere, & etiam
quod hoc faceret niſi ſibi aliud mandaretur. In præceptis em̄ Dei
ſemper volūtas excepta eſt. Vnde in huiuſmodi ſemper ſubintel-
ligitur, niſi ipſe oppoſitum inſinuaret. Dato etiam quod Deus ſo
lū probatiuè diceret alicui: Fac hoc vel illud, etiā poſito qđ nullo
modo eſſet faciendū: adhuc non eſſet ſermo falſus. Ad ſecundū
patet iam aliqualiter reſponſio ex prædictis. Eſt enim ſupponen-
dū pro certo, quod Abraham fuit certiſſimus hoc præceptū fuiſ
ſe à Deo, aliàs enim temerariè & impiè acceptaſſet opus tā inuſi
tatū, & præcipuè nō prohabito multiplici conſilio prouido & ma
turo. Primus enim Patriarchis & Prophetis fiebant viſiones vni
uerſales & fundamētales infalibiles tāquā fundatoribus & funda
mētalibus radicibꝰ totius diuini cultus & totius eccleſię Dei: &
ideo nō erāt dubiæ tales viſiones quales cōmuniter fiūt ſingulari
bus perſonis quibuſdā, quas non eſt ſecurū ſeq niſi per aliā certi
tudinē rationis & catholicæ fidei, ſeu ſcripturę eorū veritas pri-
mitus innoteſcat Hoc igitur cōceſſo, ſciēdū qđ Abraham debuit
celerimè & ſuperferuidè implere præceptū, & poſt ſeipſum plus
in filio quā in quocūq; alio: & minus impiū fuit, quod ipſe ſic vel
let immolare filiū quā ſi hoc voluiſſet de vno extraneo, quia im-
molando vnigenitū ſuū, ſibi tam amore naturæ quā gratiæ dile-
ctiſſimū, non potuit ſibi eſſe ſuſpectus quod impio aliquo motu
hoc faceret: ſed potius quod ſolo Dei amore inducente & in ob
ſequiū ſuū captiuante, totū naturalē & etiā ſpiritualē amorem,
quē habebat ad corporalē vitā filij ſui De perſonis autē extrane-
is hoc meritò poſſet ſuſpicari, tū quia quātò hoc erat difficilius
ſuo naturali & carnali affectui; tātè erat virtuoſius hoc perficere
ꝓpter Dei amorē. Tū quia illud quòd naturali iure erat ſuū & ſi
bi ſubiectū, potius decuit ab ipſo offerri: quā rem extraneam, &
quā rem ſuo dominio non ſubiectam. Illud etiam dubium de fi-
lio eius patet, debuit enim obedire tanto patri cuius ſanctitatē,
& diuinas reuelationes optimè nouerat & probauerat, & de faci
li aduertere potuit & debuit, quod tam ſanctus pater tā dilectum
filium nollet immolare niſi certiſſimus eſſet hoc Deum iuſſiſſe.
Vnde & Ioſephꝰ refert patrē ſuū ſibi dixiſſe, quod ſicut admirabili
ter ex Dei voluntate fuerat conceptus & mundu ingreſſus: ita ex

*Quomodo Deus præcepit id quod fieri nolebat*

*Ioſeph. li. 1 anti. Iudaic. cap. 22.*

voluntate Dei neceſſe erat ei mirabiliter inde egredi, quem Do-
minus iudicaſſet dignum non morbo nec bello vitam finire, ſed
cum orationibus & ſacrificiis animam ipſius ad ſe vocare:addẽs
quod Deus ſuſcitaret eũ ob implendas ꝓmiſſiones ſuas. Sed for-
tè adhuc quæreretur, Ad quid præcepit, ſcilicet, quod ita longè,
ſcilicet per tres dietas iret filium immolare? Ad quid in tali mon-
te? Nunquid non maior eſſet probatio ſi in eodẽ loco in quo e-
rat, viſus eſſet ipſum ſtatim immolare? Ad hoc triplex ratio po-
teſt dari ad præſens. Prima eſt, vt Abrahã diuturnius in hoc ope-
re probaretur, quia eñ Deus non intendebat filiũ finaliter occi-
di, idcirco in applicatione voluntatis Abrahæ ad actum occiden-
di voluit ipſum exerceri per tres dies. Secunda eſt, vt locum in
quo erat templum Dei condendum, & iuxta quem Chriſtus erat
immolandus, ſuo opere pręmonſtraret & diuino cultui dedica-
ret Secundũ eñ Hieronymum ſeptuaginta ponunt: Vade in ter-
tam lucidam & Symmachus: In terrã viſionis. In Hebræo autem
habetur: In Moria. Aiunt autem Hebræi eſſe montem, in quo (vt
poſteà dicitur) cœpit Salomon ædificare domum Domini in
Hieruſalem in monte Moria, qui idcirco illuminans interpreta-
tur & lucens, quia ibi eſt oraculum Dei, & lex & ſpiritus, ſcilicet,
qui docet hominem veritatem. In huius autem ſignũ eſt quod
Abrahã dicitur illuc die tertio perueniſſe, quia de Geraris vbi tũc
Abraham morabatur vſque ad montẽ Moria, id eſt, ſedem tem-
pli eſt iter trium dierum. Malè igitur quidam putant Abrahã illo
tempore ad quercum habitaſſe Mãbre, cùm inde ad montẽ Mo-
ria vix vniꝰ diei iter ſit. Tertia ratio eſt, vt in hoc opere multiplex
myſterium Trinitatis ac trinę itinerationis, triũq; dierum & aſ-
cenſionis in arduitatẽ crucis & martyrij præſignaretur. Ad tertiũ
dubiũ dicendum, quod illud verbum Abrahæ poteſt tripliciter
verificari. Primò ex ſpe reſurrectionis Iſaac. Nã ſecũdum Apoſto-
lum ad Hebræos vndecimo, Abrahã in hac fide obtulit vnigeni-
tũ, in quo ſuſceperat promiſſiones implendas: arbitrans quia à
mortuis eũ ſuſcitare eum potẽs eſt Deus. Secundò, ex cõditione
cõmuniter ſubintelligẽda vel ſubintellecta, ſcilicet, ſi Deus volue-
rit, & ſi vita comes fuerit. Tertiò intelligitur niſi ex ſpeciali iuſſu
Dei aliud euenerit. Sicut eñ ſupernaturalia miracula ſunt exce-
pta à lege cõmuni loquẽdi: ſic ſupernaturalia & occulta, & inuſi-
tata Dei cõſilia & mãdata. Nec oportet quod ſciẽs illa ſemp ſecũ-
dũ illa loquatur, maximè quãdo nouit hoc nõ expedire, nec dece-
re, nec Deũ hoc velle: ſed ſufficit quod loquatur hominibus ſe-
cundũ communem curſum & ſecundũ cõmunem notitiã, iuxta
quod

*Cur tã longè abiit Abrahã ad immolandũ filiũ.*

*Hierony. in Heb. quæſt. tom. 3.*

*Reſponſio ad tertium.*



quod & Sacerdotes dicũt aliquando de ſacramẽtaliter ſibi con-
feſſis ac notis quod neſciunt illa, & tamen in hoc nõ mentiuntur
nec reputantur mẽtiri. Ambroſius verò in libro de Patriarchis, di-
cit quod Abrahã prophetauit quod ignorabat, ipſe enim ſolus
diſponebat redire immolato filio, ſed Dominus per eius os locu-
tus eſt q̄d parabat. Captioſe autẽ loquebatur cũ ſeruo, ne cogni-
to negotio aut impediret eũ aliqs: aut gemitu obſtreperet, aut
fletu. Hæc Ambr. In quo videtur velle q̄d ſicut Deus per os Cai-
phę neſciẽtis ꝓphetauit de Chriſto, Caipha contrariũ intẽdẽte
quod ſic ſuo modo fuerit hîc, & quod Abrahã iuxta ſuam intẽ-
tionẽ locutus eſt hîc captioſe, non mendoſe, vtens plurali ꝓ ſin-
gulari, vt ſit ſenſus, Reuertemur. i. reuertar. Primi tamen tres mo-
di plenius Abrahã excuſare vidẽtur. Circa Dei verò promiſſionẽ
tria occurrunt dubia. Primũ eſt quomodo dixit, *Nunc cognoui
quod timeas Dominum?* Nunquid enim omnia hæc non cognoue-
rat? Aut nónne Abraham ante hoc factum Dominum timebat?
Secundũ, quomodo Deus ita magnificat hoc factũ Abrahæ, cũ
multa alia maiora reperiantur? Nũquid maius fuiſſet ſi ſeipſum
immolaſſet? aut inſtar martyrum ſe morti pro Domino obtuliſ-
ſet? & præcipuè quia ipſe alterũ filium præter ipſum habebat &
adhuc plures habere poterat? Tertiũ quomodo aut quare iurat
Deus, cùm ſuũ iurare nihil addat ſupra ſuũ ſimplex verbum? Ita
enim eſt verum vnum ſicut & reliquum. Et etiam quia iurare nõ
videtur actus Deo conueniẽs, quia talis actus non aſſumitur ni-
ſi ad cõfirmandum aliquod dictũ, quod aliàs nõ erat ita ſufficiẽ-
ter firmatum. Ad primũ dicendum, quod ſecundum Auguſt. ſen-
ſus eſt, Nunc cognoui. i. cognoſci feci, & eſt modus quo cauſa
denominatur à ſuo effectu, & eſt hoc legendum per Antonoma-
ſiam, id eſt, nunc euidentius feci cognoſci quod tu præcellenter
& ſingulariter timeas Deum. Secundò poteſt dici, q̄d Deus more
humano de ſe loquatur, vt ſit ſenſus, Ita eſt vt nũc euidens ſit te
timere Deũ, quod etiam ſi prius me lateret, modò mihi eſſet no-
tũ. Tertiò poteſt dici quod per hoc ſignificatur ordo diuinæ ſciẽ-
tiæ ad ſuum temporale obiectũ, licet enim æternaliter pręcedat
illud: nihilominus nõ eſt talis obiecti niſi pro tẽpore ſuo. Vnde
ſingularẽ actũ timoris Abrahæ in hoc facto habitũ, ſic Deus no-
uerat ab æterno, quod tamẽ nõ nouerat aliquãdo pro tẽpore p-
cedenti ipſum actũ. Si autẽ quæras quare nõ potiꝰ dictũ eſt. Nũc
cognoui ꝙ ames Dominũ, cũ actus immolandi ꝓ Domino filiũ
potius fieret ex Dei amore quã ex timore. Dicẽdũ ꝙ per timorẽ
deſinat amorẽ eo modo quo cauſa deſignatur ꝑ ſuũ immediatũ

*Sacerdos verè dicit ſe neſcire quod confeſſione nouit.*

*Amb. in li. de Abrahã cap. 8. circa me. tom. 4.*

*Aug. lib. 16. de ciuit. Dei ca 32. à medio, tom. 5*



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



& inſeparabilem effectum,& vltra hoc deſignauit proprietatem
amoris ſui,& ſpecialiter reſpectu huius facti. Amor enim creatu-
ræ ad dominũ ſuum,nõ debet eſſe per æqualitatẽ,ſed cum ſum-
ma reuerentia,& reſpectu agendorum debet eſſe cum ſumma o-
bedientia:& in homine qui poteſt adhuc peccare,debet eſſe cum
ſummo timore offendendi. Opus etiam occidendi filium potius
debebat fieri ex amore timente & hoc obediente,quã ex amore
delectante aut æſtimante Deum in pœna mortis delectari. Rur-
ſus in hoc præcepto Dei & in eius impletione fortiſſimè captiua
batur naturalis ratio,& naturalis affectus & ſenſus Abrahę:& i-
deo potius attribuitur timori cõprimẽti , quã amori dilatanti &
iocundanti. Nota autẽ quod cũ præmiſſum eſſet quod Angelus
Domini dixit, *Nunc cognoui, &c.* ſubiecit tamen , *& non pepercisti*
*filio tuo propter me* , quod vtique non poteſt referri niſi ad Deum
quia non propter Angelum , ſed propter Deum non parcebat
filio. De hoc autem ſupra decimoſexto eſt amplius tactum. Ad
ſecundum dicendum quod non ſine cauſa ita magnificatur hoc
opus. Tum quia ex ſingulari perfectione Abrahæ comprobatur
hoc opus perfectum fuiſſe:& lõgè plus quàm ſi ab aliquo imper
fecto eſſet factum. Tum etiam quia ex genere quidem in omni-
bus talibus difficilius eſt agere quàm pati. Vnde tam ſecundum
inſtinctũ naturæ,quàm gratię,incomparabiliter facilius foret A-
brahæ ab altero pati ſui & omniũ ſuorũ occiſionem : quã quod
ipſe manu propria occideret filiũ. Rurſus quoad aliud ſibi etiam
difficilius occidere filiũ quã ſeipſum,quia naturali inſtinctu & or
dine filius ſperatur ſuccedere patri,& pater in illo ſentit ſe ſuper-
uiuere,& ideo in illius morte nõ ſolũ ſe, ſed etiã ſpẽ ſuę poſteri-
tatis ſentit mori & eradicari,& pcipuè pater iã ſenex qualis erat
tũc Abrahã. Et circũſtãtiis verò probatur hoc ipſum, tũ quia hic
filius erat innocentiſſimus,tũ quia reſpectu vxoris liberę & ma-
gis pprię erat vnigenitus,tũ quia in ſenectute genitus , tũ quia
miraculo eis à Deo datus,& hoc poſtquã diu fuerat promiſſus &
expectatus. Hæc enim omnia erant cauſa ſingulariſſimę dilectio
nis parentem ad ipſum,quantò autem magis erat diligibilis & di
lectus:tantò erat difficilius occidere ipſum , & hoc eſt quod ſi-
gnanter innuit Deus quando ait: *Tolle filium*,non qualemcunque,
Ad Heb. 11. ſed *vnigenitũ & quem diligis*,ſcilicet ſingulariter. Vltra hæc autẽ
erat circunſtantia altior quam tangit Apoſtolus ad Heb. 11. Nã
in hoc filio ſperabat Abrahã ſe accepturum promiſſiones Chri-
ſti naſcituri , & omnium electorum ſiue corporaliter ſiue ſpiri-
tualiter ex eo propagandorum , & cùm vitam æternam adipiſci
non



nõ poſſet niſi per Chriſtũ,eo ipſo per hunc ſperabat ſe aſſequi vi-
tam æternã,ergo hunc filiũ offerendo offerebat totam fidem &
ſpem omniũ bonorum quę erãt ſibi à Deo promiſſa :& hoc erat
altiſſimum. Fuit etiam hoc opus perfectũ, quia ex promptiſſima
& ad eum attentiſſima voluntate proceſſit, & hoc ſignat ſcriptu
ra tã reſpectu principij,quã reſpectu medij & termini. Reſpectu
quidẽ principij,tũ quia Abrahã vocatus à Deo,reſpõdit,adſum,
quod ſignificat prõptitudinẽ mẽtis ad Deo obſequẽdum & ob
temperandũ:ſic enim diligentes & obſequioſi famuli adſunt do-
mino ſuo:tum quia non expectauit nec diſtulit:ſed ipſa nocte cõ
ſurgẽs fecit quod iuſſerat Deus. Reſpectu medij:tũ qa tres dies
in cõtinuo feruore feſtinat ad opus implendũ,tũ quia tertio die
relictis pueris nõ minꝰ ad hoc feſtinat,dicens: *Ego & puer illuc vſ-*
*que properantes*:tum quia actus pręuios operi,eiuſq; rememorati-
uos & quaſi pręſentatiuos diligẽter exercet. Nam ipſemet ligna
holocauſti ponit ſuper filiũ ſuũ , & vltra hoc portat in manibus
propriis ignẽ quo filius debebat cõburi , & gladiũ quo debebat
occidi,tũ quia filio quęrẽti,vbi eſt holocauſtũ , diuino affectu &
modo reſpõdet,dicẽs: *Deus prouidebit, &c.* Reſpectu termini,tũ in
ędificãdo altare & ligna deſuper cõponẽdo , tũ in manus & pe-
des proprij filij colligãdo:quod(vt ęſtimo)fecit propter myſteriũ
partim ad filij obedientiã plenius cõprobandã:partim ne in hora
immolationis filius quodã naturali horrore effugeret paſſionẽ:
tũ in extẽdẽdo manũ & gladiũ,quantũ in eo fuit efficaciter ap-
plicãdo ad actũ:tũ qa tũc à Deo vocatus reſpõdit, *adſum*. In quo
oſtendit ſe prõptũ & præſentialiter attentũ ad Deũ & ad omne
obſequiũ. Ad tertiũ dubiũ dicendum quod exterior iuratio Dei
multum valet reſpectu noſtri ad ampliorẽ confirmationem no-
ſtrę fidei & ſpei,quia ſecundũ Apoſtolũ ad Hebræos ſeptimo , p
hoc abundantius oſtendit nobis Deus conſiliũ ſuum ſecretum,
vt per hoc fortiſſimũ ſpei ſolatium habeamus,licèt reſpectu Dei Reſpon. ad
nihil addat ſecundũ rẽ:addit tamẽ ſecundũ rationẽ. Quamuis e- tertium.
nim Dei voluntas ſecundum ſe ſemper ſit æqualis & vniformis,
reſpectu tamẽ obiectorũ ſuorum quodammodo ſe habet ſecũ-
dum magis. Vnde dicimus quod Deus plus diligit matrẽ quàm
Petrũ,& quod plus vult ſe diligi quàm proximũ, & quod immo-
bilius præcepta primæ tabulę quàm ſecundæ vult obſeruari. Si-
militer poteſt in propoſito dici , quod pro quanto maius incon-
ueniens eſt periuriũ quam ſimpliciter mendacium, pro tãto Deꝰ
difficilior eſt ad periuriũ quàm ad ſimplex mendacium:quamuis
ſecundũ ſe & abſolutè ſit ei vtrumque æquè impoſſibile. Non

Universidad de Deusto Biblioteca



igitur eſt inconueniens Dominũ per ſemetipſum iurare:tũ quia
non iurat ad confirmandum dictum ſuum quaſi debile ex parte
Dei,ſed quaſi reſpectu noſtræ fidei:tum quia non iurat per maio
rem ſe, aut per alterum à ſe ſolùm per ſeipſum. Nota pro lite-
ra quę reſtat,quod licèt Iſaac vocetur hic puer,nõ ex hoc ſequi-
tur quin eſſet adultus,quia ſecundum Hieronymũ ſupra.21. ſu-
pra illud, Tradiditque puerũ & dimiſit eum,iuxta Hebræũ idio-
ma, omnis filius ad cõparationem parentum, infans vocatur &
paruulus.Et nota quod vbi nos, iuxta interpretationẽ Aquilæ &
Symmachi,habemus hic,inter vepres,id eſt, inter virgulta ſpino
ſa,& inter ſe cõdenſa & implexa: melius interpretati ſunt 70. &
Theodocion,qui ipſum nomẽ Sabek poſuerunt dicentes, quod
tenebatur in virgulto Sabek cornibus ſuis Etenim σοχνιών, ver-
bum Hebræum,quod ſonat rete, quo Aquila poſuit hic & Sym-
machus,per Sin literã ſcribitur: hic verò Sabek litera poſita eſt.
Ex quo ſecundum Hieronymum manifeſtum eſt,non interpre-
tationem ſtirpium condenſorum,& in modũ retis inter ſe virgul
ta contexta verbum Sabek ſonare,ſed virgultum.Vult ergo Hie
ronymus quod Sameth ſi quædam ſpecies virgulti.

*Hierony. in Heb quæſt. tom. 3.*

*Loco nunc citato.*

*Hærentem cornibus*,id eſt,infixum. Ex quod videtur quod corni
bus erat infixus vepribus,quaſi ſtaret ſuſpẽſus,in quo expreſſum
typum tenuit Chriſti in cruce ſuſpenſi.

*Appellauitque nomen loci illius Dominus videt.* Secundum Hiero-
nymum pro eo quod hic habetur Dominus videt,in Hebræo
ſcriptum eſt *videbit*.Et ſubdit quod hoc apud Hebręos in prouer
biũ exiuit,vt ſi quando in anguſtia cõſtituti ſint, & à Deo optẽt
auxilio ſubleuari,dicant:In mõte Dominus videbit,hoc eſt,ſicut
Abraham miſertus eſt, ita & miſerebitur noſtri. Vnde & in ſi-
gnum dati arietis ſolent etiam nunc cornu clangere. Videre igi-
tur ponitur hic pro notitia.

*Ibidem vbi ſuprà.*

*Et nunc poſsidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum*, id eſt, vr-
bes & terras eorum. Per portas enim tanquam per aditum &
fortalium vrbium, deſignat ſynecdochicè ipſas vrbes. Nota pro
myſteriis huius partis, quod hic allegoricè deſignatur primò im
molatio filij Dei facta à Deo patre,vel etiam quodãmodo à ſan-
ctis Patribus die tertio,id eſt,poſt legem naturæ & ſcriptæ,in tẽ-
pore ſcilicet legis gratiæ. Aſinus autem ſtratus ab Abraham, eſt
rudis populus Iudæorum cæremoniis legis ſtratus. Duo verò
iuuenes ſunt Sacerdotes & Prophetæ qui poſt Patriarchas vene
runt: & qui pro quanto figuris ſenſibilibus ſeruierunt reſpectu
ſapientia Chriſti, iuuenes fuerunt,qui quidem in quantum tales
ad

*Nota pro myſteriis.*



arcanum paſſionis Chriſti non intrauerũt. Ligna autem ho-
locauſti impoſita ſuper Iſaac eſt Crux Chriſti,primo ab ipſo por-
tata:ſed poſtmodũ ſuper eam eſt poſitus & confixus, ſicut Iſaac
poſtmodum eſt poſitus ſuper ligna altaris. Hæc autem ligna cõ-
ciſa fuerunt quando à maleficis inflicta eſt pœna crucis, iuxta
quod Deuteronomij vigeſimoprimo ſcriptum eſt:Maledictus eſt
à Deo qui pendet in ligno. Ignis vero & gladius in manibus A-
brahæ portati ſunt, ardor diuinæ charitatis ad dandum filium
pro nobis in mortem: & rigor iuſtitiæ exigens ab ipſo mortem
pro ſoluendis reatibus noſtris. Vel pro quanto per Abraham ſi-
gnificantur Iudæi crucifixores,ignis & gladius ſunt zelus ignitæ
iræ & inuidiæ contra Chriſtum, & gladius mortiferæ pœnæ ſibi
corporaliter illatæ.De qua matris eius dictum eſt, Tuam ipſius
animam pertranſibit gladius.Mons verò viſionis ſeu luminis vbi
hoc factum eſt,vt eminentia metropolitanæ eorum ſedis, in qua
Chriſtus eſt crucifixus,aut eminentia euangilicę veritatis & vitę,
in qua perſiſtẽs eſt perſecutus & paſſus.Quod verò Iſaac nõ oc-
ciditur,ſed aries pro eo ſignificat quod Chriſti Deitas non mori-
tur: ſed eius caro hærens clauis & cornibus crucis. Secundò
per hoc allegoricè figuratur charitas patrum noui teſtamẽti ad
hoc exhibendum martyrio & crucifixioni pœnitentiæ,ſpiritua-
les filios ſuos, vt omne carnale in eis pœnitus incenderetur &
conſumeretur, & ſpiritale proficeret: potiſſimè autem deſignat
immolationem membrorum Chriſti fiendam ſub antichriſto,
tam myſtico quàm patenti. Et potes per modum priori conſi-
milem omnia ad propoſitum applicare. Moraliter autem deſi-
gnatur hîc holocauſtum deuoti affectus, quod fit in mõte con-
templationis in altari ſolidiſſimæ veritatis fidei catholicæ per
ignem incendij in lignis præcipuorum beneficiorũ Dei accenſi
& enutriti, præeunte gladio, id eſt, acutiſſimo conſcientiæ ſti-
mulo, ſeu verbo Dei viuo & acuto, omnia carnalia incidente.
Aſinus verò ſtratus eſt actio ſeu vita actiua, virtuoſis circun-
ſtantiis adornata. Duo verò iuuenes ſunt rationalis intellectus
& rationalis affectus,qui ſuper exceſſum præfati holocauſti non
intrant: ſed extra ſimul & infra expectant vſquequo animus à
ſupermundano contemplationis exceſſu rediens ad ſemetipſum
reuertatur ad eos.

*His Itaque geſtis.* Quia infra erit narrandum quomodo Iſaac
duxit in vxorem Rebeccã filiã Bathuel filij Nachor, idcirco hîc
breuiter ſubditur de generatione Nachor,& quomodo fuerit A-
brahæ denunciatũ eam peperiſſe,&c. Dicit autem Hieronymus

*Hierony. in Heb. quæſt ad hunc locum tom. 3.*

Universidad de Deusto Biblioteca



quod de ſtirpe Hus primogeniti Nachor deſcendit Iob, & ſubdit, Male igitur quidam æſtimāt Iob de genere eſſe Eſau, aliis vero contrarium magis placet. Et quod in terra Eſau ſeu Idumææ fuerit Hus poteſt colligi ex eo qđ infra 36. inter duces Hebræorum qui primo generauerunt in terra Edom numerat Diſan, cuius etiam filij fuerunt Hus & Aram, Igitur ab iſto Hus fortè fuit nominata terra iſta Hus in qua erat Iob Pro hoc etiā facit quia ibi ſubditur quod ſecundus Rex Edom fuit Ioab, quod quidam putant eſſe Iob. Præterea etiam facit quod Theman fuit in terra Edon denominata à Themam filio Eliphat Themanites amici Iob, qui erat de genere Eſau. Dicit etiam Hieronymus quod de Buz genere fuit diuinus ille, vt Hebræi tradūt, qui in libro Loth dicitur Eliu primum vir ſanctus & propheta Dei: poſteà per inobedientiam & deſiderium munerum dum Iſraël maledicere cupit, diuini vocabulo nuncupatur.

*Iob an fuerit de genere Eſau.*

*Hierony. in heb. quæſt. ad hunc locum.*

## CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

VIxit autem Sara, &c. Hîc ſubditur de morte & ſepultura Saræ, & quia ſcriptura raro ſcribit de morte mulierum, videtur hîc interſeri propter locum ſepulchri ſui, in quo firmiter & poſſeſſoriè obtinendo, non ſine cauſa tantam fecit vim Abraham. Vnde puto quod tam ex reuelatione, quàm ex ſpeciali deuotione ad ſanctum & primū patrem Adam ibi ſepulchrum hoc fecerit. Vnde & ſignanter nomen ciuitatis Ebron vocatur *Arbee*, id eſt, quatuor, propter quatuor patriarchas ibi ſepultos. *Venitque Abraham vt plangeret & fleret eam.* Quamuis mos antiquorum fuerit mortuos ad literam plangere: nihilominus per hoc ſignificatur hîc religioſum officium funeri exhibitum, Vnde mox ſubiungitur.

*Mos antiquorum fuit mortuos plangere.*

*Cúmque ſurrexiſſet ab officio funeris, locutus eſt ad filios Heth.* Iſte Heth fuit vnus de filiis Chanaan. Filij autem eius vocantur hîc quicunque & de genere eius ſunt.

*Date mihi ius ſepulchri vobiſcum*, id eſt, in terra veſtra. Nota quod non petit ſepulchrum, ſed ius ſepulchri, quia volebat ibi dominium habere, ne amodo de communi iure poſſet ſibi auferri. Et eſt valde notabile quod prima terra quā de iure ſibi acquiſiuit & acquirere voluit, imò & prima quæ in ſcriptura empta legitur, fuit ſepulchrū. Hoc enim de iure homini lapſo cōpetit, nec aliud hîc nobis eſt quærendum aut habendū. *Princeps Dei eſt apud nos*, id eſt, quaſi

*Nota.*



eſt, quaſi à Deo nobis miſſus & inſtitutus, quaſi dicat, In tantum inter nos es & appares, quod tibi tanquam principi omniū reuerentiam debemus, & in electis, id eſt, præcipuis & nobilioribus etiam ſepulchrum. *Nullúſque te prohibere poterit.* i. audebit quin in monumento eius, quiſquis ille ſit, ſepelias mortuum tuum. q.d. Elige quodcūque ſepulchrū de noſtris, quia nos faciemus quod nullus te valeat impedire, *vt det*. i. vendat, *mihi ſpeluncam duplicem.* Spelunca dicitur quia ſepulchrum illud erat in ſaxo, vel rupe, vel in cauerna ſaxea. Duplex verò dicitur, quia duplicē habebat loculum, vnum, ſcilicet, pro Adam, aliū pro Eua *Pecunia digna.* Sed quare plus vult eam habere precio quā dono, & precio cōdigno quam ſemipleno? Dicendū quod literalis ratio eſt maior firmitas iuriſdictionis, poſſeſſionis, & vt ex hoc liberius ſibi ſoli & ſuo generi vēdicaret illud ſepulchrū, ad quod ſingulari deuotione ferri videbatur. Huiuſmodi aūt ſingulares deuotiones ſolēt in ſanctis patribus à Deo quodā ſpeciali modo immitti ad honorandum ipſoſmet ſanctos: vel vt eorū memoria ſit poſteris notior ac celebrior, & per conſequens etiam vtilior. Vel in exēplum infirmioribus vt ſanctorū meritis religioſè afficiantur ad loca ſacra & ad ſepulchra ſanctorum, ſicut Abraham ad ſepulchrum ſancti Adæ. Vel propter aliqua myſteria nobis præſignāda, Nota quod ſecundum Hieronymū in Hebræo primo loco ſcribitur Ephron, vbi ſcilicet, dicitur, *Et audiuit Abraham Ephron.* Sed ſecundo loco per Vau legitur ibi, ſcilicet, vbi dicitur quod *appendit Abrahā Ephran argentum*, & pro Ephron appellatus eſt Ephran ſignante ſcriptura eum non fuiſſe cōſummatæ & perfectę virtutis qui potuerit vendere memorias mortuorū Sciant igitur qui ſepulchra vendūt & non coguntur vt accipiant precium, ſed à nolētibus quoque exigunt & extorquent immutari nomen ſuū, & exire aliquid de merito eorum, cùm etiā ille reprehēdatur occultè qui inuitus accepit. Hæc Hieronymus. Sed nunquid ſi Ephron vēdendo peccauit aut imperfectè egit, conſimiliter Abrahā emēdo peccauit? Nam ſi vendere fuit ſymoniacū, per conſequens & emere, & præcipuè quando emptor quaſi compellit alterum ad vendendū, cum ille vellet ſibi abſque omni precio dare ſicut fuit hic. Nam & vbi etiā Ephron pretium taxat, dicens, *terra quam poſtulas, &c.* ſubdit. *Sed quantum eſt hoc? ſepeli mortuum tuum*, quaſi dicat, Non eſt hoc pretium tātum quod magnum quid ſit me illud tibi dare, & ideo abſque pretio ſepeli mortuum tuum. Dicendum quod illud ex ſe non fuit tunc ſymoniacum, hodie tamē inter nos hoc eſſet propter eccleſiaſticam conſecrationem ſepulchris fidelium adiun-

*Cur Abraham ſepulchrum magis emere voluit quā dono recipere?*

*Hierony. in Heb. queſt. ad locum iſtum 10. 3.*

*Reprehenduntur ſepulturas vendentes.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ctam. Quocunque enim modo vendere ſanctitatem vel cõſecrationem: aut vendere ideo plus rem ſacram, fuit & eſt ſimoniacum. Modo autem vltra hoc ex rationabili ſtatuto eccleſiæ eſt, etiam prohibitum vendere per ſe & directè locum ſacratum, venditur tamen indirectè, pro quanto, ſcilicet, venditur ager vel fundus intra quem ſunt. Non etiam video quod Ephron multum imperfectè ſe habuit in vendẽdo, ex quo Abraham illud nolebat ex ſimplici dono abſque præcio habere, & cum hoc inſtanter rogabat quod ſibi venderetur. Et ideo puto quod ratio immutationis nominis eius data à Hieronymo potius eſt myſtica quàm literalis. Potuit enim mutari nomen non propter eum, ſed in figuram futurorum ſymoniacorum.

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Quadringentos argenti ſiclos.* Siclus ſecundum Hieronymum vnciæ pondus habet, & ſecundum hoc quadringentas vncias argenti appendit, id eſt, exoluit.

*Confirmatúſque eſt ager.* Tota ſolennitas quæ hîc narratur ad hoc fuit vt plenè pateret omnibus & plenius firmaretur. Abrahę ius & poſſeſſio illius ſepulchri & agri. Nota autem quod ad hoc tempus dicit Auguſtinus verificari verbum Stephani actorũ ſeptimo, dicentis, quod Deus Abraham poſtquam mortuus eſt pater eius tranſtulit in terram iſtam, &c. tunc enim dicitur tranſlatus in eam, quia tunc cœpit firmius collocari in ea. Nota pro myſteriis quod ſpelunca hęc myſticè eſt religio ſacra aut quicũque ſtatus pœnitentiæ, in quo ſancti mundo morientes, mundo abſcunduntur & ſepeliuntur. Eſt autem duplex propter corpus & animam ibi locandam, vel propter actiuam vitam & contemplatiuam, vel propter prælatos & ſubditos. Et hæc quidem à filiis Heth, qui interpretatur vita vel pauor, id eſt, à filiis huius vitæ pauidæ & miſeræ, & ſpecialiter ab Ephron, id eſt, à puluere mortis acquiri debet, quia communis omnium mors & miſeria nobis magnam materiam exhibet ſepulturæ præfato, tum quia plerunque apud antiquiores quanquam carnaliter affectos inueniũtur inſignes regulæ ſanctorum patrum ipſorum, quæ ſpecialia exempla & documenta à ſanctis nouiter venientibus ſunt in vſum ſui iuris vendicãda. Sed nota quod hoc nõ fit firmiter ſine precio quadringentorum ſiclorum ſecundum formam ſolẽniter approbatam traditorum. Chriſtus enim tam in merito quàm in præmio tria vota euangelica & regularia cõparat fructui centeſimo & præmio centuplato, &c. Quartum autem eſt deſideriũ mortis & martyrij, ſine quo tria prima non habentur perfectè. Qui autem hæc quatuor centenaria non relinquit mundanis, nõ poteſt

*Aug. lib. 16. de ciuit. Dei cap. 3. to. 5.*

*Nota pro myſteriis.*



poteſt ſepulchrũ præfatũ firmiter obtinere, quia ab illlis p tentationes familiares faciliter expeteretur. Vel donatio quadringẽtorũ eſt abnegatio quadruplicis appetitus, ſcilicet appetitus dominandi, habendi ſeu poſſidendi, delectandi, & ſciendi, prout, ſcilicet ſonãt in præſumptionẽ & curioſitatem ſeu vanitatem. Vndè Chriſtus Matt. 13. argentũ & theſaurum abſconditum in agro dicit emptum ex venditione & donatione vniuerſorũ quæ emptor habebat, propter cuius theſauri copiam Iob quinto dicitur. Ingredieris in abũdãtia ſepulchrum ſicut aceruus tritici. Et Iob tertio de contẽptoribus huius vitæ dicitur, quod expectant mortẽ & non venit, quaſi effodientes theſaurũ: gaudentque vehementer cùm inuenerint ſepulchrũ. Poteſt etiam per hoc ſepulchrũ intelligi ſcriptura ſancta, de cui⁹ ſapientia in ea ſub figuris ſepulta ſiue abſconſa, Prouerbiorũ 2. dicitur, Si quæſieris eam quaſi pecuniã, & ſicut theſauros effodies illam, tunc intelliges timorẽ domini, & ſcientiam Dei inuenies. In qua quidem eſt duplex ſpelunca, nouũ, ſcilicet, & vetus teſtamentũ ſub intelligentiã literali & myſtica, vel ſecreta ſuperiorum & inferiorum, quã qui vult per emptionem firmiter obtinere, oportet quod det vel relinquat quadruplicem ſenſum ſapiẽtiæ ſtultæ, nã quatuor appetitus prædicti, vel alia priora quatuor habẽt ſuas ꝓprias prudentias, quibus ſua appetibilia grauiter æſtimant ac ſagaciter & ſolerter procurant, & qui eas perfectè non reiicit: non poteſt intrare in illam diuinam ſpeluncam ſapientiæ Chriſtianæ & ſupermundanæ, de qua Apoſt. 1. Corinthiorum loquitur.

*Mat. 13.*

*Iob. 5.*

*Iob. 3.*

*Prouerb. 2.*

*Nota.*

## CAPVT VIGESIMVM QARTVM.

E*Rat autem Abraham ſenex.* In hoc capitulo agitur de vxoratione Iſaac, in quo ſeptem per ordinem enarrantur. Primo, ſcilicet, miſſio & itineratio ſerui ad terram Nachor. Secundò etiam Prophetica inueſtigatio puellæ Iſaac deſpõſandæ. Tertiò ſerui receptio fratre à Rebeccæ, *Itaque puella.* Quartò feſtina allocutio ſerui ad Laban pro Rebecca ſuo domino deſponſanda, ibi. *Qui ait, Non comedam donec loquar.* Quintò parentum puellæ, & tandem ipſius puellæ aſſenſio, ibi, *Reſponderunt Laban & Bathuel.* Sextò ſerui cum Rebecca ad Iſaac reuerſio, ibi. *Igitur Rebecca & puella ipſius.* Septimò Rebeccæ ad Iſaac introductio, ibi, *Qui introduxit eam, &c.* *Pone manum tuam ſubter femur meum.* Hieronymus dicit, Tradunt Iudæi quod ſeruus in ſanctitate Abrahæ, hoc eſt, in circuncisione iurauerit,

*Hier. in heb. quæſt. ad hunc locum.*

*Circunciſio corporalis virtutem habuit ex fide in ea proteſtata.*

Nos autẽ dicimus eũ iuraſſe in ſemine Abrahę, hoc eſt, in Chriſto qui erat ex illo naſciturus. Quod autẽ hęc ſecunda ſententia ſit melior, non ſolũ patet ex præcellentia diuinitatis Chriſti: ſed etiam ex hoc quod corporalis circũciſio nihil habuit ſanctitatis niſi ex fide Chriſti, & ex ſacramẽtali ſignificatiõe ipſius, & quoad hoc habuit vis generatiua Abrahæ ſingularem primatum, quem ipſe bene non intelligens, non dicit, *pone* ſuper *femur*, ſed *ſubter femur*. Patet etiam ex hoc dicit, *vt adiurem te per Dominum Deum*. Iurantes enim ſolent adiurari per vim præſtiti iuramenti, & per ſanctitatem eius in quo iurarunt. Ex quo videtur quod per Deum ex ipſo naſciturum iurauit. *Vt non accipiat filio meo vxorem de filiabus Chanaan.* Hic autem duo quærenda ſunt. Primum eſt, quare noluit quod de Chananæis duceret vxorem. Si enim dicatur quod timebat ſuo ſemini illorum idololatriam, vel mores peſtiferos: eadem ratione non debuit hoc permiſiſſe Iacob de filiis, & tamen Iudas legitur apertè filiam Chananæi duxiſſe, & cęteri, & Ioſeph hoc ipſum veriſimiliter feciſſe creduntur. Secũdũ eſt cùm Iſaac eſſet tunc quadraginta annorum, ſicut ſequenti capitulo dicitur quomodo Abraham dicit ſeruo, quia non accipiat hinc vxorem filio, ſed potius de ſtirpe fratris ſui? Nunquid enim non fuiſſet hoc ipſi Iſaac cõuenientius dicere? Aut nũquid Iſaac ita erat ſubiectus conſilio & imperio illius ſerui?

*Reſpõſio ad primum.*

Ad primũ dicendum quod præter cauſſam prædictã fuit altera, vt ſcilicet, magis apparerent eſſe in terra illa vt peregrini, vſquequo Deus ſua promiſſa impleret, & per hoc ſuis clarius prædicaret gentem illã eſſe delendam, & ſuo ſemini in poſterum fugiendam. Vnde & ſub Moyſe data eſt lex quod filij Iſraẽl non ducerent filias eorũ. In filiis autẽ Iacob hoc nõ potuit ita ſeruari, tum qa plures erant, tum quia fortè tunc non erant nubiles filiæ Laban vel Nachor. Non etiam fuit hoc ita neceſſe, quoniam Deus illos intendebat tranſducere in Aegyptum, & ideo non curauit hoc ita inſpirare eis ſicut fecerat parentibus primis.

*Reſpõſio ad ſecundum.*

Ad ſecundum dicendũ quod patre viuente nõ debuit Iſaac de ſeipſo ordinare niſi iuxta voluntatem paternam: pater autẽ per hunc ſeruum tanquam per ſuũ procuratorem de filio ordinabat, & eſt ſubintelligendum quod hoc faciebat de filij aſſenſu. Nec puto ꝙ illa prædicta verba dicãtur illi ſeruo quaſi pręſidẽti Iſaac, aut quaſi Iſaac deberet eius conſilio & imperio Regi: ſed ſolùm dicuntur ei tanquam nuntio voluntatis paternæ, & tanquam ab ipſo & ab eius filio habenti auctoritatem procuratoriam ad coniugem filio deſpõſandam. Quod verò ſubditur

Caue



*Caue ne quando reducas filium meum illuc*, non hoc dicitur quaſi haberet ille authoritatẽ ſuper Iſaac, ſed potius per hoc exprimitur quod non debebat ſibi aliquã de domo Nachor deſpõſare ſeu ꝓcurare pro pacto vel ſub conditione quod Iſaac eſſet illuc iturꝰ & moraturus: ſed ſolum ſub conditione quod illa eſſet vẽtura ad eum. Et nota quod ex hoc primum trahitur quod matrimoniũ poteſt inter abſentes per procuratorẽ intermediũ cõtrahi. Quia verò ſeruus poſſet timere quod ſuum iter ſub tali conditione vix poſſet habere optatum & cõpetentem effectum: ideo ipſe Abraham ipſum ſuper hoc aſſeuerat, ſubdens, *Dominus cœli qui tulit me &c.* id eſt, qui ad ſuũ cultũ me ſingulariter aſſumpſit. *Qui locutus eſt mihi*, id eſt, qui non ſolum ſimplici verbo, ſed etiam iuramento mihi promiſit quod ſemẽ multiplicaretur & obtineret hanc terram. Ex his ergo duobus erat Abraham ſecurus quod Deus proſperè dirigeret ſeruum: & maximè cum ipſe in hoc non intẽderet niſi cultum & beneplacitum Dei, *Orauit Dominum, dicens, Domine Deus, &c.* Videtur quod hæc oratio fuerit ſuperſtitioſa, quomodo enim fuit ipſe certus, quòd illa quæ daret ſibi potũ iuxta quod ipſæ præcogitauerat, fuerit ordinata à Deo pro Iſaac? Dicendum quod imò prædicta oratio fuit fidelis & deuota atq; diſcreta. Fidelis quidem, tum quia nullæ rei ſuperſtitioſæ: ſed ſoli pietati & prouidẽtiæ Dei innitebatur. Tum quia innitebatur ſanctitati Abrahæ & Dei promiſſionibꝰ ſuper eius ſemine ſibi factis: & dicto Abrahæ qui ei dixerat, *Dominus cœli qui nihil iurauit, dicens, Semini tuo dabo terram hanc, ipſe mittet angelum ſuum coram te.* Deuota autem fuit eò quod non rem curioſam, ſed vtilem & neceſſariam, & piæ intentioni Abrahæ conformem petebat. Quia enim rationabiliter cogitabat quod ſuum iudicium aut experimentum non ſufficiebat ad probãdum & eligendum de terra & gente ſibi incognita & inexperta puellam plenè congruam tanto viro: idcirco aliqua oſtenſione diuini præſagij iudicij expetebat à Deo vt per illam ſua electio dirigeretur. Diſcreta etiã fuit, quia conditionem poſuit rationabiliter iudicatiuam ſtrenuæ & egregiæ indolis puellæ, vtpotè actum promptæ & piæ & largę liberalitatis: & humilis obſequioſitatis, vtpotè quę talis eſſet quod longè plus ei obſequeretur quàm ipſe peteret: & hoc in loco & tempore ad contrariũ fortiter inclinante, ſcilicet tẽpore veſpertino, & in quo tam pro gregibus, quàm pro domo oportebat eã celeriter pro ſe & aquam haurire domumq; redire, & potiſſimè quia plures aliæ pro conſimilibus cauſis habebant ibi tunc haurire. Rurſus ex euentis patuit quod coniecturalis illa cogitatio

*Matrimonium inter abſentes poteſt contrahi*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

fuerat mota & ordinata à Deo, quia mox Rebecca venit & de-
ſcendit ad fontem, id eſt, ad ripam putei, & omnia prout ille
præcogitauerat, expleuit: quia verò omnia coniecturaliter pro-
poſuerat, admirabiliter per Rebeccam & in Rebecca impleta
fuerunt. Et cùm etiam inuentum eſt quod ipſa erat de domo
& ſtirpe Nachor fratris Abrahæ, ſatis apertum & certum ſi-
gnum habui t, quod hæc præcogitatio erat præordinata & pro-
uiſa à Deo.

*Hiero. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Igitur puella, &c.* Secundum Hieronymum hic pro puella in
Hebræo habetur, alma, quod verbum nunquam niſi de virgine
ſcribitur & interpretatur abſcondita, & ideo per hoc nomen ſi-
gnificatur non quæcunque virgo ſed virgo nimia diligentia cu-
ſtodita. Et hoc idẽ verbũ de Maria ſorore Moyſi adhuc virgine
etiam legitur, vbi, ſcilicet, nos habemus perrexit puella, & vo-
cauit matrem ſuam, & cæt. Ideò infert Hieronymus quod Eſaiæ
ſeptimo, in Hæbræo legitur, Ecce alma concipiet & pariet filiũ,
maioris eſt laudis quàm ſi diceretur, Ecce virgo, quia virgo iuxta
Apoſtolum poteſt eſſe corpore & non ſpiritu: ſed abſcõdita quæ
virgo eſt, per antonomaſiam virginitatis habet vt & virgo ſit &
abſcondita, & quæ abſcondita eſt iuxta idioma Hebrææ linguæ,
conſequenter & virgo eſt. Sed fortè quis obiicitur? Quomodo
Rebecca erat ſic abſcondita, cùm ipſa iret extra vrbem ad hau-
riendum aquam ſicut communiter faciunt vulgares puellæ?
Poteſt dici quod ſub tali circunſtantia iuxta morem terræ hoc
fiebat, quod nullum periculum nullaque ſuſpitio mala poterat
ſuboriri.

*Hieron. loco nunc citato.*

*Protulit vir inaures, &c.* Et infra, *Cùm vidiſſet inaures & armillas
in manibus ſororis ſuæ.* Eſt autem inauris & armilla propriè orna-
mentum armorum ſeu lacertorum virilium: communiter tamẽ
ſtat pro circulo argenteo vel aureo, qui in pectore puellarum
ſtringit caputium tunicę vel camiſiæ earum. Sed nũquid ille be-
ne fecit dãdo puellæ huiuſmodi iocalia, aut puella recipiẽdo ab
eo? Dicendum quod à ſene maturo & reuerendo, qualis præſu-
mendus eſt fuiſſe procurator totius domus Abrahæ, pẽſata cau-
ſa charitatis & curialitatis à puella acceptæ, & conſiderato etiã
loco publico vbi tunc erant, & ſocietate ſeu familia prædicti pro
curatoris, hoc nihil habuit ſuſpitionis: ſed potius fuit ſignum
condignę gratitudinis & charitatis ad puellam tam liberalem &
obſequioſam. Vnde nec ipſa tanti viri donũ bono modo reſpue-
re potuiſſet abſque indecenti contemptu illius. Pręterea licet hic
videatur innui quòd primò dederit ſibi iocalia antequam illa in-
terrogata



terrogata ab eo dixiſſet ſe eſſe filiã Bathuelis filij Nachor, infra
tamẽ ex verbis ſerui apertè innuitur, quòd primò ſciuit per ipſã
quod eſſet de genere Abrahæ, &c.

*Eſt in domo patris tui locus ad manendum?* Hoc videtur ſubdere ne
abſque cauſa quæſiuiſſe videretur cuius eſſet filia, ſed quaſi ad
ſciendum, an pater eius haberet pro ſe hoſpitium aptum, quam
uis principaliter intẽderet ſcire an eſſet de genere Nachor filij
Melchæ. Et occulto Dei inſtinctu de Melcha auia ſua mentionẽ
fecit: vt ſic magis appareret quod nõ ſolũ ex parte aui, ſed etiam
erat de genere Abrahæ & Saræ.

*Cùm vidiſſet inaures & armillas in manu ſororis ſuæ.* Nota quod io-
calia prædicta non portauit abſconſe, ſicut faciunt ſibi de his ſu-
ſpectæ,

*Benedictus Dominus qui non abſtulit miſericordiam & veritatem ſuam
à Domino meo,* Beneficium Dei & veritas eſt, vt impleat promiſ-
ſum ſuum.

*Cucurrit itaque puella & nuntiauit in domo matris ſuæ.* Ex hoc qui-
dam volunt quod Bathuel pater eius iam obiiſſet, & etiam quia
infra nondicitur, quod ſeruus obtulerit dona patri, ſed ſolũ ma-
tri & fratribus E iterum pòſt ſubditur.

*Reſponderunt fratres eius & mater.* Quod autem paulò antè dici-
tur, Reſponderunt Laban & Bathuel, dicunt quod Bathuel dici-
tur pro tanto reſpondiſſe, quia delegauerat eam tradendam ge-
neri ſuo. Vel ſuſtinendo quod Bathuel pater eius viueret, quod
ſcriptura magis ſonat, poteſt dici quod fortè pater ei⁹ habebat
plures vxores, quarum quælibet habebat domum ſibi pro ſe &
prole ſua: & ideo Rebecca dicitur iuiſſe ad domum matris ſuæ.
Quod autem dicitur hic quod ſeruus dedit dona matri & fratri
bus potius quàm patri: fuit ideò, ne eſſent communia aliis vxo-
ribus & earum filiis: Quòd verò dedit matri & vterino fratri pl⁹
pertinuit ad Rebeccam: Quod verò dicitur quod reſpõderunt
fratres eius & mater, per fratres intelliguntur pater eius & Labã
frater ſecundum quod trigeſimoprimo capite, Iacob ſuos filios
vocat fratres.

*An Bathuel viueret dum Rebecca contrahit cum Iſaac.*

*Filij fratres aliquãdo dicũtur in ſcriptura.*

*Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis.* Per panem more ſcripturæ
intelliguntur omnia cibaria, *deſtrauit omnes camelos*, id eſt, omnes
diſcellauit & ſarcinas ac ſellam depoſuit.

*Quamobrem ſi facitis miſericordiam & veritatem cum Domino
meo, indicate mihi,* dare, ſcilicet, filiam ſuam filio Abrahæ, Miſe-
ricordia erat pro quanto erat ad hoc obligatus, & quia Abrahã
erat in terra longinqua & peregrina, & quia erat expediens

Universidad de Deusto Biblioteca



domui Abrahę Veritas ſeu iuſtitia erat pro quanto fratri vel ꝓpinquo ſuo,& ſic ſanctæ & ex tali cauſſa filiã eorum expetenti erat iuſtum & debitũ eã dari. *Vt vadam ad dextram, ſiue ad ſiniſtrã.* Modus eſt loquendi ſatis vſitatus. q. d. Secundum quod ſumpſeritis partem affirmatiuam vel negatiuam,& ego proſequar hanc vel illam. *A Domino egreſſus eſt ſermo*,id eſt, Deus dixit & voluit, quòd eam tibi tradamus. Hęc autem Dominum dixiſſe dixerunt,pro quanto tam ex inſpiratione Abrahæ,quam ex admirabili directione ſerui,& oſtẽſione coniecturali ſigni patuit Deũ hoc voluiſſe.Non poſſumus licitè & debitè extra placitum eius. *Et dixerunt vocemus & quæramus eius voluntatem,&c.* De iure enim naturali erat quærendus eius aſſenſus, & hoc ſic quod eſſet per verba eius expreſſus:non enim inuita nubere debet,& pręcipuè ita longè. *Et Delboran nutricem ipſius*.Hieronymus.Decens quippè erat & vt ad nuptias abſque parentibus virgo proficiſcens, nutricis ſolatio frueretur.

*Iread dextrã vel ſiniſtram quid ſit.*

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Ad puteum cuius nomen eſt viuentis & videntis.* De hoc puteo habitum eſt ſupra decimo ſexto,Sic ſecundo fuit vocatus ab Agar, *Habitabat enim in terra auſtrali*,id eſt,in Geraris ſecundum Hieronymum?Vnde & ſupra decimoſexto dicitur puteus ille eſſe in deſerto Sur verſus Ægyptum.

*Hiero. loco nunc citato.*

*Et egreſſus fuerat ad meditandum in agro.* Secundum Hieronymum ſeptuaginta habent. *Et egreſſus eſt vt exerceretur campo.* In hebræo autem habetur, *Et egreſſus eſt vt loqueretur in agro*,& ſubdit quod ſicut Dominus ſolus orabat in monte,ſic Iſaac,quia iuſtus erat,domum exiuerat ad orandum:& vt nona hora,vel ante ſolis occaſum, ſpirituales Deo victimas offerret.

*Rebecca quoque conſpecto Iſaac deſcendit de camelo*, ex reuerentia ſcilicet viri quem videbat in occurſum eorum venire. Quamuis enim à ſeruo adhuc nõ quęſiuiſſet quis eſſet, nihilominus coniicere cœpit,quod eſſet aliquis reuerendus de domo viri ſui.

*At illa tollens citò pallium* Secundum Hieronimum in Hebręo,eſt & tulit theriſtrum. Theriſtrum eſt pallium & genus Arabici veſtimenti quo mulieres illius prouinciæ velabantur. Narratur autem hoc in ſignum pudoratæ honeſtatis Rebeccæ. Et nota quomodo ſcriptura narrat à principio miſſum ſeruum à patre,ſed rediiſſe ad filium tanquam ad Dominum ſuum: Hoc enim conuenit literę ſimul & myſteriis.Literæ quidem quia prima tractatio vxorationis filij magis ſpectabat ad patrem :ſed eius cõſũmatio potius ad filium. Myſteriis verò quia prima origo bonorum, & prima miſſio nunciorũ plus appropriatur Deo patri:Deſpõſatio verò

*Hiero. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom.3.*



verò eccleſiæ plus filio cui rex fecit nuptias ſicut Chriſtus ait, Amor verò quo dilecta eſt ſponſa plus ſancto. Nota igitur pro myſteriis,quòd per Rebeccam poteſt myſticè intelligi quælibet anima,vel eccleſia Chriſto filio Dei patris deſpõſata per intermediã procurationẽ angelorũ,vel quorumcunque ſanctorũ,de qua ſex myſticè prædicantur. Primũ eſt eius præparatio non facta à nuncio, ſed ſolum intenta. Niſi enim Deus prius prædiſponeret mentes,non poſſent per nuntios ad tã altas nuptias eleuari. Inſignia verò ſuæ præparationis ſunt quatuor, ſcilicet virginalis ſpecioſitas,(portat enim in ſcapula hydriam quã de fonte putei, id eſt,de ſapientia fidei ſeu ſcripturarum impleuerat) & etiã eius profuſa liberalitas & obſequioſitas, nam feruenter ſuis denuntiat vt eis occurrãt,illoſque recipiant.Secundum eſt eius cognatio.Si enim non eſſet de genere Dei,ſaltem pro quanto eſt de genere rationali facto ad imaginem Dei, non eſſet his nuptiis apta:nec adhuc eſt ad hoc diſpoſita, niſi prius per gratiam ſit facta de domo & cognatione ſanctorum vel fidelium. Tertiũ eſt ætas adornatior per nuncij dona.Vnde bene dicitur Rebecca,quod interpretatur quæ multũ accepit. Quartum eſt eius & ſuorũ ſponſalis conſenſus.Quintum eſt ad ſpõſum ſuum adductio,quẽ quidem inuenit in terra Auſtrali,id eſt,in terra meridionalis amoris & ſplendoris,& iuxta puteum viuentis & videntis,id eſt, iuxta ꝓfundam ſapientiam æternæ vitæ & prouidentiæ Dei, non ocioſum,ſed in agro præmeditantem & ſibi accurrentem. Tuncque ſponſa in eius occurſu ſuos defectus plenius recognoſcens ſe profundius humiliat & mundat & ornat:& ideo de camelo gibboſo deſcendit,& pallio charitatis ſe operit. Sextum eius introductio in tabernaculum Sarę, & nuptialis copulæ cõſummatio. Per Saram autẽ intelligitur prima & pręterita eccleſia,nõ in quã tũ habuit aliquid ancillare & euacuandum quod deſignatur per Agar:ſed potius in quantum habuit moralẽ ſapientiã & gratiam atque iuſtitiã,& ideo in eius tabernaculum noua & poſtrema etiã debuit introduci.Qualis autem fuerit & eſſe debuit harũ nuptiarũ miniſter ſeu ꝓcurator,aduerte,quia primò obligatur per vim generatiuã & regeneratiuam Dei patris, vt ſcilicet nullam infidelem aut peſtiferã adducat,quia hoc nõ eſſet facere Dei eccleſiam,ſed Sathanæ:& quod ſponſam potius adducat in domũ Chriſti quam econtrario, cuius contrarium faciunt illi qui ſuis exemplis vel negligentiis Chriſti fidem & ſtatum cum terrena gloria & cupiditate & opulentia faciunt poſſideri. Poſſunt hic cõſimiliter notari omnes actus nuncij huius, quomodo, ſcilicet,

*Not. pro myſteriis.*

*Rebecca quid interpretatur.*

*Per Saram quid deſignatur.*

Universidad de Deusto Biblioteca



cum decẽ camelis Domini ſui multa bona portantibus venit cũ familia operum, vt ſubdita iugo legis & bonis gratiæ Dei plena, cum quanta precum inſtantia potuit & diligentia, & diſcernit mẽtes idoneas ab ineptis coniugio tali & tãto, & quomodo per ſancta exempla & documenta, & ſacramẽta eas adornat ante ingreſſum, ſed multo largius poſt ingreſſum habito iã conſenſu parentum, & fratrũ, & qualiter non comedit, id eſt, non quieſcit nec ſatiatur vſquequo obtineat quod intendit: cuius contrarium pſeudo apoſtoli faciunt qui prædicant propter quæſtum, & qui realiter parum curant de commodis animarum, &c.

## CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

*Hierony. in hebr. quæſt. ad hunc locũ tom. 3.*

ABraham *verò aliam duxit vxorem nomine, &c.* Hieronymus ſuper hoc loco dicit quod Cetura interpretatur copulata aut coniuncta. Quam ob cauſam ſuſpicantur Hebræi eandem eſſe Agar, quæ Sara mortua de concubina tranſierit in vxorem. Et videtur per hoc decrepiti iam Abrahæ excuſari ætas, ne ſcilicet ſenex poſt mortem vxoris ſuæ vetulæ, nouis arguatur nuptiis vacaſſe, & ſubdit. Nos quod incertum eſt relinquentes, hoc dicimus, quòd iuxta hiſtoricos Hebræorum, filij Abrahæ nati de Cetura occupauerunt Traconitidem & Arabiam, vſque ad terminos maris rubri. Idem etiam Hieronymus in commentario ſuo ſuper Paralipomenon libro primo in principio dicit, Cetura ipſa eſt Agar, quod in pſalmo manifeſtatur cùm dicitur, Tabernacula Idumæorum & Iſmahelitæ, Moab & Agareni, &c. Hyſmaelitas vocans filios Hyſmael, qui vtique filius Agar fuit: & Agarenos, Madianitas & cæteras tribus, quas de Cetura ſancta ſcriptura procreatas commemorat. Et iterum infra ſuper illud quinti capituli, vbi dicitur quod filij Ruben in diebus Saul præliati ſunt contra Agarenos: Ituræi verò & Naphæi & Moab præbuerunt eis auxilium, dicit. Notandum quod ipſa ſit Cetura quæ & Agar, Nam cùm dicat Rubenitas pugnaſſe cum Agarenis ſubditur, eis prębuiſſe auxilium Ituręos, Naphęos, & Nodab, qui vtique filij Iſmael fuerunt. Idem in Paralipomenon Nodab in Geneſi Cedma vocatur. Hæc Hieronymus. Cui etiam ratio pro tanto magis conſonat, quia ſi Agar adhuc viuebat, condecens fuit tam veritati coniugis, quàm pietati in eam, quòd

*Hierony. in heb. quæſt. in 1. paral. in principio tom. 3.*

*Hierony. in hebr. quæſt. ad 5. cap. li. 1. paralip. tom. 3.*



quod poſt mortem Saræ reduceretur ad Abraham: quia illud q̃d præceſſerat de eiectione eius in ſeparatione Iſmael, ſatis ſufficiebat tam ad vitandum diſſidium inter Agar & Saram, quã ad delectandum primatum hæreditariũ Iſaac ſuper Iſmaelem, quã ad correctionem prioris ſuperbiæ Agar, & quam ad myſteria futurorũ. Huic etiam conſonat quod paulò pòſt dicitur Iſmael ſimul cum Iſaac ſepeliſſe Abraham. Ex quo videtur quod aliqualiter ad paternam amicitiam eſſet reſtitutus. Si autem dicatur, Quare ſcriptura non vocat eam hîc expreſſe Agar? Poteſt dici, quod hoc factum eſt ne myſterium eiectionis eius per hoc obſcuraretur, & vt ex mutatione nominis, mutatio circa ipſam factam ſignificetur. Auguſtinus verò decimoſexto, de ciuitate Dei, dicit, Quid ſibi vult quod Abraham poſt mortem Saræ Ceturam duxit vxorem, niſi abſit vt incontinentiam ſuſpicemur, præſertim in illa iam ętate, & in illa fidei ſanctitate? An adhuc procreandi filij quærebantur cùm iam Deo promittente tanta multiplicatio filiorum ex Iſaac ſicut ſtellas cœli & arenam terræ fide probatiſſima teneretur? Et ſubdit quod factum eſt hoc in figurã, quia ſcilicet per Agar & Iſmael ſignificãtur carnales, q̃ ſub nouo ſunt teſtamento, vel quod etiam per hoc prouiſum fuit contra futuros hæreticos ſecundas nuptias damnantes. Si verò quæratur quomodo potuit tunc Abraham filios generare? Reſpondet Auguſtinus libro eodem capite vigeſimooctauo, quod ſenex de adoleſcentula potuit gignere, eò quòd viuidam adhuc eius inuenit ætatem. Et quod Apoſtolus dicit corpus eius iam eſſe emortuũ, intelligendum eſt non ad omnia fuiſſe emortuũ, ſed ad gignendum. Deinde ſubdit aliam ſolutionem, quod ſcilicet donum gignendi quod à Deo acceperat quando genuit Iſaac etiam poſt obitum Saræ remanſit. Præfert tamen primam ſolutionem, quia licèt in tempore noſtro centenarius ſenex de nulla poſſit fœmina gignere, tunc tamen poterat quando adhuc tam diu viuebant, vt centum anni nondum facerent hominem decrepitæ ſenectutis.

*Aug. lib. 16. cap. 34. in principio tom. 5.*

*Aug. li. 16. ca. 28. à medio tom. 5.*

*Deditque Abrahã cuncta quæ poſſederat Iſaac, &c.* Si hoc factum eſt poſt hos filios habitos ex Cetura, quomodo ſupra dixit ſeruꝰ Abrahæ, quòd Abraham dederat Iſaac omnia quæ habuerat? Poteſt dici ſicut dicit Ioſephus, quod ante duxerat Ceturam quam miſiſſet pro vxore Iſaac. Vel dicendum quod primo Iſaac fecerat hæredem, non tamen ſic quod de facto tradidiſſet ſibi totã hæreditatem: ſed hoc fecit paululum ante finem vitæ ſuæ.

*Ioſephus.*

*Filijs autem concubinarũ largitus eſt munera.* Si Cetura eſt eadem

Universidad de Deusto Biblioteca

*Cur concubinæ in ſcripturis dicantur.*

quæ & Agar, tunc concubinarũ dixit, ponens plurale pro ſingulari, id eſt filiis concubinæ. Nec intelligas quod fuerint quaſi nõ vxores, quia paulò antè dictũ eſt idem de Agar. Sed concubinæ dicuntur ad differentiam, Supple Saræ.

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Et ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo ad plagam Orientalem,* id eſt, verſus orientem. Secundum enim Hieronymum à pleriſque filiis Abrahæ ex Cetura dicũtur occupatæ Indiæ regiones. Cauſa autẽ quare voluit eos ita eſſe ſeparatos ab Iſaac fuiſſe videtur, quia voluit clareſcere, quod ille debebat eſſe ſingularis hęres promiſſionum ſuarum, & ſingularis pater populi Dei, & etiam quia prę uidit quod commixtio progeniei naſcituræ ex illis fuiſſet nociua filiis Iſaac & Iacob, quæ progenies ad verũ cultum Dei ſpectat. Vidit etiam vtilius fore ipſos diſpergi, vt plures terras occupando, nomen Dei Abrahæ amplius dilataretur, aut magnificaretur in eis: & nihilominus ordinauit hæc Deus in myſterium futurorũ. Nã hæreticis largitur quidem munera: ſed non hæreditatem gratiæ & gloriæ. Stant etiam in vita iſta ſeparati à fidelibus & diſtincti. *Fuerunt autem dies vitæ Abraham centum ſeptuaginta anni.* Ex hoc patet quod cẽtũ annis integris peregrinatus eſt in Chanaã: quia ſeptuaginta quinque annorum erat quando venit illuc.

*Ex Aug. lib. 16. de ciuit. Dei, cap. 34. à medio to. 5.*

*Hierony. in hebr quæſt. ad hunc locũ tom 3.*

*Et deficiens mortuus eſt, &c.* Secundum Hieronymum in Hebræo eſt, Et mortuus eſt Abraham in ſenectute bona & ſenex & plenus dierum. Et ſubdit, Malè à ſeptuaginta interpretibus additum eſt, & deficiens mortuus eſt, quia non conuenit Abrahæ & ſanctis deficere & imminui, & etiam quia in græcis codicibus ponitur plenus dierum, eò quòd luce, & diei plenus operibus occubuerit: tum etiam quia magis ad Anagogen facit ſi ſimpliciter ponatur plenus. Poteſt tamẽ dici quod ſicut dicitur mortuus non in anima, ſed in corpore: ſic dicitur defeciſſe per mortem corporalẽ. Plenus verò dierum dicitur tam propter conſummationem temporalis ætatis, quàm vitæ ſpiritualis.

*Animas poſt mortem remanere hinc oſtenditur.*

*Congregatúſque eſt ad populum ſuum* Hunc modum loquendi ſcriptura tenet vt ſubinnuat animas poſt mortẽ remanere, & in aliquod vnum collegium congregari: bonas quidem cum bonis, malas autem cum malis. Nota pro myſteriis quod poſt mortem Saræ Iſaac ducente Rebeccã iuxta myſteria ſupradicta, Deus præter quaſdam concubinas carnales diuino iudicio ſubinducit, ex quibus naſcuntur hæretici & carnales.

*Et poſt obitum illius benedixit Deus Iſaac,* Hîc incipit ſeparatim agere de Iſaac, ſupra enim plura dicta ſunt de eo prout à patre & ſub patre regebatur, Et primo agit de ſuæ prolis prodigioſa pro-





pagatione. Secundò de temporaliũ ſuorum proſpera à Deo multiplicatione, vigeſimooctauo capit. Tertiò de finali filiorum ab ipſo benedictione vigeſimoſeptimo cap. In his autẽ tres Dei apparitiones ſeu locutiones factæ leguntur. Vna quidem ad Rebeccam, & duæ ad eum. Et in vltima dicitur ædificaſſe altare. In prima verò parte antequam narret de prole eius, præmittit generationes Iſmahelis, tum quia fuit primogenitus, tum etiam vt breuiter de eo expediens continuam hiſtoriam de Iſaac proſequatur. Voluit autem aliquid de prole Iſmahelis tangere vt appareret promiſſionem Dei factam de eo ad Abraham bene fuiſſe impletam. Nam ſicut ſupra decimoſeptimo, dictum fuit Abrahæ, quod Iſmahel duodecim duces generaret, ſic duodecim filios habuit, quorum quilibet fuit Princeps & Dux in ſua tribu & terra, & occupauerunt terram ab Euila, quæ eſt regio Indiæ vſq; Sur, quæ eſt contra faciem Ægypti, de qua ſupra decimoſexto, dictũ eſt. Dicit autem, *Quæ reſpicit Ægyptum introeuntibus Aſſyrios* vel venientibus Aſſyrios, id eſt, circa illam partem reſpicit Ægyptũ, qua itur & intratur in terram Aſſyriorum.

Dicit autem Hieronymus quod à Nabaioth primogenito eius omnis regio ab Eufrate vſq; ad mare rubrum vſq; hodie dicitur Nabathena, quæ pars Arabiæ.

*Hierony. in hebr. quæſt. ad hunc locum to. 3.*

*Iſti ſunt filij Iſmahel, & hæc nomina per caſtella & oppida eorum,* ſecundum enim nomina ipſorum fuerunt & nomina oppidorum ſuorum, & tribuum ſuarum. Vnde à Cedar dicta eſt Cedar regio in deſerto, & Duma alia regio, & Theman ad auſtrum, & Cedma ad Orientalem plagam dicitur: Ab Itur verò dicta eſt regio Iturea, *Coram cunctis fratribus ſuis obiit.* Secundum Hieronymum, id eſt, in manibus omnium filiorum ſuorum, ſuperſtitibus omnibus liberis ſuis, & nullo prius morte præuento: quod quidem ſonat in magnam temporalem proſperitatem. Quòd autem fratres pro filiis appellentur, probat Hieronymus ex Iacob dicente ad Laban, quid inueniſti de vniuerſis vaſis domus tuæ? ponatur coram fratribus meis, & coram fratribus tuis. Nam Iacob exceptis liberis non habuit tunc ſecum aliquos fratres.

*Hierony. in hebr. quæſt. ad hunc locum to. 3. Loco nunc citato.*

*Hæ quoque ſunt generationes Iſaac, &c. Abraham genuit Iſaac,* Nota quomodo præmiſſo ſolenni titulo iterato incipit ab Abraham, vt oſtendat in vtroque illorum eſſe ſolenne initium.

*Qui cum, quadraginta eſſet annorum, duxit vxorem.* Nota quod qui quadraginta annis in virginitate vixerat, ſatis patet, quòd de facili reſiduum temporis ſine concubitu tranſegiſſet: niſi Deus & ratio illius temporis aliud ſuaſiſſet.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Deprecatúſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua eò quod eſſet ſterilis,* Multis enim annis fuerant abſque prole. Nam infra dicitur quod ſexagenarius erat Iſaac quãdo nati ſunt paruuli. Sed quare orauit pro fœcũditate vxoris, cùm ſciret à Deo infallibiliter hoc eſſe promiſſum? Dicendũ quod diuina promiſſio & prædeſtinatio non euacuat orationes, imò exigit eas, quia Deus nõ promittit aut deſtinat talia futura abſolute, & in omnẽ euentum: ſed ſub congruis conditionibus & præſuppoſitis debitis diſpoſitionibus. Poſſet etiam dici quod licet Iſaac eſſet certus ſe habiturũ filios, non tamen erat certus quod de Rebecca eſſet illos habiturus.

*Cur orat Iſaac pro re antea à Deo promiſſa.*

*Sed collidebantur in vtero eius paruuli.* Litera Hieronymi habet, & mouebantur filij eius in ea. Et ſecundum eum ſeptuaginta pro motione poſuerunt ludebant, ſiue calcitrabant: Aquila verò, confringebantur. Symmachus autem, quod inſtar nauis agitatæ in ſuperficie ferebantur.

*Hierony. in hebr. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Perrexítque vt conſuleret Dominum.* Perrexit quidem ad aliquẽ locum, in quo conſueuerat orare & inuocare Dominũ, quia enim pugna ſeu mutua colluſio puerorũ apparebat tã matri quã proli mortifera, videbaturq; hoc prodigioſum potius q̃ naturale: ideo iuit ad conſulendum medicum, ſcilicet ſolum Dominũ, *Duæ gentes in vtero tuo ſunt,* id eſt, duo infantes de quibus duæ gentes naſcentur. Vnde & materialiter & cauſaliter erant ibi duæ gentes.

*Et maior ſeruiet minori.* Hoc ſecundum literã fuit impletũ tempore Dauid, quando Edom factus ei tributarius, prout habetur 2. Regum 7. Et quia temporalis ſeruitus aut tẽporale dominium non fuit magnum quid apud Dominum, nec apud ſanctos eius, niſi ſolum ſecundum corticem veteris teſtamenti: idcirco ſecundum interiorem medullam intelligitur hîc principatus Chriſtianorum ſuper Iudæos, & ſpiritualium ſuper carnales.

*Et totus in morem pellis hiſpidus.* Secundum Hieronymum vbi nos habemus hiſpidum, in Hebræo habent ſear, quod interpretatur piloſus. *Plantam fratris tenebat manu, & idcirco vocauit eum Iacob,* id eſt, ſupplantator: In plantæ enim tentione ſignificatur quod fratrem ſuum ſupplantaturus erat. Luctantes enim ſolent ſe mutuo ſupplantare ſiue decipere, per hoc quod vnus ſuo pede contingens plantam alterius facit eum ſubito labi: & per conſequens etiam totum corpus illius corruere.

*Hierony. in hebr. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Iacob interpretatur ſupplantator.*

*Sexagenarius enim erat Iſaac.* Ex hoc patet quod Abraham vixit quindecim annis poſt ortum Iacob, & ita in multis potuit Iacob edoceri ab auo. *Gnarus venandi.* i. peritus venandi. *Iacob vir ſimplex.* i. ſine dolo & ſine fictione. Quod ſignanter dicitur, ne ſubſequens



quens emptio primogenituræ, & benedictionis paternæ ſubtractio credãtur prouenisſe ex aliquo dolo. *Iacob habitabat in tabernaculis.* ſ. paſtoralibus, tãquã paſtor: in quo vult ſignificare quod fuit homo quietus, & internæ ſimplicitati & meditationi vacãs. *Iſaac amabat.* i. prædiligebat. *Eſau, eò quòd de venationibus illis veſceretur.* Hæc non fuit cauſa, ſed fuit quædam prædiligẽdi occaſio. Reuerẽtia enim & obſequioſa deuotio, quã Eſau ad patrẽ in hoc plus quã Iacob habere videbatur, fuit huius prædilectionis cauſa, & pręcipuè prout erat ei annexa dignitas primogenituræ: quibus Iſaac humanitus ęſtimabat in Eſau ꝓmiſſiões diuinas in eo principaliter eſſe cõplendas. Sed nihilominus ſcriptura nõ ſine cauſa carnale obſequiũ & eduliũ dicit eſſe motiuũ huiꝰ prędilectionis, vt innuat quod etiã in ſanctis viris eſt plerũq; aliquid affectionis carnalis: quoad aliquid obſcurantis iudiciũ rationis, ſaltem pro quãto homo plus debito bonũ ſentit de ſibi magis obſequioſis.

*Quid Iſaac in Eſau magis prædiligebat.*

*Rebecca diligebat & præamabat Iacob.* Cuius cauſa inter cætera erat ſupraſcripta reuelatio ſibi facta. *Quam ob cauſam,* quia ſcilicet rufam lenticulã importunè concupiuit, in tantũ vt propter eã primogenita venderet, idcirco: *vocatum eſt nomen eius Edom,* quod interpretatur rubrum ſiue fuluũ. Hanc autẽ guloſitatẽ eius vocat Apoſt. ad Heb. 12. prophanã. i. irreligioſam, & procul à phano, à Dei tẽplo. Et nota quod licèt gula ex genere ſuo non videatur multũ notabile crimẽ, efficitur tamẽ tale ex quo notabiliter reddit hominẽ brutalẽ, ac imꝓbũ & porcinũ: & ſe nudat ſtatu & dignitate ſpirituali, & talis erat Eſau, tãti Patriarchę primogenitus, & tunc fit ſicut porcus conculcãs ſacra. Secundũ autem Grego. vicium gulę quinq; modis tentat, qui per huncverſum notantur.

*Gula notabiliter reddit hominẽ brutalem.*

*Propere, lautè, nimis, ardenter, ſtudioſe.*

*Greg. li. 30. moral. c. 27.*

Primus enĩ modus eſt quãdo indigẽtię tẽpora pręuenit. Secũdus q̃do lautiores cibos quęrit. Tertius quãdo mẽſurã refectiõis excedit. Quartus eſt, quãdo ipſo ęſtu immẽſi deſiderij aliq̃s peccat. Quintus eſt quãdo nimiũ ſtudiũ in eorũ accuratiori pręparatiõe apponit. In quarto. ſ. in nimio appetitu plerunq; ita excedunt & peccant aliq̃ in vilibus, cibis ſicut alij in precioſis, vnde & lenticula vilis cibus erat, *Vende mihi primogenita tua.* Hier. dicit ꝙ Hebræi tradũt primogenitos functos officio ſacerdotũ, & habuiſſe veſtimẽtũ ſacerdotale, quo induti Deo victimas offerebãt, anteq̃ Aaron in ſacerdotẽ eligeretur. Quidã etiã dicũt qđ primogenitura ſex dignitates habebat. ſ. veſtẽ: & hęc erat pręcipua, finalẽ benedictionẽ in cõuiuiis: & quod duplicẽ partem ferculorũ accipiebat: & qđ debebat habere duas partes hæreditatis: & ꝙ prima ſedes

*Gulæ vitiũ quinque modis tentat.*

*Hierony. in Heb. quæſt. ſuper Gen. ca. 27. to. 3.*

*Primogenitura olim annexa.*

Universidad de Deusto Biblioteca

vel ſeſſio erat ſua. Sed nunquid peccauit Iacob,tam expetẽdo ſibi vendi ſpirituale ius primogenituræ, quã in tanta famis anguſtia,fratri nolẽdo dare cibum modicum & vilem ſine precio tam præcellenti? Dicendũ quod ſi ex ambitione primatus aut ex cupiditate lucri primogenituræ,aut ex impietate in fratris neceſſitatem,aut ex animo ipſum malitioſe decipiendi hoc feciſſet, abſq; dubio multipliciter & enormiter peccaſſet in Deum & in fratrẽ. Sed puto pro certo tenendum eſſe quod ad hoc ſpiritualiter, & authoritate diuina & reuelatione prophetica motus fuerit, tũ vt peccati gulloſitatis vtilitatẽ, & irreligioſitatẽ per hoc detegeret & probaret,tum vt dignitatẽ promogenituræ illũ de iure diuino amiſiſſe,& ſe acquiſiuiſſe, oſtenderet : tum vt futurorũ myſteria in hoc Propheticè pręfiguraret. Vel ſi dicitur quòd Iacob de hoc nondum habuerat reuelationem expreſſam,poteſt dici quod Iacob à principio non ſerio, ſed quaſi ioco vel modo tentatiuo dixerit, vende mihi primogenita , ſic tamen quod occulto inſtinctu Dei ad hoc dicendum fuerit impulſus. Vel ſi ſerio dixerit, æſtimandus eſt ſic ſimplici intentione hoc feciſſe, quod nihil ambitioſum aut ſymoniacum contigerit mentem eius.

*Vitium gulæ ſemper in omni fame multa imaginatur pericula.*

*En morior,* ſcilicet fame , *Quid mihi proderunt primogenita?* Nota quod vitium gulæ in omni fame de facili imaginari facit periculum & anguſtiã mortis,ac parui pendere ac negligere ſpiritualium precioſitatem & vtilitatem.

*Iura ergo mihi,*id eſt,venditionem hanc mihi iuramento confirma. Nota pro myſteriis quod fere in quolibet ortu notabilis populi electorum aſſimilati Iacob inueniuntur aliqui præſumentes de primatu primogenituræ ſeu ſtatus antiquioris. Vnde Phariſęi contra Apoſtolos murmurabant,hi nouiſſimi vna hora fecerũt: qui vt plurimum inſtar pſeudo apoſtorum ſic inſeruiunt gulæ quod venter eſt Deus eorum. Sunt etiam magni & aſtuti venatores temporalium & agricolæ terreſtrium cupiditatum. Et quia in ſexta ætate, ſcilicet, Chriſti, & in ſexto tempore eccleſiaſtico ſub apertione,ſcilicet,ſexti ſignaculi, hi duo præcipuè oriuntur ideo in ætate Iſaac ſexagenaria naſci dicuntur. Primus autẽ non ſolum concupiſcentia,ſed & iracũdia totus eſt rufus & hiſpidus, Nam ſemper horrendo zelo & odio proſequitur fratrem ſuum, prout dicitur Amos primo. Secundus autem ſimplicitate & quieta intra ſe manſione gaudet:& tunc ob neceſſariæ rei paruipenſionem primogenituram alteri debitam ſibi acquirit. Primus autem in principio à prælatis ſeneſcẽtibus ſolet præamari, propter venatus obſequij blandimenta : Secundus autem à diuina gratia & ſpirituali eccleſia præamatur.



Nota autem quod iſtæ plerunque per diuerſos ſtatus & habitus diſtinguuntur : ſed nihilominus ſub Rebecca eiuſdem ſtatus reperiuntur,& in vtero eccleſiæ aut religionis matris ſuæ ab initio inuicem colluctantur,& ſe concertantes collidunt. Nota etiam quod in horum duorum pugna ab initio matris vſque in finem ſignificatur pugna corporis reproborum & corporis electorum , qui ſunt ſimul ſtantes in vtero humanæ naturæ , & etiam in vtero eccleſiæ , Item ſecundum Apoſtolum ad Romanos 9. oſtenſus eſt in hoc modus diuinæ prædeſtinationis , ex eodem vtero alterum gemellorum eligentis,& alterum reprobantis.

## CAPVT VIGESIMVM. SEXTVM.

ORTA *autem fame*. In hoc capitulo primò oſtenditur,qualiter Iſaac in ſua peregrinatione eſt diuina prouiſione directus.

Secundò quomodo propria cautela protectus ibi, *Qui cum interrogaretur.*

Tertiò qũo à Deo ditatus,ibi, *Seminauit autem.*

Quartò quomodo iniurias terrigenarum patienter tolerauit & vicit,ibi, *Ob hoc inuidentes ei.*

Quintò quomodo diuina apparitione confortatus,ibi, *Aſcendit autem ex loco illo.*

Sextò quàm libenter Rex Geraræ cum ipſo confœderari expetiit,ibi, *Ad quem locum cum veniſſet.*

Septimò quomodo hinc proſperum nuntium de aquæ copia, recepit,ibi, *Ecce in ipſo die,non deſcendas in Ægyptum, &c.*

Vnde eſt quod Deus de Abraham voluit quod tempore famis peregrinaretur in Ægyptũ, ſicut ſupra duodecimo eſt habitum: & cõſimiliter hoc voluit de Iacob, ſicut habetur infrà quadrageſimo. De Iſaac verò hoc noluit? Ad hoc ad præſens duplex ratio poteſt dari. Prima eſt ad oſtendendũ multiplicem modũ diuinæ potentiæ & prouidentiæ. Si enim omnes tres tempore famis in Ægyptum iuiſſent:videretur quod Deus nõ potuiſſet eos nutrire in terra Canaan tempore talis famis. Secũda eſt,quia ſicut patre primo ſcilicet,in Abraham decuit profigurari deſcenſum populi in Ægyptum,& in tertio,ſcilicet,in Iſaac,illum oportuit ſociari:ſic in medio,id eſt, in Iacob decuit præfigurari totam cõtinuam manſionem populi Iſraël in terra promiſſionis, poſtquam

Universidad de Deusto
Biblioteca



ipſam obtinuerit. Et vt breuiter generale myſterium tangam, principia & exitus populi Dei habent probationes in Ægyptum id eſt, in tenebras & anguſtias tentationum, deſcenſus, media verò meridionali ſtationi plus aſſimilantur.

*Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, eò quod obedierit Abraham voci meæ.* Auguſtinus dicimoſexto de ciuitate Dei, capite trigeſexto, ex hoc loco trahit, quod non ideo Iſaac patri ſuo præferendus, quia nullam fœminam præter vnam coniugem nouerat, quia erant proculdubio paternæ fidei & obedientiæ merita potiora, in tantum vt propter illum dicat Deus hæc ſe facere bona quæ facit: quod tamen hic quibuſdam videtur eſſe incertum. Aliis autem videtur probabile, quod omnes tres, ſcilicet, Abraham, Iſaac, & Iacob, omnibus penſatis fuerunt in merito pares, tanquam aſſumpti in ſpeculum & myſterium beatiſſimæ trinitatis, in qua tres perſonæ ſic ſuis proprietatibus ſunt diſtinctæ, quod tamen in ſubſtantia ſunt æquales, idcirco poteſt dici non oportere quod per hoc verbum Auguſtini ſignificetur maioritas meriti Abrahæ, ſed ſolum originalis primitas, quia Abraham tanquam primus meruit ſequenti potius quàm econtra. Vnde communiter omnes primi ſancti habent aliquam cauſalem rationem, ſecundum quam ſunt merita ſequentium. Vnde & Iacob infra vltimo dicit de Ioſeph, Benedictiones patris tui cōfortati ſunt benedictionibus patrum eius. Et ad Laban trigeſimoprimo dicit, Niſi Deus patris mei Abraham & timor Iſaac adfuiſſet mihi, &c. & quadrageſimoſexto, dicit ei Dominus Deus. Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui, noli timere. Eſt etiam alia ratio huius. quia ſancti dum viuunt, nondum compleuerunt veritatem ſuam, nec peruenerunt ad ſtatum immobilis ſecuritatis, & expedit eis ſemper minora de ſe ſentire, propter quod decet quod Deus eis quodammodo præferat merita præcedentium patrum.

*Aug. lib. 16. de ciuit. ca. 36. circa medium tom. 5.*

*Abraham, Iſaac & Iacob putantur pares in merito.*

*Nota.*

*Et cuſtodierit præcepta & mandata, & cæremonias legéſque ſeruauerit, &c.* Auguſtinus contra Fauſtum vigeſimoſecundo hunc ludum Iſaac excuſans, dicit. Rex Rebeccam viri ſui coniugem tunc eſſe cognouit, quando eum cum ea ludentem vidit: quod non cognouiſſet, niſi cū coniuge ille ſic luderet, quomodo cum ea quæ coniuncta non eſſet ludere non deceret. Quod cum ſancti coniugati faciunt, non inaniter faciunt, ſed prudenter, deſcendunt enim quodammodo ad fœminei ſexus infirmitatem, vt aliquid blanda hilaritate vel dicant, vel faciant, non eneruantes, ſed temperantes virilem vigorem, quod ei quæ vxor non eſt,

*Lib. 22. ca. 46. tom. 6.*

qui



qui diſſerit aut fecerit, turpis eſt. Verum hoc quod ad mores humanitatis pertinet, dixerim, ne quiſquam durus & ſine affectu id ipſum pro crimine obiiciat ſancto viro, quod cū ſua coniuge luſerit. Tales enim homines inhumani ſi aliquem grauem virum ludicrum aliquid garrientem cum pueris etiā paruulis viderint, quo eorum lacteum ſenſum affabili & nutritoria facilitate remulceat, tanquā delirantem reprehendunt, obltiti vnde creuerint, aut ingrati quod creuerint. Hucuſque Auguſtinus.

Significatur autem per hoc ludus ſtudioſi animi cum ſapientia quaſi cum ſponſa ſua, de quo Eccleſiaſtici trigeſimo ſecundo, Præcurre prior in domum tuam, & illic lude, & age conceptiones tuas. Vel ludus filij Dei, qui eſt ſapientia patris cùm ſanctis animabus, de quo Prouerbiorum octauo, dicitur, quod erat ludens in orbem terrarum, & delitiæ ſuæ eſſe cum filiis hominum.

*Ludus iſte Iſaac cum Rebecca quid ſignificat.*

*Hiero. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom 3.*

*Quare impoſuiſti nobis?* id eſt, quare decepiſti nos? Impono enim vno modo idem eſt quod decipio, vnde impoſtor eſt deceptor, & impoſtura idem quod deceptio.

*Et inuenit ipſo anno centuplum.* Secundum Hieronymum ſeptuaginta habent centuplum hoc dei, Sed in Hebræo habetur vt Aquila tranſtulit centuplum æſtimatum (& ſubdit) quod ſcriptura tacens genus frugum quod centuplauit, cunctarum in illo virtutum multiplicationem videtur oſtendiſſe & præfiguraſſe.

*Vocauit calumniam,* id eſt, fraudem & deceptoriam rapinam.

*Appellauitque eum inimicitias,* Secūdum Hieronymum pro inimicitias eſt in Hebræo, ſatana, id eſt, aduerſum ſiue contrarium.

*Ad quem locum cùm veniſſent Abimelech & OchoZath amicus illius.* Secundum Hieronymum in Hebræo habetur. Et collegiū amicorum eius, vt nunc tam hominem ſignificet quam turbā amicorum quę cum rege venerat, in quibus fuit & Phichol princeps exercitus eius.

*Hiero. in Hebr. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Vnde appellauit eum abundantiam, & nomen vrbi impoſitum eſt Berſabee.* Secundum Hieronymum Beerſaba interpretatur puteus ſaturitatis Licet enim ſupra ex verbo iuramenti, ſiue ex ſeptenario numero ouium, quod ſaba, dicitur aſſeruimus, quod dicta ſit Beerſaba, tamen nunc ex eo quod aqua inuenta eſt Iſaac ad præimpoſitum nomen vrbi alludens, declinauit paululum literam, & pro ſtridulo Hebræorum, ſin, à quo ſabe, incipitur Græcum ſigma, id eſt, Hebræum Sameth, poſuit.

*Ibidem.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Vult ergo Hieronymus dicere, quod literam Sin, mutauit in literã Samech, & ideo variata eſt nominis ſignificatio ſeu interpretatio. Nota pro myſteriis, ꝙ per tædia quæ Iſaac cũ ſuis paſſus eſt à Rege Geraræ & ſuis, ſignificatur moleſtia multiplex, quã ſpiritales & ſpiritualium religionũ patres à Prælatis & domeſticis antiquorum ſtatuum patiuntur: Inuidens enim quando vident nouiſſimos ſibi præferri. Quatuor autem genera puteorum ſibi tollunt, quamuis quartum potius impugnent, quàm auferant: quorũ duo primi fuerant patrum, ſed ab eis obſtruſi, & poſt hos duos familia Iſaac fodit alios, & pro vno nunc Palæſtini ſunt rixati. Quorum primus dictus eſt latitudo, alter verò abundantia vel ſaturitas. Per duos quidem primos à patre Iſaac prius foſſos, duo teſtamenta, vetus ſcilicet & nouum, deſignantur: quos per carnalem intelligentiam obſtruũt carnales expoſitores, ſed puteos alios, nouæ ſcilicet & Euãgelicæ legis iterato fodit, nec aperit Iſaac, quia illorum apertio eſt magis neceſſaria ſpiritali vitæ virorum Euãgelicorum. Tertius verò puteus qni propriè eſt virginum dictus eſt calumnia, & quartus qui propter conſimilẽ cauſam dictus eſt Satan, id eſt, aduerſarius ſeu inimicitia ſignicat ſpecialẽ doctrinã, & vitam ſeu regulam ſpiritalium poſterorum. Quorũ primum impugnatur per calumnioſam ſurreptionem, quia Palęſtini, id eſt, antiqui carnaliũ poſitionum cadentes, doctrinam ſpiritalium prædictorum ſibi aſſcribunt. Secundum verò impugnatur per æmulationẽ & inimicitiam ſatanicam. Sed poſt hæc foditur quintus, ſcilicet dilatatio charitatis, & pacis etiã vſque ad præfatos aduerſarios, & pro ipſo nõ corrixantur, imò poſt apertionem ipſius, & initiationẽ ſequentis, prædicti aduerſarij cum Iſaac confœderantur, tuncq; ad plenum fœdus, ſcilicet abundantia ſpiritalis ſatietatis quæ per guſtum diuinæ contemplationis eſt, habetur. *Eſau verò quadragenarius duxit vxores, &c.* *Quæ ambæ offenderant animum Iſaac & Rebeccæ.* Fortè vel propter idolatriam, vel propter prauam & malè morigeratam vitam. Præmittitur autem hoc ante benedictionem ſublatam Eſau, & datam Iacob: ad amplius ſubinnuẽdum aliquid de demerito Eſau, propter quod etiam benedictionem amiſit.

*Nota pro myſteriis.*

CAPVT



## CAPVT VIGESIMVM. SEPTIMVM.

S*Enuit autem Iſaac.* In hac parte primò oſtenditur voluntas Iſaac ad finalem benedictionem dandã Eſau, & præceptum quod dedit ipſi Eſau ad eam obtinendam. Secundò conſiliũ matris Iacob ad illam cauteloſe ſurripiendam, ibi: *Quod cùm audiſſet Rebecca.* Tertiò rationabilis timor Iacob ad matris conſilium peragendum, eiuſq; à matre aſſecuratio, & tandem conſilij materni impletio, ibi: *Cui ille reſpondit, Noſti quod Eſau.* Quartò, Iacob ſe pro Eſau offerentis à patre diligens examinatio, ſed non comprehenſio, ibi: *Dixitque Iſaac: Accede huc.* Quintò, eius à patre acceptatio, ac commendatio & benedictio, ibi: *Benedicens ergo illi, ait: Tu es filius meus, &c.*
Sextò, Eſau aduentus, eiusq; oblatio ac benedictionis paternæ requiſitio, patriſq; ſuper hoc extatica admiratrio & obſtupefactio: & benedictionis ab ipſo primo datæ confirmatio, ibi: *Vix Iſaac ſermonem impleuerat.* Septimò, Eſau ex hoc conſternatio, & benedictionis iterata requiſitio: & tandem aliqualis obtentio, ibi: *Auditis Eſau ſermonibus.* Octauò, Eſau contra Iacob inſidioſum odium, ibi: *Oderat enim Eſau Iacob.* Nonò, maternum conſilium datum Iacob, & ad euitandum odij fraterni periculum, ibi: *Nunciata ſunt Rebeccæ.* Decimò, cauteloſa captatio matris à patre ad datum conſilium perficiendum, vt ſcilicet ſub occaſione vxorationis Iacob mittatur ad terram Laban auunculi ſui, ibi: *Dixit quoque Rebecca ad Iſaac, tædet me vitæ meæ, &c.*
Vndecimò, paterna viſio ſuper hoc ſibi data, eiusque benedictio ſibi reconfirmata, ibi: *Vocauitque itaque Iſaac.* Duodecimò narratur quomodo hac de cauſa dixit filiam Iſmaëlis, ibi: *Videns autem Eſau.* Ait ergo, *Senuit Iſaac, &c.* Si hæc benedictio data fuit anno quo Eſau duxit duas vxores Cananæas, tunc fuit Iſaac cẽtenarius, ſi verò hoc factum eſt anno quo Iacob fugit ad Laban, tunc Iſaac fuit ad minus centum triginta ſeptem annorum, quia Iacob fuit ſeptuagintaſeptem annorum quando venit ad Labã, & fuit octoginta quatuor annorum quando de facto copulatus eſt Liæ, ſicut probabitur infrà capitè vigeſimonono.
*Sume arma tua, &c.* Ad quid voluit quod Eſau de venatione ſua primò ſibi offerret cibos antequam benediceret eum? Ad hoc duplex poteſt dari ratio. Prima eſt vt Eſau meritoriè ad ſuſcipiẽ-

*Cur Iſaac venatione expetiit ab Eſau antequam benedicere vellet.*

Universidad de Deusto Biblioteca



dam paternã benedictionẽ diſponeretur per opus prouidæ obedientiæ, & obſequioſæ ac filialis dilectionis & reuerentiæ in ſanctum patrem ſuum. Secunda eſt, quia ſicut Iſaac non humanitꝰ, ſed diuinitus mouebatur ad benedictionem de futuris, ſecũdum Apoſtolum ad Hebræos dicentem: Fide & de futuris benedixit Iſaac, &c. ſic etiam credendum eſt quod ad prædicta moneretur, & etiam in figuram ſpiritualium & futurorum id filio ſuo præcepit. Vnde hæc omnia erant figuralia & ſacramentalia.

*Pulmentum vnde dicitur*

*Fac mihi inde pulmentum.* Pulmentum dicitur quod cum pane comeditur, & eſt deriuatum à pulte. Puls autem eſt cibꝰ ex aqua & farina confectus, vnde pulpa dicta eſt, quia caro promposa olim cum pulte mixta edebatur. Quamuis ſecundum Iſidorum pulpa dicatur à palpando, quaſi palpa: quia palpitat & reſilit.

*Iſidorus.*

*Cur duo hædi pro vno homine ſene Iſaac parantur.*

*Affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo.* Sed nunquid matri pro prandio ſenis non ſufficiebat vnus hœdꝰ? Poteſt dici, quod licet ſufficeret, nihilominus in ſignum ſolennioris epuli multò plꝰ debuit ſibi offerri, quàm eſſet neceſſariũ refectioni ſuæ. Vel fortè vt duplici modo illos ſibi offerret, vnum elixũ, alterum aſſatum. Aut poteſt dici quod ob myſterium mater hoc fecit, niſi fortè quis dixerit ꝙ non fuerit ibi naturaliter magnꝰ cibus, quod enim eſt vni multũ, eſt alteri parum, & ꝙ vni ſuperfluũ, alteri eſt ſobriũ. *Timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, &c.* Ex hoc inter cætera, quod Iacob, quæ ſequũt̃, nõ fecit animo doloſo & illuſorio, ſed ſola fide vt daretur benedictio & acciperet, facile erat intelligere. Nã ĩ hoc caſu dolꝰ apud eũ nihil valuiſſet, ſed potiꝰ obfuiſſet. Præterea niſi aliud re cõfirmaret pactũ, facile erat intelligere ꝙ ſolus ille eſſet benedictꝰ quẽ pater benedicere intendebat, potius quàm ille de quo hoc nõ intendebat. Ruſus facile fuit aduertereꝙ quãdo pater poſtmodũ ſe à Iacob illuſum vidiſſet, ꝙ ipſum tanquã deluſorẽ malediceret. Et eſto quod ipſe hoc non faceret, Deꝰ hoc feciſſet, ſi cum fraude & mẽdacio hoc factũ fuiſſet. *Ad quem mater: in me ſit iſta maledictio, fili mi.* Hic loquit̃ tanquã per Dei reuelationẽ certã, quod diuina benedictio erat Iacob danda, & per hoc factum ſacramentaliter aſſumenda. Vnde & Iacob certus de fide & ſpiritualite matris ſibi acquieuit. *Et veſtibus Eſau valdè bonis, &c.* Secundum Hierony. in hoc loco tradunt Hebræi primogenitos functos officio ſacerdotum, & habuiſſe veſtimentum ſacerdotale, cũ quo ſacrificabant antequam Aaron eligeretur. De iſtis ergo videtur hic ſcriptura loqui. Aliàs poteſt dici ꝙ ſicut pelles collo Iacob appoſuit, vt videretur eſſe Eſau, qui erat piloſus, ſic eadẽ ratione ipſũ veſtibus Eſau induit, vt

*Iacob nõ eſt mentitus dicens ſe Eſau.*

*Hierony. in Heb. quæſt. adhunc locũ tom. 3.*

*Idẽex. Hierony. refert ſupra ca. 25. à medio.*



vt patri omninò videretur eſſe Eſau. *Dixitque Iacob: Ego ſum Eſau primogenitus tuus.* Sed nunquid hoc verbum fuit mendoſum? Auguſtinus decimo ſexto de ciuitate Dei, dicit quod hic fuit dolus ſimplicis, & fictio non mentientis, ſed profundum myſteriũ veritatis. Sicut autem Chriſtus non eſt mentitus, quando de Ioãne dixit, Ipſe eſt Helias, quia ibi accipitur Helias nõ pro perſona, ſed pro cõformi officio & virtute: Sic & Iacob verè dicit ſe eſſe Eſau, non ſecundum perſonam, ſed vice & dignitate primogenituræ ſibi diuinitus traditæ: & iã prius ſacramentali emptione promeritæ. Verum eſt quod ſi iſtud non fuiſſet factum inſpiratione prophetica & authoritate diuina, nõ ſolùm nõ poſſet excuſari à duplicitate mẽdoſa, imò nec ab impietate iniurioſa, & proditioſa in proprium fratrem: nec à ſacralegio in Deum, quia in Dei ſacramentis ſcienter immiſcere aliquid falſi, eſt ſacrilegium & prophanum. Conſtat autem quod datio & ſuſceptio huius benedictionis erat opus ſacramentale: alias eñ quilibet pater potuiſſet ſuis filiis benedictionẽ æqualis virtutis & vtilitatis cõferre, imò aliàs ſuperſtitioſũ & augurioſum fuiſſet credere quod propter benedictionem paternam ſolùm humanitus factam, obtineret qs in poſterum bona temporalia vel æterna. Quia tamen deluſores ſimplicitatis paternæ & ſcripturæ ſacræ ſoliti ſunt dicere, ꝙ nos à mendacio & peccato excuſamus quos volumꝰ, & quos noluмus accuſamus: attendant quomodo nõ ex noſtro ſenſu, ſed potius ex veriſſimo ſenſu ipſius ſcripturæ has expoſitiones accipimꝰ. Quod enim Iacob nihil hic dixerit aut fecerit fallaciter aut mendoſe, probatur. Primò ex hoc patet quando poſtmodum veritatem facti deprehendit, non eſt contra eum turbatus, nec benedictionem datam infregit, imò confirmauit, ſeu potius eſſe à Deo confirmatam aſſeruit, dicens:

*Aug. li. 17. cap. 37.*

*Benedixitque ei, & erit benedictus.* Secundò, quia à principio conceptionis eorum præſagio diuinitus eſt oſtenſum: quod minor maiori diuinitꝰ eſt prælatus. Tertiò quia ipſe Iacob eſt ſuprà ſingulariter de ſimplicitate mentali & quietudine laudatus. Quartò, quia ſtatim poſt hoc factum ſcriptura narrat, quomodo Iacob fuit à Deo diuinitus apparitionibus & promiſſionibus ſingulariter directus. & vſque in finem proſequutus. Quintò, quia hi tres patres, ſcilicet Abraham, Iſaac & Iacob in tantum per totam ſcripturam ſacram præconizantur, vt Deus, Exodi tertio, glorietur ſe in æternum vocari Dominum Abraham, Iſaac & Iacob. Et Moyſes vbicunque vult Dominum fortiter ad iurare, ſicut fecit Exodi trigeſimo ſecundo, ſingulariter eũ adiurat, dicẽs:

Recor-

Universidad de Deusto Biblioteca

Recordare Abrahã, Iſaac,& Iacob,& Iſraël ſeruorum tuorum,
quibus iuraſti,&c.Sic in Iſaia,& in cæteris Prophetis miras præ-
conizationes ipſorum reperies.Sic & in Pſalmo:Confitemini Do
mino.His tribus prænominatis tanquã Dei ſpecialibus ſeruis &
amicis ſubditur, Non reliquit Deus nocere eis,nec corripuit ꝓ
eis Reges.Nolite tãgere Chriſtos meos,& in Prophetis meis no
lite malignari,&c.Et ſicut hîc vocantur Chriſti Dei,& Prophetæ
Dei,ſic & à Chriſto Lucæ decimotertio dicitur, Et recũbent cũ
Abrahã,Iſaac & Iacob,&c.in regno Dei.Et capite decimoſexto,
vbi Lazarum ait portatum in ſinũ Abrahæ:& Matthæi octauo,
ait,quod multi venient & accũbent cũ Abraham, Iſaac & Iacob
in regno cœlorum. Et Ioannis octauo, dicit, Filij Abrahæ eſtis,
opera Abrahæ facite.Et Abrahã pater veſter exultauit vt videret
diem meum,vidit & gauiſus eſt.Sic & Apoſtolus ad Hebræos 11.
inter cætera ait,quod confunditur Deus vocari Deus eorũ, para
uit enim illis ciuitatem.Sextò cõuincit hoc profunditas myſterio
rum diuinorũ in his & cõſimilibus admirabiliter cõprehenſa: de
quibus aliqua licèt pauca poſt literalem expoſitionem tangẽtur.

*Quid per amam ſæpius ſcriptura intelligat.*

*Feci ſicut præcepiſti mihi.* Nota ꝙ eo modo quo dixit ſe eſſe Eſau
primogenitũ,dicit ſibi fuiſſe præceptũ quod fuerat iuſſum Eſau,
vt ſcilicet pararet & adferret patri cibos.Intẽtio eñ pręcepti pa-
terni prout erat diuina & diuinitus mota,ferebatur in illũ qui ſe-
cundũ Deũ erat melior & prælectus à Deo:quãuis eius intẽtio
per humanã æſtimationẽ erronea determinaretur ad Eſau,quia
credebat illũ meliorẽ & prælectum à Deo. Ergo ſecundũ rem
& veritatẽ potuit dicere: *Feci ſicut præcepiſti mihi, &c.vt benedicat
mihi anima tua.* Nota quod ſæpè in ſcripturis per hoc quod dici-
tur anima tua,ſignificatꝰ teneritudo ac vehementia affectionis&
ſenſus.*Vox quidem vox Iacob eſt.* Hic pater exprimit cauſam quare
tactu voluit probare.An ipſe ad literã eſſet Eſau, dubitabat eñ
ex hoc quod vox eius videbatur eſſe vox Iacob,& non Eſau. *Et
non cognouit eum quia piloſæ manus.* Sed vnde eſt quod plus credidit
tactui quàm auditui?cùm tamẽ auditus ſit ſenſus magis diſcipli
natus quàm tactus. Dicendum quod primò non fecit hoc ſolus
tactus,ſed plura alia cũ tactu cõcurrentia,ſcilicet aſſertio Iacob
dicentis quod ipſe erat Eſau, credebat enim pater ꝙ ipſe non au
deret illudere patri ſuo.Itẽ quia non vidit quomodo Iacob præ-
ceptũ patris factũ ſoli Eſau præſciuiſſet. Itẽ ꝗa ſciuit Iacob eſſe
ſimplicẽ & nõ fraudulẽtũ. Itẽ ꝗa ſecundũ quoſdã putauit quod
Eſau ad benedictionẽ à patre petẽdã ex quadã reuerẽtia vocem
humiliaſſet,& ꝙ ex hoc eſſet ſimilis voci Iacob.Fortaſſe eñ vox
Eſau

*Cur Iſaac potius tactui quàm auditui credit.*



Eſau fuit groſſior & redigior,vox autẽ Iacob ſubtilior & ſuaui-
or.Secũdò põt dici ꝙ etſi reſpectu doctrinaliũ ſeu intellectualiũ
auditus ſit certior,ad diſcernẽdã differẽtiã Iacob ab Eſau:multa
tamẽ piloſitas Eſau,quę tactu & nõ auditu poterat à patre ꝓba-
ri,erat ſignũ infallibilius,quã eſſet ſola differentia vocis eorum.
Vnde & Iacob ſuprà timuit plus deprehẽdi in tactu ſuę pellis le
nis,quã in auditu ſuę vocis.*Tu es filius meus,&c.*Si hoc nõ pars be
nedictionis ſequentis eſt,ſed potius expetitio iteratæ aſſertionis
ad maiorẽ verbi cõfirmationẽ,tũc eius quod præmittitur, ſcili-
cet *Benedicens ergo illi*,eſt ſenſus,id eſt, benedicere ergo volẽs illi
Poteſt tamẽ eſſe quod illa cõfeſſio,& ciborũ allatio, patriſq; de
oſculatio, eſſent materialia huiꝰ ſacramẽtalis benedictiõis:ſicut
eſt confeſſio in ſacramẽto pœnitẽtiæ.*Statímq; vt ſenſit veſtimento-
rũ flagrantiam,benedicens,ait:Ecce odor,&c.*Nota quod ſpiritus ſan
ctorum extaticus aliquando ex occaſione ſenſibilium incipit im
mutari,& ad exceſſum Propheticum ſubleuari: ſicut Helizæus
ſubleuatus fuit ad tactũ cytaredi,prout habetur quarti Regum
3.Et ſic fortè ex odore veſtium eſt Iſaac occaſionaliter ſubleua-
tur. Vnde & à quodã viro ſancto, ſecreto ſcio, quod poſt quoſ-
dam exceſſus,quos aliquando habuit,poſtmodũ ad odorem flo-
rũ ſic immutabatur ſpiritus eiꝰ,quod quaſi ridebat ad prædictos
exceſſus.Eſt etiã notandum hîc quod ad ſpirituale myſteriũ cõ-
cipiendũ vel exprimẽdũ valet quædã cõformis affectio & re-
præſentatio ſenſibiliũ.Vnde Hierony.ſuper Amos, dicit, quod
Prophetæ ex illis ſenſibilibus cõparatiuas & propheticas simili-
tudines plus accipiunt in quibus fuerũt aſſueti:& ideò Amos tã
quã paſtor bonus ſumit ſimilitudines ex vaccis,dicens,cap.4.Au
dite verbũ hoc,vaccæ pingues qui eſtis in mõte Samariæ.*Ecce o-
dor filij,&c.*In hac benedictione ſecundũ literã quatuor bona po
nit.Primũ eſt odor famę veracis ex virtutũ & virtuoſorũ operũ
plenitudine tanquã ex agro pleno odoriferis herbis & fructibus
emanantis.Secundũ eſt abundantia rerum naturalium tempora
lium,ex fœcundatione terræ procedens.Tertiũ eſt poteſtas do-
minationis,tam in alienos,quã in fratres & propinquos. Quar-
tũ eſt abundantia proſperitatis in omnes ſibi fauẽtes: & econtra
inundantia calamitatis in omnes ſibi aduerſantes. Et hæc qui-
dẽ ſecundum corticem veteris teſtamenti,vmbraliter in populo
Iſraël impleta fuerunt. Si autẽ in ſcripturis aliquando cõtrariũ
repereris,ſcito ꝙ hoc in patre fuit propter peccata populi:prin-
cipalius verò vt omnes in huiuſmodi ꝓmiſſionibus ſpiritalem
intelligentiã quęrere compellantur. Nã in his benedictio regni,

*Hier. Amos 1 ſuper illud, Deus de Syõ rugiet.to. 6.*

*Quatuor bona continentur in benedictione Iacob ab Iſaac data.*

Universidad de Deusto Biblioteca



gratiæ,& glorię continetur:principaliter quidẽ & propriè reſpiciens Regẽ Chriſtũ:ſecundariò autẽ & participatiuè eccleſiam electorũ:ſemper quidẽ ac ſimpliciter ꝓ reali fama & copia ſpiritualiũ,& pro dominio ſpirituali:pro tẽpore autẽ & quantũ expedit,etiã pro regno & dominio temporali electorum eccleſię,pro tempore collato tã in veteri teſtamento quàm in nouo. *Expauit Iſaac*,id eſt,ſecundũ Auguſt.in quęſt. ſuper Geneſim:in extaſim cecidit,ita vt quædã mentis alienatio ſequeretur. Et tunc fuit ei reuelatum à Domino quod confirmaret benedictionẽ ſuã filio minori,cùm ei iraſcẽdũ potius videretur:quia fefellerat patrem. Et decimoſexto de ciuit. Dei cap.37.dicit: Veniẽte repẽtè Eſau, Iſaac expaueſcit:& alium ſe pro alio benedixiſſe cognoſcit. Miratur & quiſnã ille ſit percõtatur,neq; tamẽ ſe deceptũ eſſe cõqueritur:imò cõfeſtim reuelato ſibi intus in corde magno ſacramẽto,deuitat indignationẽ,confirmat benedictionẽ. Quis enim nõ hîc maledictionẽ potius expectaret irati,ſi hæc nõ ſuperna inſpiratione,ſed terreno more generẽtur? O res geſtas,ſed propheticè geſtas, &c. Et nota ꝙ odor ille quẽ benedicendo habuit,quãdo ait,*Ecce odor filij mei, &c* potuit cooperari ad hoc quod poſtmodũ aduerteret,quod quicũq; ille eſſet,ſiue Iacob,ſiue alius, ipſe erat verè benedictus.*Irrugiit*,id eſt,rugitũ magnum emiſit. *Venit germanus tuus fraudulenter*,ſcilicet quantũ ad exteriorem modũ,non autẽ quãtum ad rẽ. Vel fraudulenter,id eſt,cauteloſe,& pia fraude.*Dominum tuum illum conſtitui*, Scilicet ſpiritualiter & de iure. Vel conſtitui,id eſt,conſtituendũ prædixi. Et intellige hoc magis reſpectu populorum ex eis propagandorum , quàm reſpectu ipſorum.*Et omnes fratres tuos*, id eſt , filios tuos præſentes & futuros.aut etiam cæteros propinquos tuos. *Seruituti illius ſubiugaui:frumento vino, & oleo ſtabiliui eum*.Opus diuinę prędeſtinationis & gubernationis,ſiue ſpiritualis ſiue tẽporalis ſoli Deo cõpetẽtis ſibi aſſcribit, tanquam in hoc. Sacramentaliter gerenti vicem Dei:vel ſtabiliui,id eſt, ſtabiliendum promiſi , & prędixit. Per frumentum autem omne pertinens ad cibum:per vinum omne pertinens ad potum : per oleum autem omne condimentum deſignatur. Signanter autem quo ad ſenſum literę tangit tria quorum erat copia in terra promiſſionis. *Et tibi poſt hoc, fili mi, vltrà quid faciam?*?Ex hoc patet quod non fuit in libera poteſtate patris benedicere quemcunq; filiorũ vellet,nec quomodocũque vellet. Sed quare non potuit ſic vtroſque benedicere, ſicut Iacob benedixit duodecim filios ſuos , & Ioſeph etiã filios ſuos: Ad quid etiam hęc benedictio proderat,aut ad quid ita ſolicitè à filiis

*Aug. in lib. quæſt. in Ge. ca.80.to.4.*

*Lib.16. cap.37. paulò à fine tom.5.*

*Quæſtio.*



filiis à matre pro Iacob exquirebatur,ex quo nullus poterat eam habere niſi benedictus à Deo? Benedictus autẽ à Deo non indigeret illa. Ad quid etiam Abrahã non legitur benedixiſſe Iſaac, ſi hęc benedictio abſque ipſo vel ab eius patribus originem ſumpſit? Ad primum dicendum quod per huiuſmodi benedictiones declarabatur,& quodãmodo ſacramẽtaliter ordinabatur in quo & in cuius ſemine deberent propriè diuinę promiſſiões ad Abrahã factę adimpleri:ſicut autẽ Abrahã per diuinam reuelationem ſciuit quod in ſolo Iſaac vno filiorũ ſuorum hoc erat implendũ, ſed à principio non fuit ſibi reuelatum in quo, & ideo ex quo ſciuit quod in Iacob,vidit quod Eſau erat ſegregandus à ſemine illo. Iacob verò ſciuit q̃d ex omnibus filiis ſuis debuit vnus Dei populus in vnũ ſtatũ cõgregari,ita q̃d fuerũt partiales rami vniꝰ arboris populi Dei:& ideo ſuas partiales benedictiones ab ipſo receperũt. Ad ſecũdũ dicẽdũ,quod ſicut ſacerdotalis vel Epiſcopalis cõſecratio pręexigit cõdignitatẽ in ordinãdo,& nihilominꝰ cõfert ius ſacramẽtale,& cõſummationẽ ſtatus & meriti plenioris:ſic nõ incõueniẽter põt in propoſito dici,& ſicut etiã cõtemptus ſacramẽtorũ priuat ordinẽ gratiæ,eorũq; reuerẽs deuotio diſponit ad illã,& cõfirmat illã:ſic in viris pręfatis cõtẽptus paternæ benedictionis alienaſſet eos à gratia Dei,& à promiſſionibus eius,reuerẽs , verò deuotio reddebat eos cõdigniores gratia illa. Ad tertiũ dicẽdũ,ꝙ nõ oportet ſola illa eſſe facta quæ ſunt in canone ſcripta,dico tamẽ q̃d Abrahã ſub tali ritu nõ benedixit Iſaac. Huiuſmodi fortè potuit eſſe ratio,q̃a ante eius conceptũ,& poſt eius ablactationẽ fuit expreſſe à Deo determinatũ, rẽ ſiue effectũ illarũ benedictionũ in ipſo eſſe implẽdũ. Nõ autẽ oportet prędictas benedictiones efficaciã habuiſſe niſi ſolũ in ꝓpheticis viris,ſicut fuit Noë maledicẽte Cã,& benedicente Sẽ & Iaphet,& ſicut in Moyſe benedicẽte duodecim tribus Iſraël,prout habetur Deuteronomij vltimo.*Cúmque eiulatu magno fleret*. Nota ſecundũ Apoſtolũ ad Hebræos 12.quod Eſau in tantum reprobatus eſt,quod non inuenit pœnitentiæ locũ , quanquam cũ lachrymis requiſiſſet eã,& non ſolum fuit hoc ratione culpæ prius cõmiſſę,ſed etiã ratione pręſentis,quia nõ cũ humilitate debita, nec cũ virtuali cõtritione petiit illã,ſed potius ex illa multa in fratrẽ cõdignatione & inuidia,&ex pręſũptuoſa ambitione primatꝰ ſpiritualis & tẽporalis , à quo ꝓpter ſuperbiã ſe moleſtè ferebat reiectũ,flebat,& benedictionẽ petebat. *In pinguedine terræ, &c.* Secundũ literam tangit illa quæ tam in Eſau,quàm in ſemine eius Iudæorum literaliter ſunt impleta , nam terram competẽt er

*Reſponſio ad primum.*

*Cur Abraham non benedixit filiũ ſuum Iſaac.*

*Ad ſecũdũ.*

*Ad tertiũ.*

*Heb. 12.*

*Cur Eſau pœnitentiã non inuenit, etſi eam cum lachrimis quæſiuit,*

Universidad de Deusto Biblioteca

ſertilem habuerũt, & vt bellicoſi in gladio vixerãt, & à Dauid vſq; ad Iorã filiũ Ioſaphat ſeruierunt Regibus Iudę. Ex tunc verò excuſſerũt iugũ ſeruitutis præfatę, prout habetur quarti Reg. 8. vbi dicitur, In diebus eius reſſit Edõ ne eſſet ſub Iuda, & cõſtituit Regem. *Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob.* Patrę enim viuente hoc non audebat, tũ quia timebat exhæredari & maledici ab eo: tum quia non erat in omnibus ita reprobus, quin ipſe adhuc vereretur offendere patrem ſuum. *Nunciata ſunt Rebecca.* Si Eſau ſolùm in corde ſuo dixerat verba illa, prout ſuprà dixit, videtur tunc quod per reuelationem diuinam ſunt nunciata Rebeccæ: ſin autem ſubintelligendum eſt quod impia Eſau cogitatio, ſiue per verba, ſiue per alia ſigna forinſeca vſq; ad Rebecã peruenerit: *Fuge ad Labam fratrẽ meum.* Nota quod aliquando ſanctis vt in propoſito fuit conſuetum fugere, tam ad vitandũ reatũ quã ad vitandũ perſonale periculũ proprij corporis: ſed fugere cũ detrimento fraternæ ſalutis, aut propriæ virtutis, aut iuſtitiæ, aut veritatis, tunc talis fuga non eſt perfectorum. *Cur vtroque orbabor filio?* quaſi dicat, Si hîc remanſeris, occidet te frater tuus, tunc ipſe fugiet, & ſic orbabor: vel ſi occiderit te, non reputabo eum filium meum, & ſic orbabor vtroque: vel fortè timebat, nec ex hoc contingeret quòd mutuò ſe occiderent.

*Duplex eſt fuga.*

## CAPVT VIGESIMVM. OCTAVVM.

*Nota ſanctorum conſuetudinem circa filiorum coniugia.*

VOcauit itáque Iſaac Iacob, &c. Nota quomodo ſancti iſti longè maiorẽ curã habebãt vt filiis ſuis prouiderent vxores aptas diuino cultui, ſanctiſſimiſque moribus: quã quod per eas cõtraherent affinitatem, aut temporales amicos cum Gentibus terræ, in qua habitabãt, imò hoc propter primum totaliter recuſabant. *Profectus peruenit in Meſopotamiã.* Hoc nunc breuiter dicit, ſed poſtmodũ qualiter illuc iuerit ꝓlixi⁹ enarrabit.

*Videns autem Eſau, &c. Iuit ad Iſmahelem.* Sed nunquid non Iſmahel iam obierat? cùm ſuprà dictum ſit quod facti ſunt anni vitæ eius centum triginta ſeptẽ, fuitq́ue natus Iſaac centeſimo trigeſimoſeptimo anno? Probabiliter poteſt dici, quod ad Iſmahelẽ dicitur iuiſſe, quia iuit ad populum ex eo genitũ: nam more ſcripturę tunc vulgari, progenies tota vocabatur ex nomine primi patris. Nota pro myſteriis, quod ſicut per coruũ & columbam duo ordines eccleſię deſignantur, actiuorũ ſcilicet & contemplatiuorũ, ſeu clericorũ vacantium forinſeco regimini, & religioſorũ magis vacan

*Per coruum & columbã duo ordines eccleſia deſignantur.*



vacantium interno guſtui diuinorũ, & ſoli ſpirituali animarum ædificationi: ſic per Eſau intelligitur populus Iudęorum pelle literę ex pilis cęremonialium & legis ſeueritate hiſpidus: Per Iacob verò lenem, Chriſtus, & populus Chriſtianus, qui cõſilio diuinę gratiæ & ſapientię celerrimè duos optimos hœdos patri obtulit, ſcilicet puram intelligẽtiã vtriuſq; teſtamenti, aut Iudæos & Gẽtiles Chriſti gratia impinguatos, aut Gręcos & Latinos quaſi repẽtè conuertens. Quod per longa tẽpora nõ potuerũt Dei Prophetę explere, quãuis inſtar veneratorũ mare & aridã circuirent vt facerent vnũ proſelitũ. Chriſto enim Apoſtoli pellibus hœdorũ manus & collum texerunt vt patri cęco viderentur eſſe Eſau, quia verbũ doctrinę & opera ſua ſub quadam obſeruantia cęremonialium pro tẽpore velauerunt, ne doctrinę & vitę Euangelicę aperta nuditas nimiũ offenderet cęcos legis zelatores. Velant etiam ſe pelle hirtitia, id eſt, humili confeſſione peccatorũ, dicẽdo ſe eſſe peccatores. Chriſtus etiam circuncíſionẽ & cętera legalia obſeruauit, ne Patribus & legi à Deo datę contrarius videretur, & ſimilitudine carnis peccati, quaſi pelle hirſitia operuit, vt falleret Principẽ mũdi & Iudęorũ Pontifices & doctores: qui credẽtes ſe per Prophetas benedicere Eſau, Iacob, id eſt, Chriſtum neſcij benedixerunt, quia ipſę prophetię docẽt nos veraciter gloriã Chriſti & legaliũ ſubiugationẽ. Nota etiã qđ in pręfato opere ſatis luculenter figuratur qđ omnes ſenſus deficiũt in perſcrutatione ſacramẽtorũ Chriſti, & pręcipuè in ſacramẽto corporis ſui pręter auditũ quo verba ſacramẽtalia percipiũtur, vt potè illa, Hoc eſt corpus meũ, & cõſimilia. Vnde benè dicitur, Vox Iacob eſt, id eſt, propriè ſignificãs Chriſtũ, & eius gratiã ibi, eſſe, ſed manus, id eſt, operationes, forinſecæ ſunt manus Eſau, id eſt, pelles ſenſibiliũ circũtectę. *Igitur egreſſus Iacob de Berſabee.* Hîc incipit ſeparatim agere de Iacob & filiis eius, licèt ꝑ accidens aliqua tãgãtur de Eſau & ꝓple eius. In hac autẽ parte narrãtur ſeptẽ apparitiones Dei ad Iacob. Prima ſcilicet fugiẽti ad Labã: Secunda remunerãdo eũ ex rebus Labã infra 31. ibi: *Dixit Angelus Domini ad me in ſomnis.* Tertia verò de redeunti de Labán, ca. 32. ibi: *Iuerũt que ei obuiam Angeli Dei.* Quarta metuenti fratrem ſuum, eodem ca. 32. ibi: *Et ecce vir luctabatur cum eo vſque manè.* Quinta poſt interfectionem Sichimorum 35. ca. ibi: *Interea locutus eſt Iacob.* Sexta poſtquam rediit in Bethel, infra eodem, *Apparuit autem iterũ De⁹.* Septima poſtquã renunciatum eſt quod Ioſeph viueret per fratres ſuos, quę facta eſt ei vt iret ad Ioſeph, infra 46. dum dicitur, *Profectúſque Iſrael.* Ordo autem hiſtorię ſic procedit. Primò

*Nota pro myſteriis.*

*Nota.*

*Huius totius Hiſtoria ordo.*

Universidad de Deusto Biblioteca

enim narratur quomodo duas filias eius duxit. Secũdò, quã pro-
lem ex eis habuit, infra 29. ibi: *Et poſtquam expleti ſunt.* Tertiò,
quam mercedem ex ſeruitio Laban habuit, infra 30. ibi: *Nato au-
tem Ioſep h.* Quartò, quomodo à Laban receſſit, 31. cap. ibi: *Poſt-
quam autem.* Quintò, quomodo iram Eſau placauit, 32. cap. ibi:
*Fuerúntq; ei.* Sextò, quomodo in Sichem peruenit, & quomodo Si
chem à filiis ſuis deſtructa fuit, infra 33. ibi: *Reuerſus eſt itaque.*
Septimò, quomodo ex illo loco recedẽs in Bethel peruenit, & tã-
dem in Bethleem, & quomodo prope Bethleẽ Rachel pro partu
Beniamin obiit, infra 35. Octauò refertur generatio Eſau, & do-
minatus regni eorum, infra 36. Nonò de venditione Ioſeph, in-
fra 37. Decimò, de generatione filiorum Iudæ, infra cap. 38. Vn-
decimò, de Ioſeph tribulatione & magnificatione. Duodecimò,
de deſcenſu Iſraël in Ægyptum, infra 42. cap. ibi: *Audiens autem
Iacob.* Tertiodecimò, de morte Iacob, & benedictione filiorum
eius, infra 48. *Cúmque appropinquare cerneret.*

*Cur Iacob voluit potius ſub dio quã in ciuitate manere.*

Dicit igitur, *Cúmque veniſſet ad locum quendam*, ſcilicet ad vrbem
Luzam, quæ pòſt dicta eſt Bethel ſecũdum aliquos, extra vrbem
ſub dio manſit, quia ciues illius terræ ſibi ſuſpectos habebat, vel
vt liberius orationi vacaret. Vnde ipſe infra 35. dicit, ſe hîc fuiſſe
exauditum à Deo cùm tribularetur ex fuga fratris ſui. Vel hoc
fecit, quia fortè ſolitus erat auſterè iacere tanquam ſanctus pa-
ſtor. Quod autem extrà iacuit, ſatis innuitur per hoc quod ſub-
ditur, Lapides ibi iacentes ſuppoſuiſſe capiti ſuo, quaſi pro ceruí-
cali.

*Quæſtio.*

Si verò quæris, quomodo filius tãti patris familiâs, qui, vt ſu-
prà legitur plurimos ſeruos, multaſque diuitias habebat, ibat ita
ſolus & ita pauper, vt non haberet nec ſtratum ceruical in quo
de nocte dormiret. Poteſt dici primò quod fortè voluit ſuũ iter
eſſe fratri ſuo occultum. Vel poteſt dici quod licet plures ſeruos
ac diuitias haberet, nihilominus ſoliti erãt illi Patres ſimpliciter

*Patres antiqui in magna ſimplicitate ſolebãt viuere.*

& humiliter viuere. Vnde & Eſau agricola erat, & feſſus de agro
venerat quando Iacob valde ſimplicem cibum ſibi ipſi coxerat.
Nec Eſau, vt videtur, aliquod aliud pulmentum in domo ſua tũc
paratum inuenit. Suprà etiam dicitur Rebecca cum hydria ſuper
ſcapulam iuiſſe, & tamẽ dicitur habuiſſe puellas in ancillas, cum
quibus de domo patris ad Iſaac venit. Vnde videtur quod nole-
bat liberos ſuos in otio carnali nutriri. Quamuis etiam Iacob
nõ omninò ſine ſociis fuiſſe credatur. Nam paulò pòſt ſubditur,
quod ipſe amouit lapidem ab ore putei, & adaquauit gregem
Rachelis, & ibidem dicitur quoque quòd ille lapis erat valde
grandis *Viditque in ſomnis.* Nota quod diuerſos gradus Angelico-
rum



rum ordinum ſub ſpecie ſcalæ vidit, & eorum duplicem actum
Hierarchium: qui ſunt eleuati in Deum, ad diuina accipienda
& participanda: ac deinde deſcendere ad inferiores, ad dona ſuſ-
cepta illis cõmunicanda Sub ſpecie verò domini innixi, ſcalæ, de
ſignabatur præſentia diuinæ maieſtatis omnes odines inhabitan
tis. Signantur etiam per ſcalam gradus ordinis militãtis eccleſiæ
in cacumine attingentes vſque ad cœlũ, id eſt, vſque ad infimum
angelicæ Hierarchiæ. Per angelos verò aſcendentes oſtenditur
noſtram Hierarchiam per angelicam gubernati. Dominus verò
ſcalæ innixus, præſentiam ſuæ maieſtatis, & myſterium Dei cru-
cifixi apertè deſignat. Per angelos etiam deſignantur ſancti, tam
noui quàm veteris teſtamenti, quorum eſt aſcẽdere ad Deum &
deſcendere ad proximum: iuxta duo præcepta geminæ charita-
tis. Dilatatio verò de qua ſubditur ad literam intelligitur de qua
tuor plagis terræ promiſſionis reſpectu noui teſtamenti, de qua-
tuor plagis orbis.

*Verè Dominus eſt in loco iſto*, ſcilicet, per ſpiritalem effectum ſuæ
gratiæ & reuelationis ibi tunc factæ. *Et ego neſciebam*, ſcilicet ſpiri
tum ſub tali effectu ibi adeſſe, *pauénſq;*, ſcilicet timore, & admira-
tione & reuerẽtia eorũ quæ viderat. *Quàm terribilis eſt locus iſte*,
id eſt, quam metuendus & reuerendus. Hoc dicit tum quia Deus
ita magnificè in illo loco ſe exhibuerat eò quod ex hoc tempore
locus quaſi à Dei præſentia conſecratus ſibi occurrebat: tũ quia
in ſpiritu ſenſit locum illum ad cultum Dei in poſterũ ordinari:
tum quia vidit quod typũ geſſit eccleſiæ totius, tã veteris quàm
noui teſtamenti: quæ eſt propriè domus Dei, & porta per quã in-
tratur ad gloriã Dei. *Tulit lapidem & erexit in titulum.* i. in inſigne
memorale præfatæ viſionis, & præfati ſacramenti. *Fundens oleum
deſuper*, tanquã in ſacramentale ſignũ cõſecrationis illius lapidis.
Nã per oleũ ſignificauit affluentiã & præſentiã diuinæ vnctionis
& gratiæ, per quã, in eccleſia ſtabilitur & erigitur Dei cultus. *Ap-
pellauitque nomon vrbis Bethel*, id eſt, domus Dei, *Quæ prius voca-
batur Luza.* Dicunt quidã quod hæc vrbs ſit Ieruſalẽ, aliis tamen
videtur magis, quod ſit illa vrbs de qua ſupra 12. & 13. dictum
eſt, quod Abraham manſit, &c. Alij inquiunt quod eſt illa de qua
ſupra vigeſimoprimo dicitur, qđ Agar errauit in ſolitudine Ber-
ſabeæ: quamuis locus ille non vocaretur tũc Berſabeæ, ſed poſt-
modum ſit ei hoc nomen impoſitum, ſicut ibidem paulò poſt le-
gitur. *Vouit etiam votum, dicens, Si fuerit*, Circa hoc votum viden-
tur eſſe tria dubia. Primum quomodo ſub præpoſitione condi-
tionis bonorum temporalium ſibi dandorum vouet aliquid Deo

*Dubia circa hoc votum Iacob mouẽtur tria.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Secundum eſt, quomodo vouet illud ad quod tenebatur, ſcilicet, quod Deus eſſet ſibi in Deum. Tertium eſt quomodo non impleuerit quod lapis ab ipſo erectus in titulum, vocaretur domus Dei? Præterea quid magni eſt nouiſſimè quod offerret decimas Deo, cũ ipſe ſacerdos fuerit domus ſuæ, eſt ita vt videtur, ipſemet recipere decimas illas? Ad primum dicendum & primò, quod licet temporalia propter ſe diligenda non ſint, licet tamẽ pro eis à Deo obtinẽdis debitũ obſequium vouere Deo: tum quia in hoc profitetur homo illa eſſe à Deo, tum quia per hoc finaliter adiuuantur ad Deum, tum quia per hoc exhibet homo Deo debitam gratiarum actionem non ſolum de bonis ſpiritualibus, ſed etiam de temporalibus ab ipſo receptis. Secundò dicendũ quod in hac præſuppoſita conditione, potius intendit Iacob beneficiũ diuini regiminis, & diuinæ gratiæ & cuſtodię circa ſe: quam ipſa temporalia bona ſecundum ſe ſumpta. Ad ſecundum dicendũ quod bene poteſt quis illud ad quod prius tenebatur vouere. Vnde & in baptiſmo dicimus nos profiteri fidem & cultum Dei, & obſeruãtiam Chriſtianæ legis. Nec eſt ſuperfluum hoc, quia tunc ex hoc fit maior obligatio hominis ad Deum, & alter modus obligãdi. Primus enim modus ſolum erat debitus, & ab altero impoſitus & merè neceſſarius: Secundus verò (dum, ſcilicet, accedit votum) eſt gratuitus & à propria volũtate aſſumptus & oblatus: Et ideo includit maiorem & firmiorem applicationem voluntatis, & maiorem reatum, ſi non impleatur. Poteſt etiam dici quod per hoc intendit Iacob aliquem ſpecialem & ſupererogatiuum cultum Dei, ad quem prius non omnino tenebatur. Ad tertium dicendum quod ſecundum literam in hoc videtur vouiſſe, quod inter cætera loca in quibus coleret Deum, & quę dedicaret cultui Dei eſſet ille lapis & locus eius: & hoc inuenitur ab ipſo impletum infra trigeſimoquinto. Vel nomine illius lapidis intellexit generaliter terram promiſſionis, in qua Dei cultus per ipſum & eius ſemen erat ſingulariter celebrandus. Myſticè tamen per lapidem illum intellexit Chriſtum, ſuper quem eſt domus Dei fundata. Neque fuit modicum in tãtum revereri Deum & apparitionem ipſius, quod ex hoc locum illum in quo ſibi apparuerat promiſerit ei ſe in ſumma reuerentia habiturum: & ſe ibi colere Deum, ac propheticè & præfiguratiuè ſe ibi profiteri Chriſtum venturum. Per infuſionem verò olei deſignatur inunctio gratiæ & lætitiæ ſpiritalis quæ fuit in Chriſto & in ſanctis patribus: quã Iacob ſenſit in viſione præfata, & quam ſciebat effundi à Deo cum ſolido altari ſeu fundamento diuini cultus. Ad illud verò de deci

*Pro temporalib. obtinendis licet Domino votũ vouere.*

*Opus alias præceptum poteſt cadere ſub voto.*

*Ad tertium dubium reſponſio.*

*Myſticus ſenſus.*



de decimis dicendum, quod vt æſtimo ipſe ſupponit quod ſic decimas in vſus diuini cultus expẽderet, quod in ſuos carnales vſus non reduceretur, & hoc potuit fieri quamuis ipſemet eſſet ſacerdos. Nota quod hîc ſecundò fit mentio de decimis. Primò enim per Abraham leguntur datæ, hîc verò per Iacob voto firmatæ. Si autem quæratur. Vnde venit quod per partem decimam ſignificaretur pars ſoli Deo reddenda & aſcribenda? Reſpondetur quod ex hoc, quia in humanis computationibus numerus denarius erat communiter aſſumptus pro primo perfectoque limite numerorum. Sed ſi tunc vlterius quæras. Vnde hoc proueniat? Quamuis talium multas cauſas reddere non oporteat, cùm fuerint à voluntate humana, nihilominus duplex hîc ratio redditur Vna, ſcilicet, ſenſualis, qua digitis noſtrarum manuum reſumimus illa decem: ideo communiter denarium pro menſura numerorum ſequentium aſſumpſerunt, præfigentes in illo numerum certum. Secunda ratio eſt magis intellectualis ex proprietatibus, ſcilicet, numeri denarij ſumpta, quia, ſcilicet, ſuper ſeptenarium, in quo Deus compleuerat opere vniuerſi, addit ternarium, & ita quaſi comprehendit vniuerſitatem rerum & Deum trinum: & hoc modo currit decalogus præceptorum, quia tria prima ſunt ad Deum, ſeptem verò alia ſunt ad proximum pertinentia: Vel quia ſuper quadraturam ſeu perfectionem ternarij addit vnitatem finalem, ſcilicet, ſuper ter tria: quod videtur Deus obſeruaſſe quando nouem ordinibus angelicis qui conſtituunt ter trinas Hierarchias, addidit ordinem hominũ quaſi decimum: in quo quidem eſt finalis vnitas commendata, non ſolùm quia factus eſt vltimo, ſed etiam quia totum genus humanum conditum eſt in homine vno, & tandem reparatum in vno Chriſto, vbi naturę creatę & increatę facta eſt vnio & perſonalis vnitas in naturis. Nota quod viſio ſcalæ præfata allegoricè refertur ad multa. Nam prout Iacob deſignat Chriſtũ fugientẽ malignum impetum Iudæorum, ſic ſcala hæc completur in ipſo, iuxta illud quod ipſe Ioannes dicit, videbitis cœlum apertum, & angelos Dei aſcendentes ſuper filium hominis. Et regulariter in initiis ſolennium ſtatuum & temporum aliquid ſimile reperies in principalibus capitibus illarum ſtatuum præmonſtratum. Moraliter verò per ſcalam iſtam ſignificatur perfectio vitæ fugientium mundum, & per duo latera ſcalæ, in quibus gradus ſcalę infiguntur: intelligitur ſpes duplicis prouidentiæ Dei, æternorum, ſcilicet, à dextris, & temporalium à ſiniſtris: Vel duo teſtamenta, quibus innititur fides noſtra. Vel duplex notitia,

*Cur decimo numero pars Deo reddenda ſignificatur.*

*Allegoricè.*

*Moraliter.*

Universidad de Deusto Biblioteca

diuinorum, ſcilicet, & mundanorum. Gradus verò ſcalæ deſignant virtutem gradus & gradatos profectus. Aſcenſus verò angelici ſunt illuminationes & meditationes aſcendentes in cœlum: Deſcenſus verò ſunt conſiderationes peccatorum & miſeriarum, omniumque defectuum noſtrorum, & condeſcenſiuè: compaſſiones ad proximum. Tali autem ſcalæ ſiue vitæ Deus eſt innixus ſiue infixus promittens vtique gratiarum & præmiorum dilatationem vniuerſalem.

## CAPVT VIGESIMVM NONVM.

*Profectus verò Iacob venit in terram Orientalem*, Id eſt, in Meſopotamiam quæ reſpectu terræ promiſſionis, eſt verſus Orientem.

*Moríſque erat vt cunctis ouibus congregatis, euoluerent lapidem.* Fortè mos iſte inoleuerat ibi, aut propter laborem frequentem reuoluendi lapidem, aut quia non poterat amoueri niſi à multis paſtoribus inſimul congregatis, vel fortè quia non erat ibi tanta copia aquæ, quin oporteret eam ſub certa menſura ab ouium paſtoribus diſtribui. Vnde & ideo ille puteus ſtabat ſic clauſus, ne quilibet pro libito inde poſſet aquam haurire.

*Dixítque Iacob ei, Date antè potum ouibus.* Hoc dixit vt ſe illis exhiberet humanum, aut potius vt ex hoc haberet occaſionem adaquandi gregem Rachelis venientis.

*Et adaquato grege obſculatus eſt eam.* Supponendum eſt quod primò indicauerit ſe eſſe conſobrinum eius antequã oſcularetur eam, *Eleuatáque voce fleuit*, ſcilicet, vel præ gaudio, vel præ amoris teneritudine: vel ſuæ propriæ peregrinationi compatiens. Nota pro myſteriis, quod fugiens mundum & inſidias dæmonis, relinquit occidens culpæ, & venit ad orientem ſolis æterni, ibique in agro exercitij virtualis, inuenit puteum gratiæ & ſapientiæ Dei: treſque greges ouium, id eſt, tres ſtatus fidelium, & perfectorum, ſimplicium, ſcilicet, incipientium, proficientium, & perfectorum, vel ſtatus electorum legis naturæ, ſcriptæ, & gratiæ. Poſt quos, ſiue in quorum fine venit Rachel, id eſt, vitæ contemplatiuæ culmen cum grege contemplatiuorum. Nec poteſt fieri putei apertio, & ouium plena adaquatio ſeu potatio: niſi vel in aduentu iſtius, vel in die reſur-

*Nota pro myſteriis.*

rectio



rectionis, cùm erunt omnes oues electorum inſimul congregatæ. Stat enim puteus grandi lapide clauſus, id eſt, partim lapidea duritia literaliter, partim ex lapidea duritia cordis noſtri partim ex duritia ſeuera iuſtitiæ Dei nulli indigno contra iuſtitiam aliquid dantis, nec ſuas gratias volentis effundere, niſi ſub proportionali menſura. Chriſtus tamen ſupra communem ſpem antequam veniamus ad ouile æternæ patriæ, dum adhuc multũ diei ſupereſt, id eſt, multum illuminationis ſolaris adhuc ab ipſo in tertio ſtatu mundi fiendæ, propter amorem Rachelis, lapidem amouebit, & fiet mira adaquatio gregis eius, tuncque ſibi dabit oſculum, illud quod ſponſa petit in Canticis, dicens, Oſculetur me oſculo oris ſui.

*Et poſtquam impleti ſunt dies menſis vnius*, Hîc narratur quomodo Iacob duxit duas filias Laban, & tandem duas ancillas earum, & quomodo pro filiab' Laban ſeruierat quatuordecim annis, & qualiter Lya ſex filios habuit & vnã filiam. Ex qualibet verò ancillarum duos filios, ex Rachel verò vnum, ſcilicet, Ioſeph: Beniamin enim non fuit tunc natus ex ea. Contra verò errorẽ quorundam æſtimantium Iacob tanquam carnalẽ iſta egiſſe, Nota primo, quod ipſe fuit ſeptuaginta ſeptem annorum quãdo venit ad Laban, quia ſicut infra quadrageſimoſecundo dicitur, erat centũ triginta annorũ quãdo intrauit Aegyptum. Quo tẽpore fuit Ioſeph triginta nouẽ annorum, nam triginta annorum erat, quando educt' de carcere, ſtetit coram Pharaone, prout dicitur infra cap. 41. Et poſt hoc tranſierant ſeptẽ anni vbertatis, & duo anni famis, prout habet' ca. quadrageſimoquinto. Et cõſtat ex hac parto quod Ioſeph nat' fuit ante illos annos q̃bus Iacob debuit ſeruire pro mercede agnorũ ſeu ouium. Vnde infra 30. dicitur. Nato autẽ Ioſeph dixit Iacob ſocero, Dimitte me. Et poſt hoc ait ei Laban, Conſtitue mercedem quam dem tibi. Et capitulo trigeſimoprimo, dixit Iacob ad Labã. Per viginti annos ſeruiui tibi, quatuor decim pro filiabus, & ſex pro gregibus tuis. Conſtat autem quod in primis ſeptẽ annis non fuit carnaliter copulatus Racheli vel Lyæ. Si igitur à centũ triginta annis Iacob, ſubtraxeris triginta nouem annos Ioſeph, & ſeptem medios annos, in quibus ſeruiuit pro vxoribus ſuis: Iam igitur copulatis reſtabunt anni Iacob octoginta quatuor. Si verò detraxeris ſeptem primo vbertatis, reſtant ſepuaginta ſeptem. Vidéſne ergo quàm caſtus fuerit, qui tot annos abſque vxore in virginitate permanſit? Secundò ad hoc ipſum nota, quod Auguſtinus contra Fauſtum optimè probat ex hoc loco, quod Iacob caſtiſſimè

*Iacob continentia multa probatur.*

*Lib. 22. & c. 49. & 50 tom. 6.*

Universidad de Deusto Biblioteca

vſus eſt vxoribus ſuis. Cùm enim Rachel quæ erat pulchrior &
prodilecta de iure, deberet illum in quadam nocte habere (ſub
quadam enim lege iuſtitiæ videtur diſtribuiſſe vxoribus tempo-
ra ſua) tunc Lya dicente, quod ipſum conduxerat vt eſſet illa
nocte cum ea, Iacob non reclamauit vt diceret, Imò intrabo ad
Rachel, ad quam hæc nox de iure ſpectat, quod quidem dixiſſet,

*Aug. li. 3. cap. 18. to. 3.*

ſi ad eius concubitum carnaliter duceretur. Rurſus libro tertio
de doctrina Chriſtiana probat hoc generaliter de ſãctis patrib⁹.
Primò ex Tobiæ iunioris oratione, in qua ait, Domine tu ſcis,
quia non luxuriæ cauſſa accipio vxorem meam, ſed ſola poſteri-
tatis dilectione, & ex eo quod angelus dixerat ei, quod per tres

*Eodem lib ca. 21. to. 3.*

dies continens oraret cum ea, & in ſequenti nocte in copulatio-
ne ſanctorum patriarcharum admitteretur. Secundò hoc probat
ex rege Dauid, de quo minus id verum poſſet apparere, tum
quia ſi ad vxores ſuas carnaliter afficeretur, inexpiabili odio con
tra Abſolon inceſtatorem earum motus fuiſſet, & tamen econ-
tra ipſius interitum vehementiſſimè planxit, nec tunc proprias

*Dauid caſt⁹ fuiſſe probatur.*

vxores cognouit, tum etiam, quia cùm in Berſabeæ illicitæ
irruiſſet, increpatus de hoc per Nathan prophetam, audiuit
ab ipſo parabolam, de vicino multas oues habente, qui in ad-
uentum hoſpitis ſui vnicam pauperis ouiculam exhibuit opulen
tam. Ex hoc enim patet quod immoderatæ libidinis appetitus,
non fuit in ipſo permanſiuè, ſed quaſi in tranſitu: Vnde & ille
appetitus nonciuis vel domeſticus eius, ſed hoſpes vocatus eſt à

*Eodem. li. 3. c. 13. in principio tom. 3.*

Propheta. Sed ſicut ibidem Auguſtinus ait, quoſdam contra
prædicta mouet, quia laqueis libidinis obſtricti, etiam in vna
coniuge non poſſunt experiri aut imaginari, temperantiam
illam quàm ſancti Patriarchæ & Prophetæ, etiam in pluribus
vxoribus habuiſſe prædicantur. Sed contra tales arguit, quod
eadem ratione poſſent dicere, quod incredibile eſt etiam Apo-
ſtolos noſtros, quando multorum credentium celebrantur lau-
de & præconiis, & perſequentium maledictis infamantur, nec
laudis eſca fuiſſe illectos, nec contumeliarũ aculeis fuiſſe pene-
tratos: quia quando ipſi honorantur & laudantur, intu-
meſcunt ſuperbia, tanto auidioris inaniſſimæ gloriæ. quantò
eos magis & frequentius lingua blandidior ventilauerit. Et
ècontra impetu iræ & impatientiæ horribiliter commouentur,
quando ſe ſentiunt perſequi & meledici. Sicut igitur primum
fuit in Apoſtolis, quamuis ipſi propter ſuam corruptionem non
poſſint hoc in ſeipſis experiri, ſic & in propoſito. Sed fortè

contra



contra hoc obiicitur, quia etiam ſanctæ virgines aut cõtinentes
noui teſtamẽti ſentiũt ſe omnino poſſe perfectã caſtitatẽ ſerua
re & experiri, niſi pro poſſe fugiẽdo omnẽ imaginationẽ & aſpe
ctũ & colloquium carnalis concubitus vel operis coniugalis. Ad
quod dicendũ, quod aliter accipit ratio opus non congruẽs, imò
ſibi inhibitum, & aliter opus ſibi pro tempore præceptum. In

*Dupliciter ratio opus aliquod conſideras.*

primo enim occurrit prauitas & diſcõuenientia rectę rationi cõ
traria, in ſecundo verò occurrit ordo rationis & ordo diuini præ
cepti: & ideo recta ratio nõ ita poteſt experiri in primo rectũ or-
dinem virtutis, ſicut facit in ſecũdo, quamuis illa opera ex ſe ſint
eiuſdem generis, & ſic reſpectu operis cõiugalis eſt inter ſanctos
Prophetas veteris teſtamenti, & inter ſanctos religioſos noui.
Nam opus coniugale eſt iſtis ex proprio voto inhibitum, nec ſic
à lege Chriſti præceptũ, ſicut erat in veteri lege, nec ita congruit
perfectioni euangelicæ, ſicut congruebat perfectioni veteris le-
gis. Rurſus Dei gratia non ita mouet aut ordinat hominem ad
opera ſibi illicita & inhibita: ſicut facit ad opera ſibi congrua &
iniuncta, & communi vtilitati expedientia. Ad illa enim mouet
per modum fugæ & abominationis, ad hæc verò deductiuè &
moderatiuè, & pro quanto bona ſunt approbata, aut relata in

*Dei gratia non ſic ad malum mouet, vt ad bonum.*

ſuum finem: & ideo non ordinat continẽtes noui teſtamenti ad
opus coniugale, aut ad imaginationem ipſius: ſicut ordinabat
ſanctos Prophetas. Vlterius honorificum ac decens diuinæ gra-
tiæ ac potentiæ fuit, quòd in omni ſtatu populi Dei à ſe ſolem-
niter inſtituto, aliquos ad perfectam obſeruantiam illius ſtatus
perduceret, ita quod eſſent in vertice montis illius ſtatus. Ergo
ſicut in abſtractione virginali omnem concubitum reſpectu ſui

*In omni ſtatu ſancto, deus aliquos ad perfectũ deduxit.*

intime abhorrentes quoſdam perfecit in nouo: ſic in coniugali
propagatione populi Dei moderatiſſimè exercenda quoſdã de-
buit perficere in veteri lege. Sed fortè adhuc obiicietur, quia Ia

*Obiicitur cõtradicta.*

cob ſic dicitur amaſſe Rachelem tanquam pulchriorẽ, quòd ſe-
ptem annis pro illa habenda ſeruiuit, & videbantur ſibi eſſe pau 1.
ci dies præ amoris magnitudine, & eiuſdem Rachelis amorem
amori Lyæ prætulit. Item non videtur quod ex Dei diffinitione 2.
Lyam accepit, imò ſibi ignoranti fuit ſuppoſita, & ita aut ipſam 3.
debuit relinquere tanquam ſibi contra ius coniugij copulatam:
aut ex tunc nõ debuit ducere Rachelem. Item non videtur fuiſ-
ſe neceſſitatis, quod earum ancillas duceret, cùm ex Lya ſatis
prolium haberet. Ad primi ſolutionem prænotandum eſt pri
mò, quòd aliud eſt propter ſe, & principaliter fieri in alicuius
pulchritudinem corporalem tanquam vt in mouentẽ ex hoc ad

*Quòd vir feratur in pulchritudinem alicuius dupliciter contingit.*

Universidad de Deusto Biblioteca



impudica & ad eneruandam vtilitatem cordi:aliud verò eſt ferri in illam vt ſubinductiuum, ad amicitiam honeſtam & socialē. Videmus enim quod pater aliquando ſubinducitur ad prædiligendum alterum filiorum, vel ſociorum vel fratrū, propter aliquam condecentiam decoris, vel aliarū proprietatum corporalium. Et Hugo de S. Victore in quodam libello ſuo dicit, quòd ſicut idē ferculū plus placet in ſcutella pulchra & munda quàm in minus munda, ſic æqualis charitas plus placet & vehementius ad ſui amorem allicit in perſona ſuauium geſtuum & verborum, quàm in perſona ruſticanorum vel agreſtium ſeu incōpoſitorum verborum & geſtuum. Secundum eſt quod in quibuſdam actibus exercendis eſt neceſſaria aliqua delectabilitas & cōplacentia, ita quod aliter non eſt poſſibile illa perduci ad effectū & finem ſuum. Vnde Auguſtinus in libro confeſſionum dicit quod ad actum comeſtionis neceſſaria aliqua complacentia cibi, aliàs enim corpus non reficeret, imò nec guſtari aut deglutiri poſſet, niſi ſolum ad horam vt quædam horribilia medicamina, & conſimiliter videmus qnod ad diſcendum eſt neceſſaria aliqua complacentia eorum quæ doctrinaliter audiuntur vel leguntur, vel meditantur, aliàs enim non poſſet homo ibi diu perſiſtere, nec eorum veritas inbibi menti, & de hoc genere eſt actus coniugalis generatiuus prolis. Et ideo in talibus ſic oportet moderari huiuſmodi complacentias eis coordinatas, qđ cum oportet eas admittere, non quaſi propter ſe expetitas: ſed ſolum vt operi vtili contraditas & conneceſſarias, quanquam viciositas ſibi annexa ſit ſemper deteſtanda. Tertium eſt quod viri perfecti in aliquibus circunſtantiis quorundam operum ſuorum plerumque infirmantur etiam reſpectu illorum operū quæ aliàs multum perfectè exercent: ſicut patet in magnis zelatoribus iuſtitiæ & veritatis, qui ex hoc aliquando increpatione aliqua vel impetuoſitate aliquē exceſſum faciūt, aut in ſancto multum liberali & hoſpitali, qui aliquando in dono vel in lætitia & hilaritate ad hoſpites vel pauperes ſuperexcedit. Huiuſmodi exceſſus ſiue defectus partim per infectionem ipſius operis, & aliarum circunſtantiarum eius excuſatur: partim verò per proceſſū temporis, & per continuum incrementum virtutis expurgatur & expiatur: partim verò per alias perfectiones cæterarum virtutum & operum quodammodo recompenſatur. Igitur iuxta tres modos præfatos debet intelligi amor Iacob ad Rachelem, & idē eſt de aliis conſimilibus. Ad ſecundum dicitur quod ex hoc potius

*Pulchrè dictum.*

*Perfecti viri etiam in operib. ſancti excedūt aliquando.*

*Ad ſecundū reſponſio.*



tius in parte poſſet contrarium argui, Si enim Iacob ad amplex⁹ Rachelis multum voluptuoſè ferretur, tunc in prima nocte omnino voluiſſet ſenſus ſuos paſcere illius decore & alloquiis blādis, & tunc non potuiſſet falli, an alteram vice illius ignoranter haberet, cuius tamen contrarium hic legitur contigiſſe.

Quòd autem cognito, quod eſſet Lya, non ipſe à coniugio receſſit, imò potius acceptauit: fuit ex duplici cauſa inſimul concurrente. Prima fuit (ſecundum Auguſtinum) rationabilis pietas, ne ſcilicet illa ex hoc vituperaretur, & ne illam ludibrio habuiſſe videretur. Secunda cauſa principalior & formalior fuit, quia in ſpiritu percepit Deum velle quod vtramque ſororem duceret in vxorem. Nam Rachelem iam prius duxerat quantum ad conſenſum expreſſum ratum & apertum, per nuptiarum conuiuiū, promulgatum & celebratum, & ideo Rachel ſimpliciter erat ſua vxor, Lyam verò poſtmodum propter incidentes ſeu accedentes cauſas accepit. Ad illud verò de ancillis ſatis patet per ea quæ ſupra decimoſexto, de Abraham reſpectu Agar dicta fuerunt. Quid enim mirum ſi hoc per diuinam reuelationem fecit, quando artem de cōcubitu ac conceptu & partu ouium angelo reuelante peregit? prout infra trigeſimoprimo habetur. Rurſus ex ſerie literæ huius habetur, quòd ancillas non duxit niſi iuſſus ab vxoribus ſuis, & hoc propter ſolum amorem prolis. Primam namque ancillam duxit vt ſatis faceret immenſo dolori Rachelis, quæ fere moriebatur, quia non poterat habere prolem. Quid autem mirum ſi à ſancto viro ſuo edoctæ, quod Deus ſibi & patribus ſuis infallibiliter promiſerat, populum innumerabilem ex ipſo propagandum, & tandem Chriſtum in quo Dei cultus fundaretur & in omnes gentes diffunderetur. Quid inquam mirum ſi hoc edoctæ, pia charitate inardeſcebant ad prolem ex ipſo habendam, cuius fidem & ſanctitatem tanta & tam aſſidua experientia comprobabant, quod de ea dubitare non poterant nec debebant? Quid etiam mirum ſi vir ſanctus hæc ſciēs & docens, ſoli charitati earū condeſcendebat? Rurſus notandū quod ſi Iacob libidinoſe dilexiſſet Rachelem, quando pro ea ſeptem annis ſeruiuit, non tantùm diſtuliſſet illi carnaliter commiſceri, ſaltem per dolos & vias occultas. Non enim fuit difficile captare ad hoc horas & modos. Potius igitur eſt mirandum, quòd cum viri & præcipuè diuitum filij & magnorum, ſolebant pro vxoribus magnas dotes expetere & accipere, ipſe non ſolum nullam dotem quæſiuit, imò pro eis per duas

*Lib. 16. de ciuit. Dei, cap. 38. paulò à fine tom. 5.*

*Non peccauit Iacob accipiendo ancillas in vxores.*

Universidad de Deusto Biblioteca



ſeptenas annorum ſeruiuit:quod nullatenus vir prudẽs & valẽs feciſſet,niſi diuinitus reuelationibus duceretur. Vnde & quod dicitur,videbâtur illi pauci dies præ amoris magnitudine, ſi amor iſte fuiſſet libidinoſus,potius deberet contrarium dici, eò quòd talis amor eſt impatiens moræ,nec rationem attẽdit , quamuis poſt factum multus labor pro amaſia iã impenſus videatur,paucus etiam libidinoſo amori.

*Amor libidinoſus eſt impatiẽs moræ.*

*Quare impoſuiſti mihi?* id eſt, quare talem impoſturam vel deceptionem mihi feciſti? *Et hebdomada tranſacta Rachel duxit vxorẽ.* Ex hoc infertur quod quidam malè æſtiment quod poſt ſeptem annos alios Iacob Rachelem accepit vxorem, Non enim ita, eſt, ſed poſt ſeptem dies nuptiarum Lyæ.

*Sorore ſterili permanente*, Id eſt, non fœcundata , vel fortè ad literam ſterilis erat. Nota ſecundum Hieronymum quod Lya filium primum vocat Ruben,qui interpretatur viſionis filius, Dixit enim quod , *vidit Dominus humilitatem meam*, id eſt, deiectionem,quia à viro meo deſpiciebar. Vidit inquam & miſertus eſt mei. Secundus dicitur Symeon,id eſt,auditio.

*Hierony. in heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Quoniam audiuit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam iſtum mihi* Tertius Leui , id eſt additio , ſiue appoſitus aut applicatus, quia dixit , *Nunc copulabitur mihi vir meus , &c.* vel ſecundum Hieronymum poteſt iuxta Hebræum transferri. Nunc perſequetur me vir meus , id eſt , valdè firmo amore me vſque in finem vitæ meæ ſequetur. Quartus dicitur Iudas, id eſt confeſſio, Et ſecundum Hieronymum ſumitur confeſſio hîc pro gratiarum actione , vel laude , ſicut in Euangelio dicitur, Confiteor tibi Domine pater cœli,&c. id eſt, gratias ago tibi , vel glorifico te. Quintus de Bala ancilla Rachelis vocatur Dan,id eſt,iudiciũ,dixit enim,*Indicauit mihi Dominus*,id eſt, indicium mihi fecit exaudiens preces meas iuſtas & pias.Sextus ab eadem vocatur Neptalim,id eſt, conuerſio vel comparatio , dixit enim , *Comparauit me Dominus*,id eſt,coæquauit ſeu aſſimilauit cum ſorore mea , & quaſi me conuertit , ſiue tranſtulit ad fœcunditatem illius. Septimus de Zalpha ancilla Liæ dicitur Gad,id eſt,fœliciter vel in ꝓcinctu, ſeu in euentu,dixit enim ſe eſſe ex eo bene fortunatam, ſeu quod in bona fortuna & expeditè veniebat. Octauus ab eadem ditur Izachar,id eſt,& merces,cuius cauſa fuit quod virum mercede mandragorarum conduxerat,& quia Deus iſtum,tanquam mercedem Lyæ dederat : quia ex charitate prolis dederat ancillam ſuam viro ſuo.In quo verbo Lyæ expreſſe patet,quòd ex diuina charitate mouebantur ad iſta.Imò certè omnia quæ

*Interpretatio omnium filiorum Iacob ſequitur Hierony. in hebr. quæſt. ad hunc locum tom. 3. Hier. eodem loco nunc citato.*

dicunt



dicũt in impoſitione nominum filiorum apertè iudicant quod in omnibus his humiliter & fideliter ferebantur in Deũ, & ſuos partus Deo exaudienti & inſerenti ac iudicanti illos, ac nomina aſſcribunt.Et hoc ipſum facit Moyſes,vt potè quãdo ait , *videns autem Dominus,quod deſpiceret Lyam:aperuit vuluam eius,* & iterum poſt,*Et exaudiuit preces eius , concepítque & peperit filium quintum,* Et iterum de Rachele dixit , *Recordatúſque Dominus Rachel,exaudiuit eam,& aperuit vuluam illius.* Decimus dicitur Zabulon,id eſt, habitaculum fortitudinis,dixit enim.

*A modo habitabit vir meus mecum,quia genui ei ſex filios* , propter quod & præmiſit,*Dotauit me Deus dote bona*,ſcilicet , ſex filiis, qui amabiliores erunt viro:quàm ſi multam pecuniam ei Lya in dotem attuliſſet. Habuit etiam filiam Dinam , quæ interpretatur cauſa vel iudicium.Fuit enim cauſa iurgij in Sychimos,& ita occulto Dei iudicio ſic fuit vocata. Poſt hoc de Rachele natus eſt Ioſeph,qui interpretatur augmentum,ſic dictus , quod ſibi aliũ addi mater optauerat.

## CAPVT TRIGESIMVM.

C*Ernens autem Rachel quod infœcunda eſſet , inuidit ſorori ſuæ* , Non ſic quod doleret Lyam habere prolem,ſed quia dolebat ſe inſtar illius non poſſe habere,ita quod hic dolor augebatur,ex cõſideratione fœcunditatis Lyæ,quamuis non mirũ ſi huic dolori aliqua paſſio deordinatæ inuidiæ fuit adiũcta.*Habeo,inquit,famulam Balam,ingredere ad eã.*Puto quod iam audiuerat Saram aliquid tale de Agar ancilla feciſſe,& ſanctũ Abraham conſenſiſſe:& ideo fortè eius exemplo Rachel fuit mota.*Parũne tibi videtur quod præripueris maritum mihi,* Abſtuliſſe autem dicitur,Non quod vices Lyæ debitas vſurpauerit,ſed ꝗa Lya primo de facto fuit ſibi iuncta:ſed Rachel tanquam prędilecta tandem coniugalem primatum obtinuit.Præripuit ergo virum,tum quia patrem in viro accepit, quia aliàs fuiſſet totaliter Lyæ:tum quia in illo primatum habuit.

*Egreſſus autem Ruben tempore meſſis triticeæ.* Secundum Magiſtrũ tres erant meſſes,id eſt collectiones ,Prima pomorum , ſecunda triticeæ,tertia vindemiarum.Quia tamen non eſt conſuetum primam & tertiam vocari meſſes,poteſt dici,quod meſſem triticeã dixit ad differentiam hordaceæ.

*Hiſto. ſcholaſt. in Gen. cap. 77.*

*Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui* , Quidam opi-

R

Universidad de Deusto Biblioteca

*Aug.*

nantur hoc genus pomi in eſcam ſumptum ſterilibus fœcunditatem parare, & quod ideo Rachel poma iſta volebat, quòd Auguſtinus reputat fabuloſum. Vnde potius videtur quod curioſitate fœminea voluerit illa: quamuis enim non ſint apta eſui, ſunt tamen pulchra & odorifera, & fortè non fuerant aliàs viſa ab ea. Scriptura tamen huiuſmodi muliebria narrando apertè oſtendit ſe magis in huiuſmodi ſeruire myſteriis, quam ſenſui literali, quamuis hìc in parte narretur ad monſtrandum quomodo Rachel quia non poterat fœcundari, paruipendebat carnalem concubitum, in tantum vt mandragoras prætulerit illi, & ad mõſtrandum ſanctum deſiderium Lyæ ad prolem diuino cultui pariendam. Vnde & paulò pòſt dicitur, *quod exaudiuit preces eius Deus, concepit quia, &c.* Nota autem quod tota hæc proles infra ſeptem annos eſt orta, quòd patet, quia nato Ioſeph qui poſtremo eſt natus pepigit Iacob cum ſocero ſuo ſeruire ſibi pro mercede ex gregibus ſuis habenda. Dicitur autem infra quod quatuordecim annis ſeruiuit pro filiabus, & ſex pro gregibus ſuis. Et conſtat quod in primis ſeptem annis neutri filiarum carnaliter iunctus eſt. Cùm igitur Lya ſeptem liberos habuerit, oportet (vt videtur) quod circa initium primi anni pepererit Ruben, & paulò pòſt alium, & alium vſque ad Iudam, & eo genito plus ſolito ſteterit à conceptu, & illo medio tempore, cùm vidiſſet Balam concepiſſe, Zelphan ancillam dedit viro ſuo, & tandem poſtea alios concepit & peperit ipſa Lya filios. Et hoc ordine facile eſt videre, quomodo tota hæc proles infra ſeptem annos potuit naſci. Et maximè quia Ioſeph potuit concipi ante ortum Dinæ, & ad hoc naſci poſtremo poſt illam.

*Infra 7. annos hos filios omnes Iacob genuit.*

Nota pro myſteriis quòd Richardus in quodam libello ſuo de contemplatione, qui dicitur Beniamin minor, exponit hoc moraliter de actiua vita & contemplatiua, & earum multiplici prole. Nam per Iacob intelligitur animus contra vitia luctans, hoſtemque ſupplantans, qui veniens ad ſcripturas ſanctorum patrum, principaliter quidem in Rachel ad ſapientiam contemplatiuam quia eſt facie decora, & aſpectu venuſto, accedit. Sicut autem in mente ſunt duæ potentiæ quaſi duæ ſorores, ſcilicet ratio & voluntas, vel duo aſpectus mentales, ſcilicet ſpeculatiuus & practicus: ſic per gratiam formantur in eis duæ vitæ ſiue duo modi viuendi. Vnus quidem ſecundum iuſtitiam operum, alter verò ſecundum guſtum & ſapientiam æternorum. Prima autem vita deſignatur per Lyam, tum quia ætate prior & maior, tum quia lippa: tum quia interpretatur laborans. Per Rachel verò deſignatur ſecunda, ſci

*Richardus lib. de contẽplatiõne. Moraliter exponitur hæc hiſtoria.*



da, ſcilicet contemplatiua, quia facie decora, tum quia iunior & poſterior: tum quia interpretatur ouis atque videns Deum, vel videns principium. Iuſtitia enim actiua eſt multum laborioſa, & reſpectu contemplandorum habet oculos per diſtractionem temporalium lippientes, vel etiam lippis eſt oculis, quia ſi vult eſſe iuſta, multa temporalia commoda habet relinquere, ac ſi non videret illa: quod homines ſic horrent ſicut lippitudinem oculorum. Tamen ſecundum communem curſum prius naſcitur illa quàm contemplatiua, & propter multitudinem ac ſenſibilem magnitudinem exteriorum operum æſtimatur maior quàm illa, & etiam à principio: quamuis propter ſupradicta minor prædiligatur. Septem autem anni quibus Iacob pro illa ſeruit, ſignificant aut totum huius vitæ decurſum, aut plenitudinem & vniuerſalitatem conatuum, quibus virtuoſus pro contemplatione habenda laborat: & hoc totum videtur homini valde parum, reſpectu valoris & amabilitatis illius. Congruit autem ordine diuino, & inter homines conſueto (quamuis id occultum ſit homini inexperto & contemplationis deſiderio non nimis inflammato) quod dum poſt multos conatus credit homo habere Rachelem, ſibi in nocte ſupponatur Lya: quia propter tenebras & anguſtias huius vitæ, & etiam propter impetus vitiorum & carnis, compellitur homo in operibus actiuæ iuſtitiæ exerceri: ſed tamen poſt ſeptem dies, id eſt, poſt hanc vitam, & plenitudinem operum actiuæ, intratur ad amplexum Rachelis, Cuius quidem prægustatio eſt in hac vita, ſed conſummatio eſt in futura. Duæ autem ſorores prædictæ duas habent ancillas, quia rationi ſpeculatiuæ ancillatur imaginatiua, quæ optimè vocatur Bala, id eſt, abſorpta, vel inueterata: quia de veteribus ſeu de corruptibilibus inſtar vetularum ſemper garrulatur, & à ſpeciebus ſenſibilium abſorbetur. Voluntati verò ſiue virtuti practicæ, famulatur ſenſualis appetitus, qui ſenſualitas nominatur: quæ congruè vocatur Zelpha, id eſt, os hians, ſeu, os fluens, quia ſemper inhiat ad delectabilia carnis, & illis inebriatur, & in delectationes putridas totus fluit. Parit autem Lya ſeptuplam prolem, iuxta ſeptem naturales affectiones noſtræ voluntatis, quæ per gratiam directæ & fœcundatæ, tranſeunt in virtutes, & ſunt amor & odium, & deinde ſequuntur timor & ſpes, dolor & gaudium & verecundia, quæ eſt timor de turpi facto, ſeu eſt fuga infamiæ. Ordo autem generationis eſt iſte. Nam primò mens

*Nota*

*Senſualitas Zelphæ conparatur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ex viſione diuinæ iuſtitiæ,& iudiciorum eius concipit timorem, & hic eſt Ruben,id eſt,viſionis filius,eſt enim ex prędicta viſione ſeu conſideratione genitus. Secundò incipit mens de peccatis propter quæ erat damnanda,compungi & dolore affici,& hic Symeon,id eſt exauditio,quia cum tali dolore petens veniam , exauditur à Domino. Tertiò ex hoc concipitur ſpes gratiæ & miſericordiæ,& hic eſt Leui,id eſt,auditus : quia iſte noſtræ imbecilli virtuti,addit auxilium & fiduciam,& aſſiſtentiam dictæ virtuti.

*Nota.*

Quartò ab experimēto pietatis & veritatis Dei,in quem ſię fiducialiter ſperat,concipitur quidam plenior affectus diuini amoris,per quem eum glorificat , & de bonis acceptis , & adhuc ſperatis ſiue promiſſis Deo gratias agit:& hic eſt Iudas,id eſt,cōfeſſio laudis.Aduerte autem quod licet amor foueat in virtutibus principatum,tamen prius intrat timor , quàm ipſe perficiatur,& primò exercemur in actu diuini timoris, quàm in puro actu ſui amoris. Quintò verò per Dei amorem & laudem , ratio ad ipſum ſpeculandum fortius incitata mori ſe æſtimat , niſi inſtar ſororis liberos gignat:& quia hoc per ſe non poteſt,idcirco famulam ſuam,id eſt, imaginationem viro ſuo tradit vt filios gignat,non ſibi,ſed rationi. Quia verò imaginatio in duo currit genera obiectorum,ſcilicet in pœnalia & ſuauia, ſeu terribilia & deſiderabilia:idcirco in Deum per terribilem rationem directa, duos filios parit multum vtiles contemplationi. Primus eſt imaginaria ſpeculatio pœnarum infernalium,ſeu futurorum, & terribilium iudiciorum Dei. Voco autem imaginariam,non quod in ſola imaginatione ſiſtatur,ſed quia in ipſa & per ipſam ratio futura Dei iudicia ſpeculatur : & ideo hic filius Dan , id eſt, iudicium vocatur. Secundus filius eſt imaginaria ſpeculatio æternorum præmiorum,& quorumcunque intellectualium ſeu ſpiritualium bonorum & quia hoc eſt per conuerſionem corporalium ad ſpiritualia , & temporalium ad æterna , & per quandam conuerſiuam tranſlationem iſtorum in illa:ideo hic Neptalim,id eſt,comparatio ſeu conuerſio nominatur. Quia verò ordinationem imaginatiuæ ſequitur ordinatio ſenſualitatis:idcirco poſt hæc ipſa filios parit,imperata tamen à Lya , id eſt, à voluntate ſuperiori , quæ quidem ad regendam ſenſualitatem fortius incitatur,ex rationabili ſpeculatione ſnppliciorum & præmiorum.Et quoniam tunc ſenſualitas bene regitur, quando delectabilia carnis abſtinentiſſimè fugit , eiuſque pœnalia tranquillè & materialiter portat:idcircò & ipſa geminam prolem parit,ſcilicet vigorem patientiæ , & rigorem abſtinentiæ. Primuſ-

que



que filius vocatur beatus,ſecundus verò fœlix. Duę enim ſunt beatitudinis partes,Prima eſt,nil tibi euenire quod odias:Secunda eſt,omnia habere quæ rectè deſiderat.

*Duæ beatitudinis partes.*

Hæc autem duo nullo modo poſſunt à nobis,niſi per hos duos filios obtineri;qđ ex ſuorum contrariorum comparatione clarius eluceſcit. Dentur enim homines duo,quorum vnus totis viribus carnis delicias cōcupiſcit,eius verò pœnalia toto animo exhorreſcit & fugit:alter verò totum è contrario facit , quia ſcilicet tota poſt ſe pœnalia quærit,& delectabilia fugit,tunc igitur videamus , quis horum duas partes beatitudinis præfatas,in hac vita plenius aſſequitur. Et conſtat quod vltimus, quia primus ſemper ſuperabundat in his quæ ſuper omnia odit,ſcilicet in pœnalibus,quibus hæc vita miſeria carere non poteſt:ſemper etiam eget delectabilibus,

*Nota.*

quæ ſuper omnia quærit,quia appetitus eius eſt infinitorum, & quaſi infinitus,& pauca delectabilia ſenſus valet habere , & hoc ipſum non niſi per ſucceſſiua & interpoſita momenta,& ideo æſtu deſideriorū fuerit & ſolicitudinibus & ægeſtate langueſcit, præſentia verò pœnalium ſemper moleſtatur , & timore malorum imminentium continuè perterretur. Alter verò econtrario ſe habet,quia ſemper ad votum abundat in his quæ amat,& quęrit,ſcilicet in pœnalibus , & de facili caret his quę odit , ſcilicet delectabilibus huius mundi. Et experti ſciunt quanta fœlicitas eſt nulla deordinata cōcupiſcentia allici vel tētari:nec aliqua vel impatientia moleſtari.Primi autem duo qui ſunt de Bala,in componenda pace internorum ciuium principalius occupantur.

*Primi duo filij de Bala quid deſignent.*

Nam Dan quaſi iudex comprimit internos motus,tenens omnia ſub tremore iudiciorum Dei : Neptalim verò per abundantiam ſuauitatis ſuarum compoſitionum,omnia replet pace.Duo verò qui de Zelpha orti ſunt, contra extrinſecos hoſtes pugnant , & ab illorum inſultibus nos protegunt.Gad enim contra illecebras delectabilium ſtat ſemper in procinctu expeditionum , vnde infra Iacob dicit,Gad accinctus præliabitur ante eum.

*Gad quid deſignat.*

*Aſer quid deſignet.*

Aſer verò contra tela aduerſariorum præbet ſcutum patientiæ, & cōtra egeſtatem præbet exuberantiam alimonię : gloriatur enim in tribulationibus, vnde infra de eo Iacob dicit , quòd pinguis panis eius,& præbens delicias regibus. Quia verò à mente ſic per Dei timorem ordinatā colligitur magna meſſis , ne dicam hordei, imò & tritici:ideo poſt ortum prædictorum dicitur , Ruben , id eſt Dei timor tempore meſſis triticeæ exiſſe in agrum, qui quidem exit foras , vel per hoc quod extrinſecis per opera manife-

*Ruben Dei timor ſignatur.*

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtatur, vel per hoc quod aliorum imperio ſe ſubiicit: vt colligat meſſem triticeam obedientiæ ſanctæ. Quia autem talis timor ſic regulatus & fructifer, non poteſt orbi non eſſe famoſus, hinc eſt quod timor iſte dicitur, mandragoras, poma ſcilicet quædam odorifera, reperiſſe, quas matri Lyæ, id eſt, ſuperiori voluntati dedit: quia laus & meritum huius, proprie ſpectat ad ipſam. Sed Rachel, id eſt, ratio pura & ſimplex, partem illarum ſibi vult dari à Lya, id eſt, à voluntate. Non enim expedit quod voluntas multum ſe oblectet in extrinſeca fama ſibi oblata: ſed oportet quod per rationem tota, vel ſaltem maior pars eius referatur in Deum. Vnde & ipſa poma non ſunt apta ad eſum, imo ſunt inſipida. Licet autem voluntati ſit hoc difficile, & præcipuè quia contemplatiua ratio præter hoc virum præcipuit voluntati, tum quia omnino vult illum ab omni propria voluntate abſtrahi & alienari, tum quia plus vult illum ad ſuperna contemplanda rapi, quam in inferioribus virtutum operibus immorari: nihilominus ratio obtinet mandragoras illas à Lya, & per hoc concedit virum ſuum in nocte, quia ſola voluntas propriam gloriam non quærit concedendum eſt ſibi quod in nocte huius vitæ, in qua lucem æternam non poſſumus liberè contemplari, poſſit à viro ſuo concipere bonorum operum fructus vberiores, & ideo poſtea ex ipſa naſcitur Iſaac qui interpretatur merces, & ipſe gaudium & gloria, quem talis mens habet de teſtimonio pure conſcientiæ ſuæ. Non quod tale gaudium ſit verè merces & quaſi præmium mentis, nam etiam refutāti gloriam famæ alienæ pro mercede debetur gaudium, & gloria de ſolido teſtimonio propriæ puritatis, hoc eſt, illud gaudium quod per guſtum videt requiem bonā & terram optimam. Sed ſic dicitur quia in ſeipſo prægustat quale erit gaudiū in æterna vita, quando tale ac tantum poteſt haberi in iſta, & quia nihil ita fortificat vires cordis, ad omnem laborem & omne opus pręceptorum pro æterno pręmio ſubeundum: ideò Iſachar eſt aſinus fortis, ſupponens ſuum humerum ad portandum, factuſque eſt: ſub tributis ſeruiens. Poſt hunc autem naſcitur Zabulon, id eſt habitaculum fortitudinis, quidam ſcilicet ſanctæ iræ robuſtiſſimus, Zelus contra omne vicium: & hîc eſt domus Dei, turris & propugnaculum, imò pugil & defenſator. Potuit autem, aut decuit fieri, quod talis Zelus ante ſupradictos filios naſceretur, tum quia inordinati non eſt aliorum vitia corrigere & increpare, tum quia multa pax & patientia, & gaudij diuini ſuauitas

*Rachel ratio pura & ſimplex deſignātur.*

*Iſaac merces interpretatur.*

*Zabulon quid.*





uitas præexigitur ad hoc, quod quis habere valeat zelū rectū & moderatū, aliàs autē zelus eius in rancorē odij, vel in liuorē inuidię de facili cōuertetur, diceturq; ei à Chriſto: Hypocrita, eiice prius trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucā de oculo fratris tui. Quia verò non eſt iuſtus in terra qui non aliquādo peccet, nihilque imbecillius quàm tantum zelatorem eſſe, & vitiorum obiurgatorem, & poſt tantum zelum in pluribus defectibus inuenire ſeipſum: Idcircò poſt hanc naſcitur Dina, id eſt, virtuoſa verecūdia, per quam quis cauſam & iudicium (quod ſonat nomen Dinę) contra ſeipſum iterato aſſurgit, arguit enim homo ſeipſum, cauſans qđ poſt tot ac tanta exercitia, & ſpecialiter poſt tantū zelum in alios, ipſe deficiēs, etiam nihil minus reperiatur. Et nota quomodo partus Lyę, ab humilitate ſuę deſpectionis, diuiniq́ue timoris incipit, & in humilitatem verecundię, & confuſiuę obiurgationis ſuiipſius finitur. Nota etiam quod hęc verecundia potius dicitur filia quàm filius, primò quia nō ita arguit rigidè, eò quòd non inuenit materiam vitiorum ſic obiurgabilem: ſed procedit tantum quodam muliebri rubore & pudore, & quod maioris obiurgationis eſt, magis ſpectat ad Zabulon, id eſt ad zelum ſuperiorem. Secundò, quia timor in futurum ex deficiente ſenſu proueniens, eſt quaſi fœminez debilitatis ſignum: & prouenit ex defectu virilis roboris & vigoris. Tertiò, quia vereri & paueſcere humanum iudicium vel cōſpectum, ſicut facit erubeſcens commitere aliquē defectum, non eſt omnino virilis virtutis, ſed potius veribilis. Quia verò ante mentem ſic perfectam, ſicq́ue zelantem, ſicq́ue humilem & erubeſcentem, condecet ad ſupernę ſapientię lumina amplius eleuari: ideo tempus eſt omnino quod Rachel, id eſt, ratio fœcundetur. Et quoniam prius eſt illuminari ad ſeipſum diſcretè regendum & diſcutiendum, ac deinde etiam ad inferiores alios, antequam per extaticos guſtus & ſuperexceſſus in diuina & ęterna perſpicaciter contemplanda poſſit omnino ſuſpendi & rapi: ideo prius innaſcitur. Racheli diſcretio prudentię, ſcilicet Ioſeph rector fratrum & rector Ægypti, cuius decor in tantum eſt concubitus, quod filię diſcurrerūt per murum ad illum videndum: qui quidem rectè vocatur augmentum, quia exigit alium filium ſibi apponi, ſcilicet contemplationis exceſſum, tum quia per diſcretum regnum ſupra modum augmentantur virtutes & earum opera, & familia domus Dei. Meritò autem naſcitur hic poſtremo, tum quia multitudo tēporis & diuturnæ experientię eſt neceſſaria ad perfectā diſcretionem habendam: tum quia perfectio eius ex priorū virtutum

*Dina quid ſit.*

*Partus Lyæ ab humilitate incipit.*

*Ioſeph quid deſignet.*

Universidad de Deusto Biblioteca

longa & ardua exercitatione dependet, tum quia multos caſus tentationum, multaſque differentias virtualium exercitiorum. & multos modos medicinalium remediorum, oportet mentem tam in ſe, quàm in aliis, non ſolum ſpeculatiuè, ſed etiam practicè comprobaſſe, antequam in his poſſet homo eſſe perfectè diſcretus & circumſpectus. Et hinc eſt quod hic naſcitur in ſenectute Iacob, ſicut infra dicetur, & certè vix eſt aliquis plenè diſcretus vſquequo ſit ſenex, niſi hoc ſit à Deo ſupra legem communem, & quaſi miraculoſe. Poteſt etiam proles prædicta, quoad aliqua moralizari, vt ſcilicet, primus filius ſit viſitatio pauperum & deſpectorum, ſecundus verò exauditio petitionum ipſorum, vel condonatio iniuriarum, ſaltem quando petunt illa ſibi indulgeri: tertius autem eſt obſequioſitas, qua quis propriam perſonā copulat & mācipat corporalibus obſequiis aliorum. Per hæc autem tria ſicut ſe homo exhibet aliis: ſic Deus viſitat & exaudit eum, & ſe copulat illi. Poſt hæc autem ſequitur aliud genus actiuæ vitæ, ſcilicet, prædicatio Dei & fidei eius, & quartus filius confeſſio nominatur. Quia verò rationabilis manuductio multum adiuuat præfatæ prædicationis effectum, ex hoc ratio incitatur, vt ex quo adhuc per intellectuales rationes, nō poteſt niſi ſaltem per ſenſibiles ſimilitudines ducatur ad intelligendum magnificentiam Dei, & operum eius. Et quia vniuerſæ viæ Domini ſunt miſericordia & veritas, id eſt, iuſtitia, & per opera ſuæ iuſtitiæ Deus timendus, per opera verò ſuæ miſericordiæ monſtratur amandus: Idcirco Dan & Neptalim ſubſequuntur. Sed quia non ſufficit verbo docere, niſi exempla operum ſubſequantur (non enim à ſequente impetus ſuæ iræ & concupiſcentiæ fructuoſe docetur) idcirco oportet quod ſubſequatur generatio Aſer, id eſt, exemplum perfectæ abſtinentiæ, non ſolum à cibis, ſed etiam ab omnibus concupiſcibilibus & cupiditatibus mundi, Et tandem Aſer, id eſt, perfecta patientia in aduerſis. Et quia tales doctores ſunt famoſi in populis, idcirco oportet huius famæ odorem per rationē Deo offerre quo facto ſequitur iocunditas vnitatis fraternæ, qua quis in ædificatione animarum & in dilatatione diuini cultus in eis intentiſſimè iocundatur, ita quod dicat. Ecce quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum: & hic eſt Iſachar exhilarans totam eccleſiā Dei, & ſe pro illa ſupponens hominibus & tribuens vt poſtea ſequatur Zabulon, id eſt, quod homo pro domo Domini defenſanda, ſe hoſtibus in murum opponat. Ne autem hoc fiat indecenter vel impiè, aut immoderatè, oportet ſubſe-

*Cur Ioſeph in ſenectute Iacob naſcitur.*

qui



qui quandam reuerentiam pro poſſe ad omnes, ſaltem in his, in quibus ſunt merito reuerendi: Et hoc eſt Dina, quam qui corrumpit, eſt merito culpandus & obiurgandus. Poſt hęc autem & non autea eſt quis idoneus ad regimē animarum, vt ſcilicet, excreſcat ſiue aſcendat vſque ad ſedem eccleſiaſticæ pręlationis, & hic eſt Ioſeph poſtremò exortus. Allegoricè autē poteſt hæc proles ex ſuæ generationis ordine iuxta duplicem modū præfatum aptari ad hoc quod per doctrinam ad prælatum cōſimilis proles formetur in cæteris animabus, ſeu in eccleſia Dei, quamuis prout hoc refertur ad informationem agendorum, potius ſit moralitas, & prout refertur ad monſtrandū aliquid in eccleſia factū vel fiendum, ſit propterea allegoria. Vel poteſt hic texi ordo eccleſiæ à Iacob vſque ad Chriſtum. Primò enim in Ægypto natus eſt Ruben, id eſt, filius viſionis, quia Dei populus ibi vidit proſperam ſui multiplicationem ſub Ioſeph, & ſui afflictionem ſub Pharaone. Secundò ſub Moyſe & Aaron eſt à Deo iam populus exauditus, ac de Ægypto eductus, & tunc natus eſt Symeon, id eſt, exauditio. Tertiò eſt Leuiticus ac ſacerdotalis ordo elatus. Quatò temporalis principatus, atque tandem Regalis ducatus ſub Iudicibus, & præcipuè in ſtirpe Dauid, quæ fuit de tribu Iuda, eſt procreatus: tuncque doctores pædagogici elementorum, ſcilicet, literæ legis, & milites ſeu bellatores præualidi ſunt quaſi de ancillis exorti, gloria tamen regni & bellorum eius à Dauid cum cantoribus eius, non homini eſt aſcripta, ſed Deo. Propter quod ordo propheticus ei datus eſt, qui mercedem æternam ſub Meſſia venturo promitteret eis: Et poſt tranſmigrationem Babylonis in reſtauratione templi ſub Aggeo feſtiuo & læto quodā modo id partim prægustaret. Poſt hoc verò miſſus eſt Mathathias cum Iuda Machabæo, & cæteris filiis ſuis, qui zelo legis accenſi pro patria pugnauerunt, & domum Domini defenſarunt. Poſteà verò præſtita pace quædam proles carnalis & muliebris, eſt ſub Phariſæis exorta, hypocritali Phariſæorum ſuperſtitione: Et hæc eſt Dina. Poſt hæc autem natus eſt Chriſtus, quia à Pharaone, id eſt, à regibus Romanorum dictus eſt tandem mundi ſaluator. De ortu verò Beniamin infrà ſubdetur, quia tam moraliter quàm allegoricè, ea quæ ante ortum eius habentur pręire oportet.

*Ordo eccleſiæ texitur à Iacob vſque ad Chriſtum in prædictis.*

*Nato autem Ioſeph.* Hîc agitur de ſeruitio Iacob pro mercede, atque deinde de receſſu eius à Laban propter cōtentionem cauſatam. Circa quam partem poteſt fieri quæſtio triplex. Prima eſt an Iacob licitè & iuſtè fecerit excogitando artem de virgis ante

Universidad de Deusto Biblioteca



oues in hora conceptus antea poſitis: & hoc ſolum quando erat
tempus conceptus ouium. Dicēdum quod Iacob iuſtè hoc fecit,
quod patet ex tribus quæ in hoc opere concurrunt: Primum eſt
ſeruitus eius præterita, qua per quatuordecim annos fideliſſimè,
& ipſi Laban vtiliſſimè ſeruierat abſque tēporali mercede reſar-
ciens etiam ei omne damnū, quamuis non ex culpa, aut ex negli
gētia ſua accidiſſet vt ipſe inferius dicit: & ideo aliquid de rebus
Laban ſibi meritò debebatur. Secundum eſt, quia in pacto, quod
ipſe cum Laban pepegit pars contigit ei peior. Vnde ſi Laban iu-
ſtè circa Iacob ſe haberet, nullatenus ſuſtinuiſſet quod Iacob de
teriorem partem quàm ipſe, haberet: vtpotè quod ex gregibus
vnius caloris, ſola proles varia eſſet Iacob, & quæ eſſet vnius ca-
loris, eſſet Laban. Quia igitur Laban iniuſtè & impiè circa Iacob
ſe habebat, ideo dignum fuit erga eum in hoc aſtutè & cautelo-
ſe procedi, ſequendo curſum naturæ conceptus, & à forma pacti
deuiando. Tertium eſt imperium ſeu conſilium à Deo ſuper hoc
ſibi datum. Quod enim Deus artem prædictam de virgis ſibi re-
uelauerit, patet ex hoc quod ipſe refert Lyç & Racheli ſe vidiſſe
ſomnis mares concumbentes eſſe varios, & angelum Domini
ſibi dicentem, quod aduerteret & videret quomodo erant varij
& diuerſorum colorum. Quod autem hoc ſibi in viſione manda
ret, & diceret propter artem prędictam; patet ex hoc quod an-
gelus ſubdit.

*Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. Ego ſum Deus, &c.* quaſi
dicat propter iniuſtitias tibi à Laban factas, volo quod hoc fiat,
& ex eo quod ei dicitur etiam.

*Ego ſum Deus, qui tibi in Bethel promiſi, quod ego te vbique cuſtodi-
rem.* Et varietas in virgis quam arietes fœminis videbantur ha
bere, ratio fuit, quod eſſet in fœmillis cauſa concipiendi fœtus
varios. Quod verò in fine viſionis ſubditur.

*Surge & egredere de terra hac, &c.* intelligendum eſt quod præ-
dicta viſio fuit bis facta ad eum, ſcilicet, in principio ad diſcendū
hanc artem: & iterum in fine vt recederet à Laban. Vnde hoc ver
bum, ſcilicet, ſurge, aut non fuit ſibi in principio dictum, aut non
fuit nunc ſibi dictum, ad ſtatum recedendum, vſquequo ex arte
prędicta copioſam haberet mercedem. vel fortè Iacob quando
retulit hoc ſuis vxoribus primam partem accepit ex viſione pri-
ma: & vltimam ſibi tunc vltimò factam. Ad hoc etiam facit quod
Iacob tam in pacto quàm poſt totū effectum Deo aſcribit. nam
in pacto, dicit.

*Reſpondebitque mihi cras iuſtitia mea,* & poſt, vxoribus dicit, *Tu-
litque*



*litque Deus ſubſtantiam patris veſtri & dedit mihi.* Et paulò antè,
*Deus autem patris mei fuit mecum, & non dimiſit vt pater veſter noce-
ret mihi.* Ipſe etiam Laban ante pactum confitetur, ſe per effectū
propriæ proſperationis cognoſcere quod Deus in tantum erat
cum Iacob, quod propter eum Deus in temporalibus benedixit
ei, vnde ait.

*Experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te.* Et Iacob
poſtmodum confitetur ſubdens.

*Benedixitque tibi Deus ad introitum meum.* An autem ſolum duo-
bus primis concurrentibus abſque, ſcilicet, natu vel conſilio di-
uino poſſet talis artis commentum iuſtè fieri, dubium eſt, Qui-
dam enim dicunt quod non quia pacta ſunt intelligenda ſecun-
dum communem modum, & abſque appoſitione alicuius doli.
Alij dicunt, quod licèt nō eſſet hoc licitum facere ſimpliciter &
abſolutè, eſſet tamen ad extorquendum, id quod aliàs ſibi iuſtè
debetur: abhibito tamen moderamine, quod per hoc non acqui
ratur amplius quàm ſibi debetur. Quidquid autē ſit de hoc cer-
tum eſt quod ex Dei præcepto vel conſilio potuit hoc fieri iuſtè,
etiam ſi non concurreret primum, quia Deus poteſt cuicunque
vult dare res quorumcunque, ipſe enim eſt ſummus dominus
omnium rerum. Secunda quæſtio eſt, An ex arte præfata ſeque- *Quæſtio.*
retur varietas colorum in fœtibus naturaliter, vel ſolum mira-
culoſe. Ad quod dicit Hiero. quod naturaliter, Dicit enim quod *Hiero. in*
Iacob nouam ſtropham, id eſt, artē conuerſiuam commentatus *Hebr. quæſt.*
eſt, & contra naturam albi nigrique pecoris naturali arte pugna *ad hunc lo-*
uit. neque mirum quod hanc fœminarum in conceptu tradunt *cum tom. 3.*
eſſe naturam, quod quales in extremo voluptatis æſtu cùm con *Aug. in li.*
cipiunt perſpexerint, vel mente conceperint: talem procreent *quæſt. ſuper*
ſobolem. Et hoc ipſum etiam in equarum gregibus apud Hiſpa *Gen. cap. 93,*
nos dicitur fieri. Et Quintilianus etiam pro defenſione cuiuſdā *tom. 4.*
matronæ accuſatæ quod Aethiopē pepererat, argumentatus eſt *Quintilia-*
hunc conceptum eſſe naturalem. Et idem dicit Auguſtin⁹ tertio *nus.*
de ciuitate Dei, capite ſeptimo, vbi oſtendit, quod anima matris *Aug. lib. 3,*
ex imagine colorū viſorum vehementer affecta: naturali ordine
conformiter afficiebat materiam ſui fœtus. Nos multiplici expe
rimēto probamus, quod tanta eſt colligantia animæ ad corpus,
quod vnius affectio vel paſſio de facili redundat in alterum.
Vnde ad paſſionē timoris vel pudoris, reſultāt in corpore pauor
vel rubor, & ſic de aliis. Sed ſi cuiquam videretur quod quam-
uis ex inſpecta forma imaginum, aliquādo contrahatur conſi-
milis forma conceptuum, non tamen hoc ſecundum naturam

Universidad de Deusto Biblioteca

ſolam fit frequenter & regulariter, ſicut fuit in caſu iſto, tūc pōt dici quod ſupra legē aderat etiam hic regulatrix potentia Dei.

*Quæſtio 3.* Tertia quæſtio eſt, An fuerit decens vel credibile quod Deus tā turpē viſionem oſtenderet, aut quòd de cauſſa vili & turpi opere ſe intromitteret? Dicēdum quod niſi hoc fuiſſet decens, non feciſſet hoc Deꝰ, neq; Iacob aſſenſiſſet, nec in ſcripturis ſacris hoc ita ſolēniter ſcriptū eſſet. Oſtendit autē hoc fuiſſe decens, primò reſpectu diuinæ ſapientiæ, quæ ſic omnia quātumcūq; turpia & difformia præclariſſimè videt: ita quod ex hoc in nullo defœdat aut dehoneſtetur. Idē eſt de Angelis & beatis: & ideo nihil indecens eſt in eius ſapientia, omnē veritatem ſpecialiter cōtemplari, fuitq; vtile nos etiā per exēpla ſenſibilia edoceri quod Dei exemplaris ſapiētia ſine fœditate omnia, etiā turpia repræſentat. Secūdò patet hoc ipſum ex reſpectu ſuæ potentiæ & prouidētiæ, quia conſtat quod ipſa ſpecialiter omnibꝰ adeſt, nihil enim poteſt fieri ſine ipſa, & abſit ꝙ in aliquo horū fœdetur, quin potius in hoc apparet ſyncerior, quod incōtaminabiliter omnia facit, & omnibꝰ adeſt. Nunquid etiā non iuſtū eſt & pium, quod nō ſolùm in ſpiritualibꝰ, ſed etiā in corporalibꝰ remuneret ſanctos, & puniat impios? Rurſus, tanta eſt vis veri amoris, quod vſq; ad infima cō deſcendit amico, & ab amico tātò plus ſe diligi æſtimat & regratiatur: quātò etiā in minoribꝰ ſentit ſibi ineffabiliter cōdeſcendi, & vſque ad extremas inimicitias de ſe curam haberi. Tertiò patet ex bonitate omniū naturalium rerū & operū, in quibus vtiq; nihil eſt peccati, imò ſūt omnia plena ordine & ratiōe admirabilis ſapientiæ Dei. Neq; inexpediēs fuit nobis ex ſenſibilibꝰ miniſtrari & prophetari futura, etiā arcana ſapientiæ. Inter ſenſibilia autē nullū altius & profundius eſt, quàm huiuſmodi formatiua vis animaliū. *Reſponditque mihi iuſtitia mea*, quaſi dicat, pro te erit natura pecorū, quæ vnicoloria ex vnicoloribus oriūtur vt frequētius: ꝓ me verò erit iuſtitia mea, ſcilicet vt Deus reddat mihi ſecundū iuſtitiam mei ſeruitij & laboris. *Cras*, id eſt, in futurum. *Quando beneplaciti tempus aduenerit coram te*, id eſt, quando tempꝰ ex tuo beneplacito taxatum & inſtitutum aduenerit. *Et omnia*, id eſt, de omnibus quæ non fuerūt varia, ſupple ſi fuerint à me retēta, *furti me argues*, id eſt, ſecurè me arguere poſſis. Nota vbi paulò poſt nos habemus, *Cunctum autem gregem ei tradidit in manus filiorum*: Melior, vt videtur, litera eſſet, ſi eſſet ibi ſic, vel ſic intelligi debet. *Et ſeparauit in die illa capras & oues, & hircos & arietes varios atque maculoſos à cuncto grege vnicolore.* *Et tradidit* ſcilicet varios) *in manus filiorum ſuorum omnium.* *Iacob autem*) ſicut mox ſubditur)

*Dei ſapiētia etiā turpiſſima contemplans non fœdatur.*



ſubditur) *paſcebat reliquos greges* (ſcilicet vnicolores) *alios per filios ſuos paſcebat Laban*, hoc eſt, per filiarū ſuarū filios, ſcilicet Rachel & Lyæ. *Et poſuit inter ſe & generum ſpatium itineris dierum trium*, ne ſcilicet ex vicinitate pecorum iſtorum & illorum poſſet furtiuè aliquis dolus naſci. *Virgas populeas virides.* Ideo virides ſumpſit, quia in huiuſmodi maior apparet diuerſitas inter partē decorticatā, & nō decorticatā, ipſaq; viridita ſenſibiliꝰ oculis intuētiū ſe offert: & etiā q̄a facilioris ſūt decorticationis. Secūdū aūt Hiero. virgarū vadietas faciebat vmbras ſeu imagines arietum & hircorum in aqua illa reſplendētiū, varias apparere fœmellis ſimul in aqua intuentibus virgas, faciebatq; Iacob oues in ipſa potandi auiditate, aſcendi: & ex duplici deſiderio, ſcilicet potus & coitus affectuoſius & fortius inhærerent imagines arietum in aquarū ſpeculo viſæ. Nota quod vbi nos habemus ex platanis, Hieronymus habet ex malogranatis, & dicit quod ſeptuaginta habēt virgas ſtyracinas, & nucinas, & plataminas. *Et fiebant ſerotina Laban, &c.* ideo hoc dicit, quia primi temporis fœtus eſt melior, ideo ante illas oues ſeu capras, quæ primo tempore quęrebant marē, ponebat Iacob virgas, vt fœtus melior ſuis eſſet. Ante illas autē quæ ſerò, id eſt, tardiori ſeu poſteriori tempore quærebāt marē, virgas non ponebat, vt ſic deterior fœtus eſſet Labā. Duplici autem ex cauſſa (vt dicit Hieronymus) fuit quod Laban haberet ibi aliquam partem, non tamen ita bonam. Primò ſcilicet, ne poſſet aliqua doli ſuſpicio Laban inſurgere vel apparere. Secundò, ne Laban plus debito ſpoliaretur.

*Hierony. in Hebr. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Hiero. in Hebr. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Loco nunc citato.*

## CAPVT TRIGESIMVM. PRIMVM.

POſtquam autem audiuit verba filiorum Laban. Hîc eſt primò admonendū quantū ad dicta, ꝙ quidam dicunt, ꝙ prima immiſſio arietum in oues fuit in principio Veris, & prima erat melior, q̄a meliores oues citius appetunt coitū: ita ꝙ illas primò faciebat aſcendi, iſtas verò poſtremò. Aliis verò magis placet ꝙ ſerotinus conceptus in Autumno, primus erat in Vere, quia, vt dicit Augu. in libr. quæſt. ſuper Gen. & Hieronym. natura Italicarum ouium & Meſopotamiæ tradit eadem eſſe, ſcilicet quod pariunt bis in anno. Vnde Virgilius ait: Bis grauidæ pecudes. Et hoc modo illud quod infrà legitur, ſcilicet mutauit mercedem meam decem vicibus, intelligit Hieronymus, dicēs id in ſex annis quibus Iacob ꝓ mercede ſeruiuit fieri

*Hiero. in Hebr. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Aug. ca. 95. in fine illius tom. 4.*

*Virg. in Bucol. Eglog. 1.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Aug.ca.95. tom.4.*

potuiſſe. Quia ſicut etiã Aug. in lib. quæſt ſuper Gen. dicit in primo anno in quo inter ſe pacti ſunt ſolũ ſemel pepererunt: quia tunc non ita potuit eas facere bis aſcendi. Sexto autẽ anno cùm ſemel peperiſſent, prius receſſit Iacob à Labã, quàm iterum parerent: quatuor autẽ annis intermediis, bis pepererunt. Poſſet tamen dici, ꝙ licèt in primo anno bis pepererint, nõ tamẽ pro illo anno mutauit ſibi mercedẽ, quia nondum viderat ſe fraudatum: & ideo quod quinq; annos ſequẽtes eam decies mutauit, bis ſcilicet reſpectu cuiuſlibet anni. *Et vendidit, comeditque precium noſtrorum*, id eſt, nos tibi vendidit pro ſeruitio tuo: & precium ſeu vtilitatem illius ſeruitij ſibi in nobis accepit. *Et Rachel furata eſt idola patris ſui.* Satis eſt mirabile quod hoc fecit, cùm non ſit credendum, quin à Iacob fuerit edocta, quod ſuper omnia idololatriam fugeret & caueret. Nec ſit veriſimile quòd tãquam cupida argenti vel auri (de quo fortè erant idola illa) fuerit. Quidam igitur dicunt quod hoc fecit, vt ſi pater inſequeretur illos, haberent ad ea recurſum & refugium, vt ad templa ſacra. Vel poſſet dici, quod ſcilicet zelo iuſtitiæ contra eius auaritiam ſeu rapinã hoc fecerit. Dicit autẽ Hieronymus, quod vbi nos idola legimus, in Hebræo habetur Seraphim, quę Aqla figuras vel imagines interpretatur. *Et amne tranſmiſſo*, id eſt, Eufrate fluuio tranſuadato.

*Cur Rachel idola patris accepit furco.*

*Hierony. in Hebr. quæſt. ad hunc locum tom.3.*

*Contra montem Galaad.* Anticipatiuè ſic vocatur, quia poſtmodum hoc nomen accepit, ſicut infrà legitur. *Et comprehendit*, id eſt, attigit in montem. *Viditque* ſcilicet Laban. *In ſomnis dicentem ſibi Dominum, Caue, &c.* Nota quomodo Deus quaſi omnia facta Iacob agebat. Vnde Sapientiæ decimo dicitur, quod Deus reduxit eũ per vias rectas, & in fraude cirmuenientium illi adfuit & honeſtauit, & multum ditauit & magnificauit illum in laborib' ſuis. *Et nunc quidem valet manus mea addere tibi malum. Sed Deus patris tui heri dixit mihi, Caue, &c.* Nota quomodo arrogantia ſuperborum ſæpè ſe confundit, vbi magis credit ſe ſuper ſanctos magnificare. Nam Labã volens oſtẽdere quod benè poterat nocere Iacob ĩ ſignũ quod nõ deſiſtebat defectu potẽtię, reuelauit inhibitionem Dei ſuper hoc factam: nõ aduertens quod in hoc ipſo oſtendebat Deum quoad hoc eſſe cũ Iacob, & Iacob eſſe iuſtum, ipſumq; iniuſtum. Quod bene aduertens Iacob, ſubdit inferius, *Laborem manuum mearum reſpexit & arguit te heri clam me*, id eſt, me neſciente. *Abigeres*, id eſt, furtiuè abducere. *Quaſi captiuas gladio*, id eſt, ac ſi tuo gladio eſſent captiuatæ & captæ. *Cur furatus es deos meos?* Nota quòd hic primò legitur de pluralitate deorum, & de cultu idolorum: nondum enim ſuprà mentio facta

*Hic primo de pluralitate deorum legitur.*



facta erat. *Timui ne violenter auferres filias tuas.* Ex quo patet quod non fugiebat propter cupiditatem temporalium, quæ ſibi aſportabat. *Super ſtramenta cameli*, id eſt, ſub ſella eius.

*Quia conſuetudo fœminarum nunc accidit mihi*, quaſi dicat, Nunc patior menſtrua, & ideo non poſſum ſicut deberem aſſurgere tibi. *Sic deluſa*, id eſt, deluſione fruſtrata eſt, *ſollicitudo*, id eſt, ſollicita intentio, *quærentis*. *Tumenſque Iacob cum iurgio ait*, id eſt, Multum indignatus, tam vultus quàm verborum aſperitate ait. Quod quidem pro loco & tempore ſanctè fit à ſanctis, & certè non ſolũ ex ſubſequentibus verbis Iacob, patet ipſum iuſtè fuiſſe indignatũ: ſed etiam ex facto Labã. Nullatenus enim debuit credere quod Iacob fuiſſet ſibi aliquid furatus, & præcipuè idola, & ſaltem ex quo audiuit hoc fortiter negantem, & omnia ſua eius ſcrutinio exponentẽ, debuit credere & deſiſtere. *Pone hic corã fratribus tuis.* Fortè fratres ſuos vocat illos de quibus dicitur, quod Laban aſſũptis fratribus ſuis perſequutus eſt eum, vnde hoc de filiis Laban ipſius dicit. Nam filij ipſius Iacob parui erant, & primogenitus eius, ſcilicet Ruben, nõdum habebat tredecim annos, & ideo ad hoc diiudicandum nondum erant idonei.

*Iuſtè aliquãdo indignantur ſancti.*

*Idcirco viginti annis fui tecum?* Hoc indignanter & interrogatiuè debet legi, quaſi dicat, Obſequium quo viginti annis ſeruiui tibi, non meruerat vt ita ſcrutareris omnia mea. *Ego omne damnum reddebam.* Videtur quod Iacob aliqua de domo patris ſui ſecum haberet ex quibus poſſet damna illa reddere. *Diu, noctuque æſtu vrebar & gelu.* Aeſtu ſcilicet de die, gelu de nocte; & aliquando de die. Nec mirũ ſi idem effectus potuit eſſe à diuerſis cauſis, & maximè qa ventus eſt effectus immediatus, quamuis vſtio immediatus ſit ab æſtu, quàm à gelicidio ſeu à frigore. Primi enim effectus caloris & frigoris, ſunt calefacere & infrigidare. per infrigidationem autem fit aliquando nimia contractio carniũ & pororũ eius: ad quam ſequitur interim caloris accenſio & ſuperficialis cutis nimia deſiccatio. Sicq; per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi. Nota ex his quàm fideliter, quãq; ſimpliciter ſeruierit ei, & ecõtrà quàm iniuſtè & impiè ille ſemp ſe habuerit ad eũ. *Immutaſti quoque mercedem meam decem vicibus*, id eſt, pluries, ſumitur enim numerus determinatus pro indeterminato. Vel ad literã, decem vicibus iuxta modũ ſuperius tactũ, immutauit eũ hoc modo, quia quando Labã videbat plures diuerſi coloris naſci, dicebat, Vnicolores ſint deinceps merces tua. Quãdo verò videbat vnicolores plus multiplicari dicebat: Amodò diuerſi coloris ſint tui. Pro decem verò vicibus ſeptuaginta habent, decem agnis.

Universidad de D…
Biblioteca



*Hierony. in Heb. quaſt. ad hunc locũ tom. 3.*

Sed Hieronymus dicit,quod nomen Hebraicum(monim)nume
rum magis quàm agnum ſonat. *Et timor Iſaac*,id eſt,Deus quem
timet Iſaac,vel ſanctus timor quo ipſe eum colit & timet. Nomi
ne enim timoris intelligitur aliquando totus cultus Dei.

*Ibidem.*

*Vterque iuxta proprietatem linguæ ſuæ.* Labam enim ſecundum
Hieronymum antiquam parentum linguam cammutauerat in
linguam prouinciæ,in qua habitabat.Iacob igitur aceruum te-
ſtimonij lingua Hebræa vocauit Galaad. Galaad enim eſt acer-
uus teſtimonij,Laban verò idipſum,id eſt, aceruũ teſtimonij lin
gua Syra vocauit,vt ibidẽ oſtẽdit.

*Nota pro myſteriis.*

Nota ꝓ myſteriis qđ ſicut in
prima ꝓcreatione virtuoſæ ꝓlis requiritur virtuoſum exercitiũ:
ſic in ꝓcreatione habẽdę mercedis reqꝛitur prouidę diſcretionis
ſagax ingeniũ,per quã ſcit homo ſe diuerſimodè omnibus ꝓut
expedit contemperare &accommodare.Et primò oportet quod
ſciat intelligentiã proportionaliter variare,&ſcripturæ ſacræ in-
telligentiã ſub rationabili varietate inſpicere.Oportet etiã quod
in canalibus,id eſt,ſcripturę ſacrę libris ſeu tractatibus,in quibus
aquæ diuinæ ſapientiæ cõtinẽtur,ponat virgas,id eſt,rectas & ſo
lidas intelligentias ſeu expoſitiones:in quibus ſic ſeruetur ſenſus
literalis quaſi cortex,qđ nihilominus pro eo quod ſpiritales ſen-
ſus exigunt,auferatur velamen corticis literalis : vt ſic exẽpla &
documenta arietum,id eſt,ſanctorũ Patrũ in his aquis deſcripta,
mẽtibus ſeu affectibus ſpiritualiter fœcũdandis appareãt varia:
in hora feruidi cõceptus & potus,&ex hoc proles eorũ erit con-
formiter variata.

*Appoſitè dictum.*

Et quia naturaliter omnia Dei opera ſunt qui-
dã carnales ſuper quos eſt effuſa aqua ſapientiæ Dei, iuxta illud
Eccleſiaſtici primo,Effudit illã ſuper omnia opera ſua:idcirco ſic
ex omnibus eſt Deus per ſimilitudinem ſpectandus quaſi ſpecie
rum cortice remanente, quod nihilominus per priuationẽ om-
niũ eſt ſuper omnia ſegregandus vt ab omnibus ſecernatur,aliàs
enim non cõcipietur recta intelligentia eius.Myſtica verò ratio
trinæ ſpeciei virgarũ poteſt tripliciter accipi,ſecundũ tres gene-
rales rationes variationis prædictæ. Prima enim ſumit̃ ex reſpe-
ctu operũ agendorũ,quæ pro loco & tempore varias circunſtã-
tias exigunt : ita ꝙ id ꝙ agendum eſt, aliquando in alio tempore
eſt omittendum,vel augendũ,vel minuendum,ſemper tamẽ de-
bet eſſe recta intẽtio quaſi virga recta. Tũc igitur trina eſt virga
ſecundũ tria principalia obiecta,ex quibus ſumũtur genera mo-
ralium operum.Nã per aſpectum ad Deum debet eſſe virga flo-
rigera & fructifera,qualis eſt amigdalina quæ ad mõſtrandũ.Sa
cerdotium dignum floruit & fronduit.Opus enim habẽs Deum
pro



pro obiecto immediato,habet miros ſplendores diuinorum lu-
minũ,quaſi flores: & miros ſapores dulcorum & guſtuum quaſi
fructuum.Per reſpectum verò ad ſeipſum,debet eſſe actio pungi
tiua & cõcupiſcentialis caloris diuiſiua : vt ſit virga generãs vinũ
acerbũ malorum generatorũ. Per Reſpectum verò ad proximũ
inſtar virgarum populearũ debet eſſe actio multiformis iuxta
multiformitatem perſonarum & populorum. Secunda ſumitur
ex reſpectu ſtatuũ populi Dei,qui in tres deſtinguũtur,ſcilicet in

*Triplex ſtatus populi Dei.*

coniugatos clericos & religioſos : vel infimos,medios,& ſupre-
mos,vel in ſtatũ actiuorum,& cõtẽplatiuorũ prælatorum: vel in
ſtatũ ante legem,& ſub lege,& poſt legem.Tertia eſt reſpectu fi-
dei vel ſcripturæ , quæ iuxta modos prædictos habet deſtingui.
Nota etiam quod ſumendo fœcundationem hanc allegoricè,ꝓ-
ut ſcilicet ad ſpiritales patres Eccleſiarum & religionum eſt in
ſubditis huiuſmodi varietas diſcretè formata:tunc per Laban in-
telliguntur Prelati ſeculariores & vetuſtiores,aut carnaliores,&
tunc ſerotina,id eſt, pigri & inhærentes, ſemper ſunt Laban.Pri-
ma verò,id eſt,ſtrenui& pręcipui ſpectãt ad Iacob Et ſępius ſicut

*Pulcherrime allegoria.*

prima proles ſanctorũ ſtatuũ eſt ſpiritalis & feruida, ſic ſerotina
inuenitur tepida & carnalis,& quaſi fex optimi vini in fundo va-
ſis reſidens & perſiſtens.Nota etiam quod quandocunque Labã
petit varia,tunc Iacob accipit vniformia pro ſe,& econtra.Car-
nales enim ex hyprocriſi,aut ex ſola conſuetudine,aut ex aliquo
ſchiſmatico,aut carnali,aut ſuperſtitioſo,vel cęremoniali affectu
& ritu,ſuas habent varietates & vniformitates , & ideo eorũ va-
rietati ſpiritalis vniformitas charitatis eſt opponẽda:eorũ verò
carnali vnitati eſt diſcreta varietas obiicienda. Nota etiã tertiò
quod in fuga Iacob à Laban , deſignatur finalis diceſſus ſpirita-
liũ à carnalibus,propter quorũ filias ſiue plebes ad Deum trahẽ
das, ſuoque ſpiritui copulandas,eis per longa tempora ſeruie-
runt:ſed quia in fine contra ſpiritales pro ſolito inſeruiũt,idcirco
oportet eos redire ad terram patrũ ſuorum,vnde & in fine ad Iu
dęos conuertendos redibit prædicatio , & ſicut Apoſtoli relicta
Synagoga fuerunt miſſi ad Gentes:ſic ſuo modo & iſti. Quod ve
rò Rachel Iacob furatur deos,ſiue Idola patris ſui, ſi ſumatur in
malo,deſignat quoſdam muliebres contemplatiuos,ſiue potius
curioſos,qui curioſam carnalium ſcientiam in ſpiritualium ha-
bitu quaſi furtiuè acquirunt , & ideo menſtrua patiuntur iuxta
morẽ ſeculariũ fœminarũ , ſapientium, ſcilicet , mundanorum:
qui ſola ſapiunt carnalia & terrena. Sumptum verò in bonũ deſi
gnat perſpicaciam verorũ contemplatiuorũ, per quã in arcano

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuorum cordium, quaſi furtiuè diiudicant vicia & idola Prælatorum quos relinquunt. Quia tamen dum carnales ob hoc inſeruiunt, plerumque oportet aliud exterius ſimulare, ſic tamẽ quod prædicta idola realiter conculcentur: idcirco Rachel ſe ſimulat quaſi muliebria pati, tenendo tamen idola ſub ſé & ſub ſella cameli, quia quietam vitam ſimplicium ſeruorum Dei, quæ eſt quaſi ſella camelorũ, præferunt idolis, illis ſed ſimulãdo ſe muliebres & ſimplices fingunt ſe non ſubripuiſſe idola illa, & ſic Labã deluditur. Per Iacob verò (licèt ignorantem) deſignantur hic quidam patres ſpiritales, qui circa huiuſmodi zelum non ita tũc temporis occupantur, pro eo quod ſuis & ſuorum ſpiritalibus negotiis toti inſiſtunt. In fœdere verò inter Iacob & Laban inito, figuratur primò quædam pax, quę fit ante plenum diceſſum, per quẽ à Laban adiuratur quod alteram fidem, ne alias filias, id eſt, vitam aliam, à præhabita introducat. Secundò figuratur quædam pax dimiſſoria qua ſe mutuò finaliter impugnare deſiſtunt.

*Quid per Iacob deſignatur.*

## CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

FVerunt ei obuiam Angeli Dei. Hic narratur quàm cautè & diſcretè Iacob placauit iram & impetum fratris ſui, & hoc per quatuor quæ fecit.

Primum eſt diſcreta miſſio munerum, non enim miſit totum ſimul, nec ſemper eadẽ, aut per eoſdem: imò quinque greges diſtinctos præter ſextam legationem ſeruorum, quam primò præmiſerat.

Secundum eſt ordinata diſtinctio ſuæ familiæ in duo, ſeu in duas turmas, ſcilicet, ancillarum & liberarum facta, ita quod ſibi chariſſima poſuit in fine poſtremo.

Tertium eſt attenta ac fortis & peruigil oratio & ſupplicatio eius ad Deum vſque ad plenam impetrationem intenti.

Quartum eſt humillimus modus honorandi Eſau, tam verbo quàm geſtu, tam per ſe quã per omnes famulos & famulas ſuas: quia omnes debuerunt ipſum vocare Dominum ſuum, ſibique ſupplicare & genu flectere tanquam Domino. Ne hoc autem quaſi ex ſolo ingenio aut tanquam metu conſternatus abſq; ſpe diuini conſilij, vel quaſi deſertus à Deo hoc feciſſe credatur: ideo ante iſta præmittitur quod exercitus Angelici ſibi venerunt obuiam, ſe ſibi ſub certa ſpecie viſibiliter oſtendentes, ac ſi dicerent,

No



Nos erimus tecum. Et vt ex litera coniicitur non ſolùm vidiit eos quaſi euntes, ſed etiam eo modo quo in caſtris exercitus militum ſolent ſtare. Vnde nomen loci in quo eos vidit, vocauit Monaim, id eſt, caſtra. Quæritur autem primò, Quomodo Iacob ita timuit fratris ſui aduentum, cùm nuncij ſui non legantur dixiſſe ei quod Eſau veniret ad eum nocendi cauſſa? Præterea nunquid non certus erat de Dei promiſſionibus ad ſe factis, quas ipſe etiam refert, dicens: Domine, qui mihi dixiſti reuertere, & cæt. Dicendum, quod quantum ex ſerie huius literæ coniicitur, Eſau à principio veniebat ad eum animo nocendi. Coniicitur autem hoc primò ex hoc, quod cum quadringentis viris quaſi manu armata veniebat ad eum. Secundò, quia Deus conſolans ſuper hoc Iacob, non dixit ei, ne timeas, quia non venit contra te animo irato, ſed potius dixit, quod ſi fortitudine ſua Deum vicerat, multò magis poterat hominibus prævalere. Dato autem quod Eſau non pacificè veniret, nihilominus Iacob probabiliter poterat contrarium ſuſpicari. Ad illud autem de ſpe promiſſionis diuinæ dicendum, quod ſpes illa nec ſemper nec neceſſario excludit timorem ſenſualem vel naturalem, aut timorem ex humana ratione conceptum: ſed ſufficit quod excludit deſperationem, & illum timendi modum qui deſperationem inducit. Aliàs Ioſeph & Chriſti mater vt quid timuerunt in Iudæam cũ Chriſto venire, quia Archelaus ibidem regnabat, cũ certi eſſent Chriſtum contra ſuum beneplacitũ nõ poſſe aliquid pati? Prætereà licèt Deus promiſiſſet Iacob ſuam protectionem, modum tamen non omnino explicauerat ei, & ideo dubitare poterat an Deus permitteret vxores & liberos eius occidi, & ſic de multis damnis. Secundò quæritur de reuerentia quam exhibuit fratri ſuo, adorando, ſcilicet, eum: & vocando eum Dominum ſuum, & dicendo, quod ſuam faciem videret vt vultũ Dei. Quod verbum maximę adulationis fuiſſe videtur? Dicendum quod tam humanæ quàm diuinæ prudentiæ eſt ſcire ſe humiliare pro loco & tempore, etiam reprobis & indignis, & maximè vbi per hoc placatur ipſorum ira, & euitatur multiplex damnũ: eſt etiam hoc virtutis humilitatis. Prætereà licèt Iacob diuino inſtinctu fratri ſuo ſubripuiſſet benedictionem & primogenituram, nihilominus quia modus exterior quandam ſpeciẽ doli & iniuriæ contra Eſau prætenderat: idcircò decẽs fuit quod ſe illi humiliaret, & ſuppliciter veniam poſtularet. Prætereà indecẽs non fuit, quod fratri ſuo ætate maiori & temperaliter præpotẽti

*Quæſtio.*

*Spes promiſſionum Dei, qualẽ timorẽ excludit.*

*An Iacob adulationis vicio peccarit in nimia reuerentia fratri exhibita.*

Universidad de Deusto Biblioteca



exhibuit temporalem reuerentiam operis obſequio,& cõproba uit non odiſſe aut contemnere fratrem ſuum : ſed potius ipſum ex corde diligere & reuereri,& præcipuè cũ falſo cõtrariũ putaretur, Rurſus dicẽs & expediẽs fuit in hoc ipſo ſubinnui quod vis benedictionis & primogenituræ fratri ſuo ſubtractæ potius erat intelligenda quoad primatum gratiæ ſpiritualis, quã quoad primatũ dominationis & præſidentiæ temporalis. Dixit autem veraciter,vidiſſe vultum eius quaſi vultũ Dei, quia ſenſibiliter occurrerat ei,& admirabiliter timendus & reuerendus. Nã (quaſi) non deſignat ibi æqualitatem,ſed quandam ſimilitudinem & hyperbolicam,qua cõmuniter loquentes ſæpè vtuntur. Ex quo etiam vidit fratrem ſuum ad ſe placatum, vidit faciẽ eius ſibi ſenſibiliter valdè gratioſam:ita quod ex vtroque eorum potuit veraciter illud dici. *Mittóque nunc legationem ad dominum meum.* Videtur quod per legationẽ intelligat hîc non ſolùm ſeruos,ſed etiam munera:aliàs quare iuſſit quod ſerui ſui ex parte ſua præmitterent oues & boues,&c.niſi intenderet dicere, Ecce tanta bona ſunt mihi data à Deo, de quibus aliqua tibi tanquã domino meo mitto. *Minor ſum cunctis*,id eſt, ad nullam miſericordiam tuam mihi impenſam habeo condignã magnitudinem aut bonitatem:imò reſpectu omnium ſum deficiẽs & minor quã eſſe deberem. *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum.* Secundum quoſdam iſtud dicit,non quod Iordanis eſſet tunc ſibi præſens, ſed ipſum demonſtratiuè denotat,tanquam ſibi propinquum,& tanquam notum & famoſum in terra Iudææ,& fortè videbat eum, licèt à longè. Alij volunt quod ad literam eſſet tunc iuxta Iordanem Quod autem infrà dicitur tranſiſſe vadũ Iacob, inquiunt quod nomen tale ex tranſitu illo pars illa Iordanis, quam tranſuadauit,accepit. Alij verò ſequentes primum modum dicunt, quod Iacob eſt alueus à Iordane diſtans ab ipſo per duo milaria, & eſt in finibus Idumeæ:& inquiũt quod interpretationi nominis Iacob congruit,Iacob enim interpretatur puluis & lucta. *Ipſe verò manſit nocte illa in caſtris*,id,eſt,in Monaym, in loco,ſcilicet, præmiſſo. *Cũque maturè*,id eſt,feſtinè & ante diem, *ſurrexiſſet, remãſit ſolus*,cauſſa orandi,vt puto. *Et ecce vir luctabatur cum in eo.* Non puto quod eo modo luctaretur cum eo quo communiter luctẽtes: ſed potius quod Angelus ſiue Deus in ſpecie hominis ſibi apparens,precibus & attractiuis manibus & amplexibus tenebatur à Iacob,dũq; fingebat ſe omnino velle diſcedere, impellẽdo ſe ad receſſum,tũc Iacob firmius tenebat,&ad ſe trahebat,quaſi nitẽs ipſum ad ſe retinere, vſquequo preces quas pro ſaluatione ſui & ſuo



ſuorum ab Eſau ſibi porrigebat,exaudiret. Et hoc ſonant verba quæ Deus ſubdit,dicẽs: *Dimitte me.* Et quod Iacob dicit: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Qui cùm videret quod eum ſuperare nõ poſſet*,id eſt,non vellet bono modo, & loquitur ſicut cùm dicimus: Quæſtio
Deus non poteſt ſe negare ſuis amicis. Et non poſſe ſuperare,ſumitur pro non poſſe à manibus illius diuelli.

*Tetigit neruum femoris eius, &c.* Hoc fecit Deus, tum vt efficatiam ſuæ virtutis per quam facillimè poteſt omnibus præualere, ſenſibiliter experiretur etiam tunc cum Deo præualere videbatur:tũ vt viſionis memoria ſibi fortius infigeretur,& ſuis ex hoc plenius notificaretur. Nã ex tali effectu poſt viſionem in eo relicto,clarius patuit ſuæ viſionis exceſſus. Factum eſt etiam hoc in ſignum ſapientale & figurale, quod ſcilicet carnalis concupiſcẽtia quæ viget in femoris imo,ad tactum Dei marceſſit:& quod carno Iudæorum,& carnalis ſenſus legis & literæ per luctam ſeu pugnã Chriſti cũ eis erat exiccanda: & ideo claudicat Iudaiſmus, quia ima eius pars iuit ſurſum ad Chriſtum, & eſt benedicta ab ipſo:altera verò iuit deorſum,& ideo eſt ab humore gratiæ exiccata,propter quod veri filij Iſraël non comedunt neruum carnalis literæ quæ occidit, & quo viuere non poteſt robur potentiæ creatæ,imò ad præſentiã diuinæ potentiæ ipſa eſt pura paſſio & quaſi nihil. Si autem quæras, quare Deus ſic luctabatur quod luctantem ſuperare nollet? Ad hoc eſt prima ratio ad monſtrandũ ſcilicet efficaciam fortis & fiducialis orationis:tã illius quæ tunc erat in Iacob,quàm conſimilium. Vnde & ideo Deus fingebat ſe omnino receſſurum vt inſtantia precum fortius retineretur, & Notæ
quaſi violentaretur ſeu compelleretur ſuum rigorem flectere. Ideo enim à cordibus orantium ſæpius euolat & quaſi aufugit:vt fortius quæratur & trahatur,& violẽti rapiant illum. Et vt etiam doceat per hoc quod homo non eſt dign' illum habere,niſi fortius inſtet:ipſumque importunè propulſet. Secunda eſt ad figurandam luctam Chriſti,non cum ſpiritu Iacob, ſed cum carne brachio eius,id eſt,cum parte Iudæorum carnalium,à qua Chriſtus propter redemptionis noſtræ preciũ ſuperandus erat ad horam. In cuius ſignum ſcriptura vocauit hîc luctam, potius quã tractũ, & ſi ad literam ſpeciẽ habuit communis modi luctandi in cuius rei ſignum eſt factũ, & per conſequens & in ſignum luctæ Prophetarum,& Apoſtolorum,& conſimilium,cum carnali Synagoga ſeu eccleſia temporum ſuorum.

*Dimitte me,iam enim aſcendit aurora.* Nota quod loquitur ad modum alicuius Domini ſeu viri maturi & honeſti, qui erubeſcit

Universidad de Deusto
Biblioteca



videri luctari, vel aliqua ſibi non condigna agere. Vel loquitur ad modũ alicuius qui habet feſtinationem ad locũ alium recedendi allegans cauſam feſtinationis, quia omnino iam eſt hora eundi. Docẽs nos in hoc quod ex quo incipit quaſi vſq; prope diem cœleſtis gloriæ cordi illuceſcere: ex tunc ſe inacceptabilẽ eſſe dicit. Sed nihilominus quia iſte modum loquendi quandam humanam & ſocialem familiaritatem ſapit; idcirco Deus ad ſpeciales amicos ſuos aliquando tales modos loquẽdi habet, & ex hoc familiarius & ſocialius, & per conſequens fiducialius ſe ingerit cordibus eorum. *Quod nomen eſt tibi?* Interrogat non quaſi ignorans, ſed vt ex reſponſis aſſumat cauſam benedicendi.

*Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël.* Quaſi dicat, non ſolùm amodò ſupplantator hominum, vel ſuorum hoſtium diceris vel es: imò Princeps cum Deo. Cuius rationem ſubdit *Quia ſi contra Deum fortis fuiſti*, per violentiam ſcilicet, detentiuarum precum & importunarum pulſationum cum Deo pugnando, eiuſque rigorem ſuperando ſiue flectendo: quantò magis contra homines præualebis? Sed fortè quæres, Quid facit hoc ad benedictionem, cùm bonum iam habitum potius aſtruatur, quàm nouum aliquod donum detur? Dicendum quod iſtud eſt benedictio commendans & confirmás donum gratiæ primò datum, & ita animum Iacob amplius lætificans & confortans, & vltra hoc nõ ſolùm reſpectu Eſau, ſed etiam reſpectu omnis aduerſarij ſaltem humani, prædicit fore victorioſum. Et in hoc ipſo concluditur collatio efficatiæ, & promiſſio auxilij cõtra ipſos hoſtes, ac ſi diceret: Ne paueas, ſed eſto ſecurus, qui tuis violentis precibus apud Deum quanquam renitentẽ obtinuiſti, quod contra hoſtes tuos ſis præualidus & victorioſus. Poteſt etiam dici, quod præter hoc poſtmodũ benedixit eum, vnde paulò pòſt dicitur. *Et benedixit ei in eodem loco.* Nota autem quod ſecundum Hieronymum in hoc loco quod interpretatio quia in libro nominum Iſraël interpretatur nomen Iacob, id eſt, vir vidẽs Deum eſt violenta, vnde ſecundum eum propriè interpretatur, Princeps cum Deo, id eſt, Princeps fortis & præpotens ſicut Deus. Vel fortis à Deo, interpretatur etiam ſecundum eum, directus Dei.

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locũ tom. 3.*

*Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Senſus poteſt eſſe. Quod hoc dico mirabile eſt, nomen eius: vel quod nomen ſuum eſt ita mirabile, quod non eſt nobis comprehenſibile. Vtrumque tamen realiter redit in idem, quia ſemper deſignatur quod Deus non poteſt à nobis comprehendi, niſi per admirationem & superexceſſum ſuperadmirabilis tranſcendentiæ ſuæ. Sed nunquid

Iacob



Iacob non nouerat ipſum eſſe Deum, quando dixit ei, Non dimittam te donec benedixeris mihi: Aut quando ab ipſo audiuit. Si contra Deum fortis fuiſti, &c. Poteſt dici quod in parte nouerat, ſed nihilominus plenius & altius hoc ſcire cupiebat. Vel poteſt etiam dici quod ſancti in huiuſmodi viſionibus plus aguntur quàm agant. Vnde Deus ipſemet qui reſpondet occultè mouet eos ad interrogandum. Potuit etiam eſſe quod in principio non clarè diſtinxerit an perſona ſibi apparens teneret propriè perſonam angeli vel Dei.

*Vocauitque nomen loci Phanuel, dicens. Vidi Dominum facie ad faciem.* Phanuel enim interpretatur facies Dei. *Et ſalua facta eſt anima mea*, ſcilicet, ab omni humano nocumento & timore. Vel ſalua facta eſt in pleniori ſpe gloriꝫ & omni boni. Quomodo autem viderit Deum, ex his quæ alibi dicta ſunt, & etiam in lib. de angelica Hierarchia habentur ſatis patet.

## *CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.*

A*Dorauit pronus in terram ſepties donec appropinquaret frater eius*, Licèt non dicatur quod adorauerit Dominum aut fratrem ſuum, ſatis tamen innuitur, & etiam quod fratri ſuo de longè reuerentiam exhibuerit: vt ſic magis placaret animũ eius. *Et oues ac bones fœtas*, id eſt, fœtu plenas ſiue prægnantes, vel fœtas, id eſt, de nouo parientes, & à partu liberatas. Reuerſus itaque illo die Eſau. Hæc eſt ſexta pars hiſtoriæ Iacob, in qua narratur quomodo in Sichem peruenit, & quomodo ob violentam oppreſſionem Dinæ, populus Sichem à filiis Iacob occiſus fuit. Et Iacob venit in Sochoth. De quo dicit Hieronymus Sochoth vſque hodie eſt ciuitas trans Iordanem in parte Scitopoleos. Vnde & Iudicum octauo dicitur Gedeon tranſiſſe Iordanem, quando locutus eſt ad viros Sochoth, & inde condeſcendens venit in Phanuel. Ex quo videtur vera opinio illa quæ dicit quod Iacob nondum tranſiuerat Iordanem, ſed Iacob fluuium.

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Tranſiuitque in Salem vrbem Sichimorum*, id eſt, ſpectantem ad prouinciam ſeu regionẽ vrbis Sichem. De hac aũt vrbe dictum eſt ſupra decimo quarto cũ de Melchiſedech ageretur. Dicit autem Hierony. ſuper hoc loco quod Salem vel nomẽ fuit duarum vrbium, videlicet iſtius & Hieruſalem: aut iſta ſalem quę nũc pro Sichem nominatur habet accentum paululum ab accentu alterius declinatum, & tunc illa interpretatur pacifica, hæc autem

*Ibidem.*

Universidad de Deusto Biblioteca



conſummata atque perfecta. Vnde & in ſtatum ſequentibus dicit, quod ſecundum literam ſeptuaginta viri Sichem dicuntur viri pacifici, in Hebręo legitur ſalamium, quod Aquila interpretatus eſt conſummatos atque perfectos.

*Inuocauit ſuper illud fortiſsimum Deum Iſraël.* Fortè ideo vocatur hic fortiſſimus, quia liberauerat Iacob de manu Eſau, vel quia Iacob ad magis ſingularẽ ſenſum diuini operis per prædicta fuerat perductus. Nota pro myſteriis, quod per Eſau in hoc loco deſignatur pugna confratrũ & corregularium, de qua poſterioris ad Corinthios.11.dicit Apoſt. Periculis in falſis fratribus: quorũ caput, vt ibi pręmittitur transfigurat ſe in angelum lucis, & quia nullum bellũ acrius, quàm hoſtes domeſtici, & potiſſimè quando pro ſe colorem iuſtitiæ & maioritatẽ prælationis videtur habere: idcirco nullũ præliũ legitur Iacob ita fortiter timuiſſe, nec in aliquo Dei & exercituum angelicorum præſidium, ita ſibi aſtitiſſe, ſicut in iſto. Quibus multa temporalia non ſolum ſemel & bis, ſed ſexties & vltra ſunt relinquenda, imò & auferenda, cum temporali primatu quem appetunt: vt ſub cineribus cetus humilium quaſi panis ſubcinericeus conſeruetur, quãuis vbi hoc pręiudicat veritati aliter ſit agendum. Quòd verò populum ſuum in duas turmas diuiſit, ponens liberas poſt ancillas, & omnium poſtremo Ioſeph cum Rachele, moraliter deſignat ordinatum ſtatum mentis perfectæ: quia in loco vltimo debent eſſe dona ſuperiora, & ſic per ordinẽ vſque ad inferiora & extrema. Et per hoc intellige allegoricè ordinatum ſtatum eccleſiaſticæ familiæ, qui ſummo opere obſeruandus eſt in tempore periculoſæ pugnæ. Quamuis & per hoc figuretur ordo ſtatuum eccleſiæ ſecùndum diuerſa tempora eius, quia primo ſub lege naturæ quam ſcriptæ præceſſerunt ancillæ cum filiis ſuis: deinde ſecuta eſt vita actiua, & poſtremo erit contemplatiua cum prole ſua.

*Nota pro myſteriis.*

*Nullum maius periculum quam à falſis fratribus.*

*Allegoria.*

## CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

*EGreſſa eſt autem Dina.* Quomodo Iacob venit & inhabitauit circa Sichẽ hic ſubditur, & de oppreſſione Dinę, & de vaſtatione vrbis Sichẽ ex eo ſubſequuta. Et nota quod hoc non fuit factũ ſtatim poſt aduentum Iacob, tum quia Dina non habuit tunc vltra ſeptem annos, quando autẽ hoc cõtigit erat nubilis ætatis: tũ quia Symeon & Leui, qui in cõſilio cõ-

tra



tra Sichimitas principales fuerant vix habebãt tredecim annos, quãdo aũt contigit oportuit eos fuiſſe maioris roboris & ętatis, Nota etiam quod multitudo non parua ſeruorũ erat cum Iacob ex quibus aliqui cum Leui & Simeone cõtra Sichimitas fuerũt. Sed duo filij eius in hoc facto ſingulariter nominantur, qui facti eiuſdem principes & Authores fuerant. *Augete dotem,* illam, ſcilicet, quam maritus debet dare vxori. *Reſponderunt filij Iacob in dolo. Non poſſumus dare ſororem noſtram homini incircunciſo.* Quidam aiunt quod hoc inter cætera dicunt doloſe, quia nondũ hoc erat prohibitũ: niſi fortè de incircũciſis illius terræ Canaan, hoc ante legem ſcriptam à Deo ipſis prohibitũ eſſet. Sed quæritur, An Symeon & Leui peccauerint in facto iſto, & videtur quod ſic, tũ ex loco iſto, tum ex hoc quod Iacob penultimo ca. huius libri dicit, Symeon & Leui vaſa iniquitatis bellantia, maledictus furor eorũ quia pertinax. Sed contra hoc eſt, quia Iudith Deum in oratione ſua facta ſic alloquitur. Domine Deus patris mei Symeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum qui violauerunt & denudauerũt femur virginis: & dediſti eos in diuiſionem ſeruis tuis, quia zelauerunt zelum tuum, &c. Ad hoc eſt duplex reſponſio ſeu opinio. Prima eſt quod peccauerũt. Primò ratione iræ, Secundò quia in doloſo pacto, qui dolus, licet in omni pacto fœderis ſit illicitus & proditorius: vltra hoc etiam fuit hic ſacrilegus, quia fuit in tanto ſacramento, ſcilicet circunciſionis. Tertiò ſcilicet in interfectione non illius ſolius qui crimẽ ſtupri cõmiſerat: ſed etiam totius plebis. Et hoc in puncto, in quo valdè fuerant miſerandi: quia tunc ob vulnus circunciſionis vrgebantur acri dolore. Ad illud autem de Iudith dicitur, quod licet in illo facto habuerunt zelum Dei contra ſtuprum illud: tamen non habuerunt illud debitis circunſtantiis moderatum. Licet etiam Deus iuuerit eos in interfectione illorum, non ex hoc ſequitur quod ipſi fuerunt à peccato immunes: quia Deus multis ex cauſis iurat temporaliter peccatores. Secũda opinio eſt quod in hoc non peccauerunt, nec habuerunt dolum malum, ſed potius rectum & cauteloſum. Viri enim de Sichem erant facinorum participes: ideoque erant digni mori. Non enim videtur quod familia Iacob in totam plebẽ illius vrbis propter crimen vnius ſolius ſic exarſiſſent in iram: niſi ſenſiſſent quod erant participes & defenſores facinorum eius. Quòd verò Sichem conſenſit ſe & ſuos circumcidi, potius feciſſe videtur ob carnalem amorem puellæ: quàm propter fidem, aut amorem diuini cultus & religionis, populuſque eius potius ad hoc ſuaſus eſſe videtur ob amorem

*Vtrum Symeon & Leui peccauerint occidendo Sichimitas.*

*Iudith. 9.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Domini ſui temporalis, & ob ſpem commodi temporalis, quam propter aliud: & ideo nullam indulgentiam aut gratiam promeruerunt. Prætereà ſi filia Iacob & familia eius fecit hoc impiè & doloſe, tunc apud Deum & homines maxima pœna digni fuerunt: & tunc non ſuffeciſſet quod Iacob ſolo ſimplici verbo duos principaliores eorum increpaſſet, dicens.

*Turbaſti me, &c.* Nec videtur quod Deus curaſſet perterrere omnes vrbes vicinas, & non auderent perſequi eos, ſicut ſequenti capitulo dicitur factum eſſe. Prætereà hîc dicitur quod paruulos & vxores duxerunt captiuos, & deprædati ſunt omnia bona eorum: Ergo ſi iniuſtè hoc fecerunt, Iacob debuit reſtituere omnia illa, quod non legitur feciſſe. Prætereà Iacob infra capite quadrageſimo octauo legauit Ioſeph vrbem Sichem, quã dicit ſe tuliſſe ab eis in gladio filiorum ſuorum. Videtur autem quod hoc non diceret, niſi illud bellum iuſtum fuiſſet. Si dicatur quod Iacob loquitur ibi ſolũ de parte agri quã emerat, hoc ridiculoſum videtur, tum quia hoc eſſet donum quaſi nullius valoris, ac per conſequens non competens Ioſeph & pręcipuè in tali ſtatu, tum quia partem illius agri non acquiſiuit in gladio, ſed potius in pace, & pacifico precio. Hæc autem opinio ſumpta videtur partim ex quodam libro apochrypho, qui nominatur teſtamentum duodecim Prophetarum, vbi Symeon & Leui in ſuo teſtamento dicunt ſe hoc bono animo feciſſe, ita quod de hoc non ſe accuſant: imò potius commendant. Et ſecundum hoc ad verbum Iacob reſpondetur, quod, ſcilicet, ibi Propheticè loquitur de futuro ſcelere Phariſæorũ & Scribarum contra Chriſtum quaſi de præterito, & quod illud quod pro pœna maledictionis ſubditur, ſcilicet, illud, Diuidam eos ſeu diſpergam in Iacob, potius facit ad benedictionem, ſaltem reſpectu Leui, quia diuiſio illa in tribu Leui facta eſt per totalem mancipationem ipſius ad diuinum cultum: & per hoc quod decimas & oblationes pro ſorte hæreditatis accepit. Tertius modus eſt qui temperat modos prædictos, qui dicit quod Symeon & Leui hoc partim fecerint moti à Deo, partim in impetu zeli ſui. Vnde Richardus dicit, Illud ſanè dixerim, quod Dinæ fratribus meritò diſplicuit, meritò eos placare non potuit circumciſio: quæ non tam pro Deo quàm pro Dina facta fuit. Malum tamen in eis fuit ſeueritatis modum excedere: & in vleiſcenda iniuria, æquitatis menſuram minimè ſeruaſſe. Meritò ergo Iacob inconſultam eorum audaciam redarguit: ſeueritatemque tam in-

*Richardus.*

diſcre



diſcretam iuſtè reprehendit. Neque mirandum ſi idem opus ſecundum aliquid ſui eſt rectum, & ex zelo procedens: & ſecundum aliquid ſit temerarium & exceſſiuum: quando etiam verbum Caiphæ pro quanto fuit ab occulto Dei inſtinctu, fuit propheticum: pro quanto verò à praua intentione Caiphæ, fuit impium. Quod ſi dicas neque zelum ſanctum poſſe ad talẽ proditionem mouere, vt, ſcilicet, ſub ſpecie fœderis, & ſub promiſſione mutuæ pacis & amicitiæ matrimonium contrahatur, & hoc per ſacramentum diuinæ religionis aſſumptum: vt ſic fœderatorum occiſio perpetretur. Poteſt dici quod Deus viderat cor Sichimorum in hoc fœdere non intendere Deum, nec emendam ſcelerum, ſed ſolum pacem & voluntatem carnalem: idcirco non ex hoc ceſſauit cor filiorum Iacob mouere ad zelum vltionis, & ſimpliciter potuit eſſe quod filij Iacob ſatis aduerterent quod Sichimitæ nihil Deum timerent, neque in his Deum intenderent, ac per conſequens quod non erat expediẽs connubia cum eis inire: & pro tanto rectè potuerunt perſeuerare in zelo exterminij illorum. Sed quod abſque patris conſilio & deliberatione tali fœdere hoc perficere intenderint: non video quomodo potuit eſſe bonum. Pro quanto igitur hoc fuit à Deo & bonum, laudatur quidem à Iudith: pro quanto verò fuit malum, increpatur à Iacob. Si quis tamen dicat, quod ſicut ipſa Iudith iudicio diuino iuſtè potuit ſimulare ſe velle fœcundari cum Holoferne, vt haberet oportunitatem occidendi eum, & ſicut populus Iſraël potuit petere mutuum ab Aegyptiis quaſi ab amicis, abſque hoc quod intenderent reddere mutuata: ſic potuit & in propoſito fieri. Non contradico, quamuis non ſit ita mihi clarum in hoc caſu, ſicut in illis.

*Idem opus diuerſa ratione patet eſſe rectum et prauum.*

*Arreptis duo filij Iacob gladiis, ingreſſi ſunt vrbem confidenter.* ſiue audacter. An ſoli ambo fuerunt non claret omnino. Quidam volunt quod bene potuit hoc fieri à ſolis duobus propter vehementem dolorem, quem tunc ex circumciſione Sichimitæ habebant, & etiam propter ſpem fœderis initi, & maximè zelo iræ vehementis eos impetuoſe mouente. Alij volunt quod aliquos ſeruos ſuos ſecum habuerunt. Nota pro myſteriis quod moraliter Dina pro venuſta verecandia accipitur, ſicut tactum eſt ſuprà cum de tota prole Iacob moraliter ageretur.

*Nota pro myſteriis.*

Tunc per Sichem ipſam rapientem, & pro eius amore ſe & ſuos circumcidentem, deſignatur amor vanæ gloriæ: qui pro euitãdo detrimento potius, quàm propter Deum amputauit ſuorum

ſuperflua pudendorum, ne, ſcilicet, & impudentes, & ſine ve-
recundia eſſe videantur. Vnde rectè eius pater eſt Emor, qui in-
terpretatur aſinus, ipſe verò Sichem labor, vel humerus, quia
de amore propriæ excellentiæ qui eſt ſtultus vt eſt aſinus, naſci-
tur amor inanis gloriç, qui humerum ſuum ad laborem exterio-
ris circumciſionis ſeu pœnitētiæ ſubiicit, quod eſt proprium hy-
pocritarum. Qui toties Dinam quaſi nolentem opprimit: quo-
tiens mentem corruptionis ſiue confuſionis erubeſcentem, &
idcirco fortiter reluctantem etiam inuitā vſque ad turpem dele-
ctationem ſeu glorificationem trahit, quod non fieret niſi ipſa
exteri⁹ euagaſſet curioſe volēs inſpicere mulieres vicinas. i. infi-
ma forinſecæ gentis. Ex quo plerumq; contingit, quod ſuum de-
corem illorum infirmitatibus præfert, & ex hoc appetitus vanæ
gloriæ ipſam vehementius pulſat: cuius impetum dum repellere
non ſufficit, viribus Sichem victa ſuccumbit. Sed cum hoc ad Sy-
meonem & Leui, id eſt, ad doloris & ſpei notitiam peruenit: fit
aliquando dolor exceſſiuè ſe vlciſcendi. Neque poteſt Dinæ co-
pulari, niſi maſculorum, id eſt, morum ſuorum fortium & con-
ſuetorū præputia circumcidat, & Sichem, id eſt, amor gloriæ hic
deficiat. Sichem ſiue Dina, id eſt, gloriatio ſiue vereundia eſt glo-
ria imprudens, nihilominus Symeon & Leui, id eſt, dolor & ſpes
ſic aliquando ſe excedunt, quod non ſolū inanem gloriam abii-
ciunt: ſed etiam opera bona ex inani gloria inchoata, cum tamē
in talibus non debeamus aſſumptam morum honeſtatē deſtrue-
re, ſed intentionē mutare. Et nota quod tertio die circunciſionis
hanc ſtragem faciunt, tria eīn bona quaſi tres dies ſunt à circun-
ciſione morū rectè facta. Primū eſt bonitas & difficultas operis
extrinſeci. Secundū eſt puritas cordis ex hoc exquiſita & exerci-
ta. Tertium eſt præmium, & hoc apud Deum promeritum. In
mente igitur conſiderante ſe propter inanem gloriam cōſueta &
amante vitiorum opera à ſe amputaſſe, ſurgit dolor grauis, quia
non relinquitur ſine graui dolore quod poſſidebatur forti cum
amore. Cùm verò conſiderat ſe ex hoc non profeciſſe, ſed potius
capitale viciū incurriſſe, fit dolo grauior & iuſtior. Sed cùm ter-
tio conſiderat ſe ex hoc non promeruiſſe præmiū apud dominū
imo & æternum ſuppliciū meruiſſe, fit dolor grauiſſim⁹: & ideo
tunc inſaniunt Symeon & Leui, quia neſciunt patienter dolere,
neq; de morum ſic circumciſorum correctiōe ſperare. Vel quia
gladius Symeonis, id eſt doloris, eſt reprobatio mali cōmiſſi: gla-
dius verò Leui eſt exactio pœnitentiæ rigidæ. Solet etiā ſpes ni-
mium præſumens opera nimis fortia & dura exigere. Quid
eſt

Universidad de Deusto Biblioteca



eſt eīn aliud eos acceptis gladiis, Dinç amatores interficere, quā
exprobatione malorū etiam ineuitabilium, vel exactione abſti-
nentiarum, vel macerationum etiā impoſſibilium, non ſolum vi-
res corporis, ſed etiam vires mētis ſic attenuare, vt poſtmodum
nihil boni poſſit exercere? Vel generalius deſignat hic moraliter
periculum curioſæ euagationis, ex qua mens aliàs caſta etiam
inuita corrumpitur ab illecebris apprehenſis. Allegoricè autē per *Allegoricè*
Sichem ſignificatur Chriſtus, per Dinam autē decor ſynagogæ
pro qua Chriſtus humeros ſuos omni labori ſubiecit: Et ipſe eſt
filius aſini, vel quia ipſe apud Deum pro nobis fact⁹ eſt vt iumē-
tū, vel quia filius eſt ſanctorum patrum, qui ſe velut aſinos one-
ribus pœnitentiæ ſubiecerunt. Quia verò Chriſtus ſynagogæ cū
beneplacito Iudæorum non poterat copulari, niſi circumciſionē
& ſacramēta legalia à principio obſeruaſſet: ideo pro ipſius amo-
re ſe circumcidit. Sed quia Scribæ & Phariſæi Synagogā æſtima-
uerunt à Chriſto corruptam, ideò ipſum & eius diſcipulos impiè
occiderunt: Synagogam ſibi funditus abſtulerunt. Factumque
eſt hoc tertio die, id eſt, tertio anno ſuæ prædicationis ſeu perſe-
cutionis, in quo fuit ſuæ crucis grauiſſim⁹ dolor. Cōſiderādo ve-
rò factū Symeonis & Leui in bono, tunc per ipſos deſignantur
ſancti Doctores Eccleſiæ & Prælati, vt Petrus & Paulus, qui con-
tra Pſeudo apoſtolos & Chriſti Eccleſiæ corruptores, zelū miræ
ſeueritatis exercuerunt. Conſimiliter etiam contra hæreticos fa-
ctum eſt per ſubſequētes Doctores & Eccleſiæ Rectores: & hoc
in tantū quod apud quoſdā de maioribus qui hic per Iacob deſi-
gnantur, reputati fuerūt exceſſiſſe menſurā. Quia verò Eccleſiæ
Doctores non eſſent paſſi cum Pſeudo apoſtolis cōmunionē ha-
bere, niſi illi ea quæ fidei apertè repugnant, à ſe circumcidiſſent,
quod illi non verè, ſed ſimulatè fecerunt: idcircò fuerunt in eis
tres dies doloris. Fuit enim primò in eis dolor circūcidendo elo-
quia. Secundò fuit grauior dolor in circumcidendo ſenſum
ſiue intellectum carneum. Tertiò fuit in eis grauiſſi-
mus dolor circumcidere quæſtum cupiditatum
& guloſitatum. Et ideò per iſtum & in iſto
Paulus inuenit aditum ad detegen-
dū errores eorum &, ad ip-
ſos exterminandos de
Eccleſia Dei.

CAPVT

Universidad de Deusto Biblioteca



## CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

*INterea locutus eſt Deus ad Iacob*, Hæc eſt ſeptima pars geſtorum Iacob, in qua primò narratur receſſus eius de Sichē. Secundò aduentus in Bethel. Tertiò in Bethleē. Quartò trans turrem gregis. Quintò in Ebron ad patrem ſuum. Et in qualibet harum contigit notabile aliquid. In prima, ſcilicet, abiectio, & ſepelitio idolorum, & terrificato gentium eis conuicinarum. In ſecunda altaris ædificatio, & Delboræ mors & ſepelitio, Dei que ad Iacob apparitio. In tertia Bēiamin, parturritio à Rachel morsq́; illius & ſepelitio. In quarta Balæ à Ruben inceſtatio, Poſt quod & ſubditur duodecim, filiorum Iacob enumeratio. In quinta verò Iſaac mors & ſepelitio. *Interea locutus eſt Deus ad Iacob.* Hîc eſt notandum quàm ſolicitè regebat Deus patres iſtos. Quia enim nunc erat Iacob neceſſarium ſpeciale conſilium & auxilium Dei propter ſtragem Sichimorum, quæ omnes ciuitate vicinas concitauerat contra ipſum: Idcircò Deus nunc quinto apparet ei. *Abiicite deos alienos.* Quidam putant quod hoc dicatur pro Idolis Laban à Rachel furatis, ſed quia non eſt viriſimile quod tanto tempore perdurauerint apud Rachelem, vtpotè ferè per ſeptem annos vel amplius quibus ſteterant circa Sichem: idcirco, videtur magis de idolis raptis cum præda Sichimorum: *Et mundamini*, ſcilicet, corde & veritate. *Veſtimenta veſtra.* Hoc iuſſit fieri in expreſſius ſignum totalis reiectionis idolatriæ, ritusq́ue gentilis, & priſtinæ cōuerſationis, quantum ad minus bene acta: vt ſit quaſi altera innouatio diuini cultus. *Qui exaudiuit me in die tribulationis meæ.* Ex hoc patet quòd prima viſio Dei facta ſibi in Bethel fuit facta ſibi primitus petenti auxilium Dei in fuga ſua.

*Dederunt ergo ei omnes deos alienos.* Ex hoc patet quod alij præter Rachelem ſibi idola dederunt. *Et inaures quæ erant in auribus eorum*, ſcilicet idolorum. Voluit enim quod non ſolum idola, ſed etiam ornamēta idolorum à ſe abiicerent. Vel fortè inaures quas à Sichimitis acceperant in deteſtationem gētilis laſciuiæ & ſuperbiæ abiici fecit. *At ille infodit*, id eſt, infra foueam ſepeliuit. Nota quòd noluit ea fundere, & materiam eorum conflatam retinere: ſed potius omnino reiicere & ſepelire, ſubter therebintum, quæ
*Iſidor. li. 17.* ſecundū Iſidorum, eſt arbor generās reſinā omnium præſtantio
*Etimol. c. 7.* rem, & ſecundum Papiam habet fructus modicos, qui mandi poſſunt



poſſunt, *Mortua eſt Delbora.* Nota quòd niſi ſciptura myſteria intenderet in narrationibus ſuis, non eſt veriſimile ꝙ mortē Delboræ plus quàm mortem Rebeccæ curaſſet. *Ad radicem Bethel* id eſt, ad pedem vrbis illius. *Et appellauit eum Iſraël*, Suprà prius promiſerat ipſum ſic appellādum: hic verò ſibi de facto nomē iſtud imponit, vel hoc nomen ſibi ante impoſitū hic plenius cōfirmat Fecitq́; hoc in ſignum perfectioris virtutis & principatus ipſius Iacob, & in ſignū maioris aſſiſtentiæ Dei ad eum, & etiam in ſignum quod ſupplantatione hoſtium ingenioſa aſcenditur & eſt aſcendendum ad Dei viſionē ſeu contemplationē, & ad Dei inſuperabilē principatum, *Terrámque quam dedi Abraham*, ſcilicet promiſſione, vel dedi in mea prædeſtinatiōe æterna, *libans*, id eſt, fundens, vel ſacrificaturus ſuper illud libamina. Libamina erant propriè liquidorum ſacrificia, ſcilicet, vini vel olei: ſed aliquando ſumitur pro ſacrificio de pane vel de ſimila glutinata.

*Quæ ducit Euphratam*, id eſt, Bethleem, Non quod iam tunc ſic vocaretur, poſtmodum enim ſic vocata eſt ex nomine vxoris Caleph. *Pater verò appellauit eum Beniamin, id eſt, filium dextræ*, id eſt
virtutis, ſecundum Hieronymum. Errant qui putant Beniamin *Hierony. in*
filium dierum interpretari: quia cùm hic ſit iamin in n. termina- *Hebr. quæſt.*
tū, ſignificat dexteram vel virtutē, Deum verò terminatur in m. *ad hunc lo-*
eſt idem quod dies, *Erexitque Iacob titulum*, id eſt, lapidem vel la- *cum tom. 3.*
pides in inſigne memoriale, *Trans turrem gregis.* Hieronymus *Ibidem.*
dicit Hebræos velle hunc eſſe locum vbi poſtea fuit ædificatum tdmplum Salomonis: de quo Michæas dicit, Et tu turris gregis nebuloſa filia Syon, &c. Et dicitur turris gregis, id eſt, congregationis & cœtus. (& ſubdit.) Sed ſi ſequamur ordinem viæ potius, eſt locus paſſorum iuxta Bethleem, vbi vel grex angelorum in ortu Domini, vel Iacob pecora ſua ponit loco nomē imponēs vel, quòd verius eſt, quodam vaticinio futurū iā tunc myſteriùm in hoc monſtrabatur, & ob illud ſic prius erat locus ille vocatus. *Abiit Ruben, & dormiuit cum Bala*, An illa cōſentiente, aut dormiēte, aut reluctante hoc Rubem fecerit, non claret. *Erant autem filij Iacob duodecim*, quia nūc Beniamin fuit ortus, & duodenarius numerus filiorū Iacob cōpletus: idcirco nunc repetit numerū filiorū eiꝰ. *Hi filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia.* ſ. pro maiori parte, Nam Beniamin non fuit ibi natus. Vnde more ſcripturæ ſynecdochicè loquitur, *Venit etiā ad Iſaac.* Si de primo aduentu pſonalis viſitationis loquitur, ſatis eſt mirabile ꝙ tāto tempore deſtiterit viſitare patrē ſenē & cæcum. Propterea videtur quod ſolum loquatur de illo aduētu, quo cū tota familia & gregibꝰ ſuis venit

Universidad de Deusto Biblioteca



*Nota pro myſteriis.*

māſurus cū patre ſuo in Hebreon. Nota pro myſteriis, quòd deleta ſynagoga & idolatria gētiliū ſub feruida fide & deuotione fidelium, qui poſt deſtructā ſynagogam fuerūt ſepulti: erectus eſt cultus Dei in ſede Eccleſiæ, quæ eſt verè Bethel, id eſt, domus Dei. Tūcque Delbora.i. loquax ꝓphetia Iudęorū eſt ad plenū mortua, & ſub radicali fide Eccleſię, vt ſub quercu, id eſt, ſub robore Chriſtiani imperij, quòd eſt quercus fletus ſeu deſolationis ſepulta: quamuis ſit neutrix Rebeccæ, id eſt, Eccleſiæ. Nam ex quo Romanū imperiū fuit vbiq; ſubiectum iugo Chriſti, nō apparuit locus prophetandi alterū Chriſtū: túncq; tā Chriſtus, quā Chriſtianus populus eſt dict⁹ Iſraël, id eſt, Dominic⁹ participās & videns Deū. Poſt hoc autē ſequitur tempus vernale & floridum vt veniatur ad Euphratā, id eſt, ad frugiferā terrā, ſeu ad Bethleē, id eſt, ad domum panis, vbi virgo peperit Chriſtū: & poſt hoc Rachel id eſt contemplatiua eccleſia pariet filiū poſtremū.ſ. contēplationis ſuperexceſſum ſeu ſtatū extaticū, qui propter dolorē partus dicitur à matre bēnoni.i. filius doloris: ſed à Deo filius dextræ ſiue iubili & gloriæ. Et nota quod tam moraliter quàm allegoricè Rachel moritur in hoc, tū quia non intratur ad ſupermūdanos ſuperexceſſus, niſi cū Chriſto tota crucifigatur & ſepeliatur, tū quia in matre i. in mente vel eccleſia, ante iſtū partū eſt aliquod corpus carneū, quod in hoc partu eſt neceſſario moriturū, ſicut obiit ſynagoga in partu Chriſti, & populi Chriſtiani, tūc igitur trans turrē gregis, id eſt, vitæ gregalis ſeu animalis ibitur. Sed ſicut in exitu Chriſtiani populi de gregali vita ſynagogæ, primogenitus.ſ. populus pro parte ad ipſum conuerſus inceſtauit Balā cōcubinā eius, & pro eo zelo corrupto, legis cæremonias adamauit ſic & in partu extremo qdā primogeniti cū ancilla euāgelici ſtatus concūbent temporalia ſub typo pfectionis euangelicæ, inſtar Pſeudo apoſtolorū quærentes & amātes. De hoc autem tangetur etiā infra vltimo, vbi de Ruben ſermo fiet. Poſtremo autē redibit Chriſtus, ſcilicet, per gratiā ad patres, id eſt, ad Iudæorū populū, vnde exiuit, moraturus cum eis vſq; ad finē: vt per mortem extremi iudicij ducat eos in cœlum.

## CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

HÆ *autem generationes Eſau.* Hîc incidenter hæc pars interſeritur, vt ſciatur benedictio ſupra ſcripta etiam in Eſau tēporaliter fuiſſe impleta, & ſciamus quod etiam malis Deus plerumque dat temporalia bona, tum propter merita patrū, tum propter aliqua quæ ipſi fecerunt. Et primò narrat generationem

Eſau



Eſau factam in terra Chanaan. Secundò quomodo inde receſſerit, & manſit in monte Seyr, ibi, *Tulit autem Eſau.* Tertiò repetit breuiter generationes eius, vt referat generationes filiorum eius ibi, *Hæ autem ſunt generationes Eſau.* Quartò narrat quod quatuordecim filij filiorum eius prænominati fuerunt duces, ibi, *Hi duces filiorum Eſau.* Quinto, ibi, *Iſti filij Seir Horræi*, ponit genealogiam patris Horræorum, qui dona miſerat Eſau in terra Edom. Quod ſecundum Hieronymum in parte facit, quia Channa, concubina Eliphatæ primogeniti Eſau fuit filia iſtius Seir Horręi Poteſt etiā dici, quod facit hoc vt ſciatur quā potētē gentē expulit Eſau de terra illa. Sextò enumerat reges de genere Eſau: qui regnauerunt in terra illa, antequam filij Iſraël haberent regem, ibi, *Reges autem.* Septimò enumerat duces & ducatus ſtirpis Eſau, quòd poſt præfatos reges habuerunt, ibi, *Hæc ergo nomina ducum Eſau.* Aliter nominat ibi quàm prius, nam quas ſupra vigeſimoſexto nominauit Iudith & Baſemath, hîc vocat Ada & Olibama. Filiam verò Iſmaël ſupra nominatam, Melat hîc vocat Baſemath.

*Hieron. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Tulit autem Eſau, &c.* Nota quòd licet ante mortem patris receſſerit & manſerit in terra Seir, vnde ſupra decimotertio dicitur, quòd reuerſus eſt Eſau itinere quo venerat in Seir: hîc tamē refertur quod hoc poſt mortem patris plenius fecit, & hoc magis ſonat verbum quod ſubditur, ſcilicet, quòd receſſit à fratre ſuo, *Eſau patris Edom*, id eſt, Idumæorū populus qui ex eo genit⁹ dictus eſt Edom, ſicut & ipſe dux *Theman* Secundum Hiero. ex nominibus iſtorū ſunt interpoſita nomina regionibus & gentibus Idumęorū quia ſicut fecerant diuerſas familias, ſic ſibi diuiſerūt terras illas. *Iſti filij Seir Horræi.* Secundum Auguſt. in libro quęſtionum ſuper Geneſ. quidam putāt quòd Seyr fuit pater Horræorū qui eos genuit. Hieronymus verò incipit verſum ibi, *Horræi habitatores terræ fuerunt*, ſcilicet, *Lotan & Zobal, &c.* & legit illud, *iſti filij Seir.* cum præcedentibus. Poſteà enim dixerat, *Iſte eſt Edom, & hi filij Seir.* Et ſubdit. Hieronymus Eſau, & Edom, & Seyr vnius eſt nomen hominis. Quod autem ſequitur: *Et Horræi habitantes terram & reliqua*, Poſtquam enumerauit filios Eſau, altius repetit & exponit qui ante Eſau in terra Edom Principes fuerint ex genere Horræorū. Hæc Hieronymus. Sed pro primo facit, quia poſteà ſubditur, Hi duces Horræi filij Seir. Quòd autem filij Eſau deleuerint Horręos, habetur Deuteronomij ſecūdo. *Iſte eſt Ana qui inuenit aquas in ſolitudine*, Hieronymus dicit, ꝙ apud Hebręos ſunt de hoc variæ opiniones, vbi autem nos habemus, qui inuenit aquas calidas, ſeptuaginta legunt, qui inuenit. τὸν ἰαμείν.

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3. Cap. 120.*

*Hiero. loco nunc citato.*

*Hiero. loco citato.*

*Ibidem.*

T

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et quidã putant per Iamin, maria ſignificari, quia eiſdẽ literis maria ſcribunt: & tunc dicũt quòd inuenit maria, id eſt, congregationes aquarum, quæ iuxta idioma Hebrææ linguæ maria nũcupantur, quòd ſcilicet ſtagum in deſerto reperit, cuius rei inuẽtio rara eſt in eremo. Alij verò putant aquas calidas hoc nomine ſignificari ſicut fit in lingua Punica, quæ vicina & cõiũcta eſt Hebrææ Et fortè pro magno eſt habitũ quod fontẽ aquę calidæ ibi inuenerit. Linguã autẽ punicã videtur Hieronymus hîc vocare, linguã Phœnicã, id eſt, prouinciæ Phœnicis, in qua ſunt Tyrus & Sydon: licèt alibi ſæpè ſumatur pro terra Africana & Mauritana. Alij putant Onagros ab iſto primo admiſſos eſſe ad aſinas, & ipſum primo huiuſmodi concubitum inueniſſe: vt ex his naſcerentur velociſſimi aſini, qui vocantur Iamin. Alij verò putant qđ equarũ greges ab aſinis in deſerto ipſe fecit primus aſcendi: vt muli inde contra naturam naſcerentur, & ſecundum iſtos Iamin idem eſt quod aſſociatio. *Reges autem qui regnauerunt in terra Edõ antequam haberent Regem filij Iſraël fuerunt hi, &c.* Quidam volunt quod totum illud quod de Regibus & Ducibus Edom ſubditur, fuerit additum ab Eſdra, vel ab eo qui librum Paralipomenõ edidit, tum quia Moyſes non potuit hiſtoricè omnia iſta ita narrare, quia Duces qui poſt Reges hîc ſubduntur, fuerunt poſt omnes iſtos Reges, ſicut in 1. Paralipomenon dicitur. Non eſt autẽ veriſimile quod Moyſes Propheticè per modũ hiſtorię prędixerit futura tanquã pręterita hiſtoricè narrãs, tũ etiam quia rectè de Paralipomenon primo videtur aſſumpta. *Habitauit autẽ Iacob &c. Hæ ſunt generationes*, ſupple quę ſupra ante generationes Eſau præmiſſæ ſunt. Hoc author ſubiunxit, tum vt, quia dixerat quod Eſau de Chanaan receſſit in terram Edom, ordinatę ſubiũgeret, quòd Iacob inſtar patrum habitauit in terra Chanaanitum etiã vt quaſi incidenter generationibus Eſau inſertis rediret ad Iacob, de quo, & cuius filiis eſt vlterius proſecuturus, quia de Ana

*Nota pro myſteriis.*

ſic ſignanter dicitur, ꝙ inuenit aquas calidas in deſerto, &c. Nota de hoc breue myſteriũ. Horræi enim, de quorũ genere eſt Sobal, liberi vel iracundi interpretantur, Sabeon verò pater eius interpretatur ſtatio dolens, aut eloquentia inutilis, Ana verò donũ & gratificatio. Nota igitur qđ de iracundia & libertate mũdanorũ, naſcitur dolor cordi iracundo infixus, & eloquentia ſterilis, arrogans, & verboſa: quæ tamen ſic placet mundanis, quod complacentiam ex ipſa genitam vocant donum aut gratiã. Vnde de eloquentia faſtuoſa donum ſecularis gratiæ dicũt naſci, quæ tantã habet vim vt etiam in deſertis cordium ſylueſtrium, & fero

cium



cium, aquas calidas & ſulphureas, feruidi ſcilicet & ſulphurei amoris inueniat: quando huiuſmodi gratia paſcit non anglos quidem, ſed aſinos patris ſui.

## CAPVT TRIGESIMVM. SEPTIMVM.

I*Oſeph cùm ſedecim eſſet annorum.* Hîc narratur venditio Ioſeph, & primò refertur huius occaſio ſiue cauſa. Secundò refertur modus ipſius, ibi, *Cúmque fratres illius.* Tertiò palliatio huius criminis facta Iacob patri eius, ibi, *Tulerunt autem.* Quartò patris dolor implacabilis, ibi, *Quam cùm agnouiſſet pater.* Quintò Ioſeph reuenditio à primis emptoribus facta, ibi, *Et illo perſeuerante in fletu* Dicit, ergo, *Cùm ſedecim eſt annorum.* Ergo poſt hoc factum vixit Iſaac tredecim annos, quia Iacob poſt decem annos à morte Iſaac intrauit Ægyptum, & tunc erat Ioſeph triginta nouem annorum, ſicut ex ſubſequentibus patet. Nota ꝙ in hac parte triplex cauſa iniuſti odij contra Ioſeph ponitur, prima eſt accuſatio quæ vtiq; fuit iuſta & pia, quia dixit hoc primi cuius erat corrigere, & qui præſumendus erat prodeſſe potius quã obeſſe. Secũda eſt Ioſeph à patre prædilectio maior, & in ſpeciali tunicæ, & conſimiliũ præhonoratio. In quo eſt notandũ quod etiã in ſanctis ſunt plerũq; quędã amoris teneritudines ad minores & innocentiores, etiã ad deliciatus eos ſecũdũ corpus fouendos. Nota etiã quod in hoc ipſo quãquã iſti ſancti patres eſſent diuites, cõmuniter tamẽ induebãt filios ſuos ſatis ruſticanè: aliàs non referretur hic tunica prędilecto ſpecialiter data Ioſeph. Tertia cauſa odij fratrũ eſt relatio ſomniorũ de ſua prętatione ſuper fratres, & ſuper totã domum patris ſui futura. Nota etiã quod horribile eſt odiũ inuidiæ, quia omnia motiua amoris præcipua, ſumme vertit in oppoſitũ: Accipit enim vt ſibi cõtrariſſima quæ amãtiſſima ſunt. Vnde naturalis fraternitas Ioſeph & ei⁹ iuſtitia & innocentia, & omnimoda gratioſitas apud Deũ, & apud patrẽ, & apud alios, fortius incitabat fratres ad inuidiã: & in tãtũ qđ nõ poterãt illud celare in corde, imò cõpellebat eos ad loquẽdũ ei indignãter & æmulatoriè, & hoc nõ in vno verbo, vel in duob⁹: ſed in omnibus Vnde hic ſignãter ſubditur qđ non poterãt ei quicquã pacificè loqui. *Accuſauitque fratres apud patrẽ crimine peſſimo.* An omnes fratres, an ſolum filios ancillarum cum quibus paſcebant gregẽ accuſauerit, nõ claret: nec etiã de quo crimine accuſauit eos. Quidã tamẽ dicũt quod hoc ſynecdochicè dicit̃ propter Rubẽ, cuius inceſtũ patri denunciauit, ſed hoc non patet ex textu:

Universidad de Deusto Biblioteca



& nihilominus contra hoc facit,quia ſolus Ruben legitur reſti-
tiſſe ꝓditioni fratrum contra Ioſeph & multũ doluiſſe de hoc fa
ćto.Quidam autem dicunt quòd filios ancillarum accuſauit de
peccato contra naturam.Sed neq; hoc ſcitur.Vnde nobis ſufficit
quod veraciter de aliquo veriſſimo crimine eos accuſauerit.*Iſra-
ël autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eò quòd in ſenectute ſua ge-
nuiſſet eũ.* Satis eſt mirabile de cauſa prædilectionis hic reddita,
tum quia Ioſeph ſatis citò poſt alios fuit genitus. Omnes enim
præter Beniamin infra ſeptem annos ſunt nati,tum quia in tam
ſancto patre non videtur fuiſſe ratio ſufficiens iſta ad prędiligen
dũ,tũ quia ſecundum hoc Beniamin fuiſſet amplius prædilect⁹,
videtur ergo quod hoc ſit ſecundum literã ſic poſitũ pro cauſa
aliqualiter inducente,ſed ꝙ hîc myſticè innuatur,alia cauſa prin
cipalior & ſpiritualior. Verùm eſt quidem, quòd ſenes cæteris
paribus prædiligunt filios in ſenectute genitos, quia omni ho-
mini abſolutè rememoratio ſeu imaginatio præſtantis adhuc vir-
tutis in ſeipſo eſt delectabilis:& ideò ſeni eſt delectabile,quod vi
det ſe habuiſſe virtutẽ ad procreandã,ꝓlẽ & nouitas prolis op-
poſita vetuſtati quandam recõpenſationem iocunditatis adfert
menti ex vetuſtate languenti.Principalis tamẽ cauſa prædilectio
nis Ioſeph fuit æſtimatio pręcellẽtioris bonitatis eius,& pręele-
ctionis eius à Deo Et ad hoc æſtimãdũ inducebatur Iacob ex eo
quod poſt omnes generat eũ,& de vxore prima facta poſtrema:
Ipſe autẽ tã in Iſaac quàm in ſeipſo probauerat Deum frequen-
ter præeligere poſteriores, ſciebátq; Chriſtũ ex ſe in nouiſſimo
tempore naſciturum, eſſe omnibus prioribus filiis pręferendũ.

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Fecítque ei tunicam polimitam,* Hieronymus habet variã, dicens,
quòd pro varia,Aquila habet talarem,id eſt,vſque ad talos deſcẽ
dentẽ.Symmachus verò manicatam,Aut quia manibus artificis
erat mira varietate diſtincta,aut quia habebat manicas,Antiqui
enim magis vtebantur colobiis. Eſt autem colobiũ veſtis longa
ſine manicis.Dicitur autem polimita à polis quòd eſt pluralitas,
& mitas,quòd eſt gutta:quaſi pluribus guttis vel colorib⁹ tincta.

*Audite ſomnium meum quod vidi.* Sed nunquid malè faciebat ta
lia ſomnia referendo,& maximè quibus protẽderetur eũ eſſe de
bere caput fratrum ſuorũ,& etiam parentũ?Dicendũ quòd ſicut
huiuſmodi ſomnia ſibi diuinitus mittebantur à Deo, vt futura
ipſius ſublimatio plenius in poſterũ cognoſceretur à Deo fuiſſe
præuiſa & præordinata:ſic ex eadẽ cauſa impellebatur à Deo ad
referendum fratribus illa. Vnde & ſignanter ſcriptura ſubdit,
*quòd pater hoc audiens rem tacitus conſiderabat*, tanquam vtique
ſentiens



ſentiens quod aliquod magnum prætendebant. Dato etiã quod
ex quadam pura & innocenti ſimplicitate huiuſmodi refert,non
ideo malè faciebat,vnde bene poterat hoc fieri abſque peccato.

*Et odij fomitem,* id eſt,nutrimentum odij, *Nunquid ego & mater
tua & fratres tui adorabimus te ſuper terram?* Quidam dicunt quod
mater Ioſeph adhuc tempore ſuæ venditionis viuebat. Sed cõ-
tra hoc arguitur ab aliis quia paulò pòſt dicitur, quòd pater mi-
ſit eum de valle Ebrõ in Sychem. Ex quo patet quod Iacob iam
tunc venerat & ſtabat in Ebrõ. Supra autem dictũ eſt, quòd in-
ter receſſum eius de Sychẽ,& aduentum eius in Ebrõ, mortua
eſt Rachel dum veniret in Betheleem.Prætereà Dina erat adhuc
ſatis puella quando oppreſſa eſt in Syche,& conſtat quod ipſa e-
rat antiquior quã Ioſeph,Ioſeph autem erat ſex annorum ad mi
nus quando venditus fuit,Ex quo ſatis apparet quod hoc de Io-
ſeph fuerit poſt deſtructionem Sychem.Benè tamen potuit eſſe,
quòd ſomnia iſta viderit & retulerit,matre adhuc viuente,& ideo
pater benè potuit dicere.Nunquid ego & mater tua, &c. Quã-
uis etiam ipſa iam mortua nõ minus rationabiliter hoc dixiſſet,
*Paſcunt oues in Sychimis,* id eſt,in territorio ſeu in paſcuis Sychem. *Hierony.*
*In Dothaym,* Hieronymus in libro locorum dicit,quòd Dothaym
vſque hodie duodecimo miliario à Sebaſte,id eſt,à Samaria con
tra Aquilonis plagam oſtenditur.*Ecce ſomniator venit,* Cùm ſom-
niator ſonet frequentiam,quaſi habitum:quomodo ex ſolis duo
bus ſomniis ſupra relatis vocant ipſum ſomniatorem? Poteſt di-
ci,quòd etiam aliqua alia habuit & retulit,ſed hæc duo ſpeciali-
ter narrantur:quia magis faciebant ad cauſam inuidiæ. Vel põt
dici quod mens inuidia etiam pauca exaggerat quaſi multa & cõ
tinua.*Et non interficiamus animam eius,* id eſt,ipſum,pars enim ſu-
mitur pro toto.Vel animam eius, id eſt, vitam corporalem eius
*Aromata,* id eſt,ſpecies aromaticas.*Reſina,* dicitur à reti, quòd eſt
dimanare,vel dicitur à reſi,addẽdo na,& eſt gutta arboris,*Stactẽ,*
verò eſt gutta,quæ dicitur mirra.

*Vendiderunt eum Iſmaëlitis,* hos eoſdem vocauerat paulò antè
Madianitas,& hoc ipſum facit in fine capituli,dicens,quod Ma-
dianitæ vendiderunt Ioſeph in Ægypto. Ex quo videtur,quòd
Madian qui fuerat filius Abrahæ de Cethura fuit, ſicut ex Agar
Iſmaël,& quod ex hoc nomẽ vnius populi ex vno alteri attribua-
tur.Vel fortè iſti erant Iſmaëlitæ ex genere,Madianitę virò habi-
tatione:quia ſcilicet manebant in terra Mandianitarum,vel ecõ-
tra.*Viginti argenteis,* Secundum Hieronymum ſeptuaginta habẽt,
viginti aureis, & ſubdit, quòd pro aureis in Hebræo habetur

*Hierony. in heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

argenteos. Quidam tamen non legunt hîc viginti, ſed triginta. *Et ego quò ibo*, id eſt, quomodo abſque puero ad patrem meum ridebo? Videtur quod Ruben tanquam primogenitus, & patri pro inceſtatiõe Balæ iam obnoxius, timebat ſingulariter de morte Ioſeph accuſari à patre.

*Mittentes qui ferrent ad patrem & dicerent. Hanc inuenimus vide, &c.* Nota quòd ipſi maiorem criminis ſui occultationem non per ſe portant tunicam primi, ſed faciunt quod aliqui alij deferant, & etiam quod illi videantur quaſi dubij, an illa tunica fuerit Ioſeph vel nõ, *Sciſſiſque veſtibus*, Mos fuit antiquorum inſignum doloris ſcindere veſtes. *Noluit conſolationem accipere*, id eſt, non potuit, vel etiam dictabat ſibi magis lugendum.

*Infernus quid in ſcriptura ſæpè ſignificet.*

*Deſcendam ad infernum ad filium meum*, id eſt, in limbum inferni, tunc enim animæ ſanctorum illuc deſcendebant. Notant aliqui quod vbi nos habemus infernum, in Hebræo ſæpius legitur nomen ſignificans foueã: & quod poteſt ſignificare ſepulchrum vel infernalem fouam ſiue lacum.

*Hierony. in hebr. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Vendiderunt Ioſeph Putiphari eunucho.* Secundum Hieronymum & ſecundum Hebræos hic eſt ille cuius filiam Ioſeph dicitur accepiſſe vxorem, infra quadrageſimoprimo, & dicunt, quòd hic eunuchus anticipatiuè dicitur, quia nõdum erat eunuchus, imò mercatus fuerat Ioſeph ad turpem abuſum ob nimiã pulchritudinem eius: ſed virilibus eius arefactis à Deo eſt poſtmodũ electus ad pontificatũ vrbis Heliopoleos, iuxta morem ἱερέων, qui vt videtur ꝓpter caſtitatẽ eunuchos in ſacerdotes eligebãt.

*Ibidem.*

Alij verò dicunt quod iſte eſt alter ad illo magiſter militum. Secundum Hieronymum ſeptuaginta habent archimagiros, & ſub dit, quòd in pleriſque locis, archimagiros, id eſt, cocorum Principes pro Magiſtris exercitus ſcriptura cõmemorat. Nam ἀγειρεῖν græcè interpretatur occidere. Et ſecundum Magiſtrum hiſtoriarũ apud plures nationes dapifex principis honorabilior eſt & princeps militum.

*Hiſto. ſcholaſt.*

*Nota pro myſteriis.*

Nota pro myſtriis quod allegoricè Ieſeph in omnibus factis ſuis tenet expreſſiſſimum typum Chriſti qui à Deo patre miſſus eſt ad fratres ſuos Iudæos, qui tunc erant potius filij ancillarum quàm liberæ, id eſt, plus carnale quàm ſpirituales: propter quod Chriſtus non quaſi ad homines, ſed quaſi apud Deum loquens, eorum vicia fortiſſimè arguit, & publicè accuſauit. Inſuper & ſe tanquam Deum ac Regem & pontificem omnium, quaſi ſub ſomniorum parabolis proponebat: intantum quod dicebat ſe Dominum legis & Sabbati, & ideò ipſum ſummè oderunt & ſibi inuiderunt, & in ciſternam veterem,

id eſt



id eſt, in mortis vetuſtæ foueam proieceſtrũt, dicẽtes, quòd fera peſſimua, id eſt, culpa eius grauiſſima, hoc fecit. Dicẽdo etiã vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas. Si filius Dei es, ſaluũ fac temetipſum, quaſi tunc diceret: Ecce ſomniator venit, occidamus eum, & videamus quid illi proſint ſomnia ſua. Quidam tamẽ ex maioribus, vtpotè Gamaliẽl & Nicodemus, & Ioſeph ab Arimathia, inſtar Ruben & Iudæ, pro ipſo ſteterunt. Quamuis Iudas etiã illos poſſit hîc deſignare, qui fecerunt vt traderetur Gentilibus, id eſt, Pilato, dicentes, quod eis nõ licebat occidere quenquam, ne ſuum Paſcha contaminarent. Et ſecundum hoc per ciſternam veterem deſignatur vetuſta malitia Sacerdotũ vel Synagogæ, carens aqua pietatis: in qua Chriſtus tunc fuit proiectus, quando ipſum cœperunt, & in domo Annæ & Cayphæ deluſerunt. Pro quanto verò Iudas venditionem Ioſeph cõſulit, deſignatur hic Iudas qui triginta argenteis vendidit Chriſtum: & tunc per Iſmaẽlitas deſignantur Iudæi, qui iuxta Apoſtolum ad Galathas quarto, ſunt allegoricè filij Agar, qui de Galaad, id eſt, de aceruo teſtimonij ſcripturarum fragantium diuini cultus & legis portabant in Aegyptum, id eſt, Gentibus: vel in Aegyptum ipſam, ſcilicet, incurrando ad ſuos carnales affectus. Qui rectè dicuntur Madianitæ. id eſt, inclinati ad ſuos carnales affectus, aut contradicentes vel diiudicantes: & tunc per fratres Iudæ, deſignantur fratres & diſcipuli Chriſti, qui ab ipſo retroceſſerunt, dicentes, Durus eſt hic ſermo. Illud autem ſignificatur per tunicam talarem & variam, quod per tunicam Chriſti inconſutilem, Chriſti, ſcilicet, charitas, & indiuiſibilis vnitas: variis virtutibus & ſpiritalibus ſenſibus adornata. Hac autem Chriſtum denudauerunt, in quantum ipſum blaſphemum & impium, & legi Dei contrarium eſſe dixerunt. Et hoc ipſum eſt intingere tunicam eius in ſanguine hœdi, & ex hoc populo Iacob ſuaſerunt Chriſtum à fera peſſima culpæ propriæ deuoratum. Ex hoc etiam ſenſus propheticus & paternus manet vſq; hodie deſolatus: ita vt nihil ſpiritalis conſolationis det populo illi. Deo tamen ordinante venditus eſt ab eis Putiphari eunucho, qui prius quidem inclinauit eos ad diſſecandum fidem Chriſti, & populum eius. Vnde interpretatur os inclinans ad diſſecandum. Sed tamen eius concupiſcentia, poſtmodũ eſt per Spiritum Chriſti caſtrata & caſtificata. qui benè dict⁹ eſt Princeps militiæ Pharaonis: quia etiam poſt cõuerſionem Romanorũ Imperatorum ad fidem, plures mundi Principes, qui Chriſti fidẽ anteà perſequebãtur, receperunt. Conſimilis in parte allegoria pro electis

*Quid deſignatur per Ruben & Iudam ſaluare volentes Ioſeph.*

*Quid per tunicam polimitam deſignatur.*

Universidad de Deusto Biblioteca



finalis eccleſiæ Chriſti cõfigurandis, poteſt hîc formari quæ expertis in ſpiritu ſatis patet, & experientia plenius edocebit. Moraliter autem ſumẽdo per Ioſeph virtutem diſcretionis & prouidẽtiæ prout ſuprà ſiebat, cùm de tota prole Iacob moraliter ageretur, tunc ille eſt qui à patre merito prædiligitur: quia etiã in ſenectute habetur, & quia nulla virtus ſine hac diſcretione cõquiritur aut cõſeruatur aut perficitur: Imò ſine hac omnes deficiũt vel excedunt. Huius eſt cunctis imponere debitũ ordinẽ & menſuram: & ideo qui eius conſilio nõ acquieſcit, virtutis nomẽ amittit. Hîc igitur eſt qui fratrum ſuorũ arguit negligentias & exceſſus, & hinc oritur inter ipſum & fratres ira & diſcordia implacabilis, quia monita & præcepa ac conſilia eius vidẽtur ei omnino dura & importabilia. Quid enim difficilius quàm in omni ſuo facto nunquam ordinem confundere nunquam menſurã excedere: & in omni affectione ſua modum ſeruare? Quia etiã animus virtutibus fulgens ſeipſum tamen per diſcretionẽ non profundè diſcutiens, ex adulantium acclamatoria laude vſque ad crimen hypocriſis illabitur aliquando: quod teſte Chriſto eſt crimẽ peſſimum, & ab ipſo ferè ſuper omnia crimina impugnatum, ideo prudentia ad patrẽ, id eſt, ad animũ à quo eſt genita rediens accuſat crimine peſſimo fratres ſuos, quia etiam alienæ prudẽtię & conſilio facilius acquieſcunt erroris ſui tenebras cognoſcentes: quã de ſua iuſtitia vel prudentia præſumentes. Hoc eſt quod Ioſeph æmulantur ſui, venerantur alieni: & quem Hebræi vendũt, Ægyptij emunt. Et quia etiam hic in duobus ſingularem habet prædominantiã, ſuper fratres & etiã ſuper patrem & matrem. ſ. in recollectione meſſium refectiuarũ & illuſtratione præclara: hinc eſt quod eius manipulum, manipuli fratrum adorant, & eius lucem, ſol & ſtellæ mirantur. Fatura mala & pericula alterius & ſublimius perſpicit, præuidet, ac prædicit, ideo ſomniator vocatur: & hoc eſt inter cætera intollerabile cordi, ſemper, videlicet, formidare, & pauorũ tonitruoſis turbinibus agitari. Propterea igitur de facili in ciſternam veterã obliuionis. ſ. & negligẽtiæ ab eis mittitur, vbi quidem eſt veræ ſapientiæ aqua, tuncque fratres ſedent vt comedant, quia tunc pro libito quæcunque placent faciunt. Et quia magiſteriũ verbi adhuc ſibi retinent, ideò prudentiæ doctrinã quam odiunt vendunt etiam mercatoribus ſapientiæ ſecularis: retinentes ſolum ſuperiorem tunicam eius, quàm cum ſanguine ſuarum carnalitatum & impietatum cruentant: tuncq; dicant quod non ipſi diſcretionem huius quaſi bonam & vtilẽ reiecerunt, ſed potius ſuus ferox & crudelis exceſſus ipſum

Moraliter totam hiſtoriam exponit.

occidit



occidit & maculauit. Nota tamen quod abſente Ruben vẽditur, qui & de hoc plurimum expauet, & ſine illo redire ad patrem: quia niſi timor Dei poſtponeretur & abſentaretur à corde, non fieret venditio tam impia & proditioſa: Per Ruben enim timor intelligitur ſicut patuit ſupra.

## CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.

*Eodem tempore deſcendens* Iudas, Hîc interſeritur hiſtoria iſta quæ cõtinet quoddam ſingulare. Et primò oſtenditur quomodo Iudas ex vxore Chananæa tres filios habuit. Secũdò quomodo Thamar duobus Iudæ filiis primis ſucceſſiuè nupſit, ſed ex eis propter eorum nequitiam non concepit. Tertiò quomodo tertium fillium ſibi dare diſtulit. Quarto quomodo Thamar ex ipſo Iuda concepit. Quintò quomodo ex ipſo concepiſſe probauit, & quomodo per hoc à morte liberata fuit. Sextò quomodo geminos peperit. *Eodem tempore deſcendens*, Aug. in lib. quæſtionũ ſuper Geneſim dicit quod hoc neceſſario fuit ante venditionem Ioſeph, & ideo largè ſumendum eſt hoc quod dicit, *eodem tempore*, quia à vẽditione Ioſeph vſque ad ingreſſum Iſraël in Ægyptum, non fuerunt niſi viginti tres anni. Cõſtat autem quod duo filij Iudæ erant adultæ ætatis antequam ducerẽt Thamar. Et vt hinc colligit Auguſtinus multi dies tranſierunt antequam Thamar haberet ex Iuda Phares & Zaram: & tamen infra 46. dicitur quod Phares ante ingreſſum Aegypti habuit duos filios, ſcilicet, Eſron & Amõ, & ideo oportet quod Iudas eſſet valdè adoleſcẽs quãdo primo duxit vxorem. *Fuitque Her nequam in conſpectu Domini*, id eſt, ſecundum quoſdam abutens vaſculo vxoris: vel alio genere nequitię. *Ingredere ad vxorem fratris tui vt ſuſcites ſemen fratri tuo.* Ex hoc patet quædam cæremonialia fuiſſe per inſpirationem diuinã à patribus inſtituta & ſeruata. Ratio aũt huius legis triplex fuit. Prima, ſcilicet, vt in hoc doceretur, quod ex charitate fraterna ſeu fraternitatis dilatione cõiugiũ erat ſumendũ: & proles ex ipſo quærẽda. Secunda, ſecundũ Chriſ. eſt, quia ante Chriſti reſurrectionẽ: erat mors quaſi deſperatũ & incõſolabile damnum, & præcipuè quando quis non ſolum in ſe, ſed etiam in ſua poſteritate videbatur omnino extinctus, & ideo in huius cõſolationẽ fiebat, quod vxor fratris quæ ſine prole defuncta maneret, à ſuperſtite fratre duceretur, ſic quod filij fratri defuncto aſcriberẽtur vt ſic quodãmodo eius nomen in eis & memoria viueret

*Aug. c. 120. tom. 4.*

*Chryſoſt.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertia ratio eſt myſtica,ſcilicet,ad figurandũ, quod Chriſto pro
nobis mortuo,debemus prolem ex eius eccleſia ſuſcitare potius
quã nomini noſtro:& potius q̃ ſoli noſtrę vtilitati ocioſe vacare.
*Et Hyras opilio gregis*,id eſt,paſtor ouium eius.Ex hoc patet,quod
ſuprà Iudas diuertit ad iſtum tanquã ad ſuum paſtorẽ qui Odo-
lamites erat patria, ſcilicet, vel natione : ſicut dicitur Moabita à
Moab,vel Ammonites ab Amon. *Aſſumpſit feriſtrum*, id eſt,pal-
*Hierony. in* lium,& dicitur eſſe genus palij ſubtilis inſtar veli. *Sedit in biuio iti-*
*Heb. quæſt.* *neris*, Secundum Hieronymum pro biuio , in Hebræo habetur
*ad hunc lo-* nomen quod ſonat in oculos,quia in biuio,ſiue, in compito de-
*cum tom. 5.* bet viator diligentius inſpicere,quod iter gradiendi capiat.

*Dimitte me vt coëam tecum.* Non mireris ſi filij Iacob præter Io-
ſeph & Beniamin quædem immunda , & impia in ſua iuuentute
fecerunt quãuis poſtmodum in patres diuini populi ſunt electi
& inſtituti à Deo:quia expediẽs fuit poſteris ſcire,quod ſicut qui
dam electi ſunt innocẽtes & in innocentia permanſuri:ſic quidã
poſt crimino ſos lapſus erigerentur in altum,ſicut in Paulo,& Pe
tro,& Magdalena apparet.Et nota quod quia ira & cõcupiſcẽtia
de facili abũdat in iuuenibus,hinc eſt quod quidã ex filiis Iacob
per immoderatam iram exceſſerunt:quidam verò per luxuriã.Et
quia inter fratres de facili incidit æmulatio , quando aliquis eo-
rum notabiliter perfertur eis , & maximè ſi hic ſit ætate poſtre-
mus:ideo etiam cõtra Ioſeph per inuidiam grauiter peccauerũt.
Sed valde mirum eſt,quomodo Thamar , quãdo iuit ad illud bi-
uium , credidit quod Iudas concupiſceret intrare ad eam , cùm
non probaſſet Iudam hactenus aliquam præter vxorẽ propriam
cognouiſſe: & quod de Iuda ſic intrante ſtatim ſe concepturam
crederet. Ex quo ſatis apparet quod Thamar non ex concupi-
ſcentia , ſed amore prolis ex ipſo habendæ totum hoc fecerit.
Poteſt tamen dici quod ex deſiderio huius euentus voluit pro-
bare ſi ſic eueniret : & ſi ſic , bene quidem. Sin autem quod eſſet
occultum etiam ipſi Iudæ.

*Patiar quod vis ſi dederis mihi arabonem*, id eſt, bonam arram ſeu
bonum pignus,ſicut ex ſequentibus patet.vel volebat habere ab
eo ſolum aliquod ſignũ,ex quo ſi ex Iuda conciperet : poſſet ipſi
Iudæ probare ſe concepiſſe ex eo , *Habeat ſibi* , ſcilicet, hanc rem
quam retinuit,vel habeat ſibi,id eſt,ſibimet imputet defectum ſo
lutionis. *Certè mendacij nos arguere non poterit* , ſcilicet, commodè
quamuis in quibuſdam ſint aliqua vitia , vtpotè lubricitatis vel
conſimilium,nihilominus ſunt in eis notabiliter aliquæ virtutes,
quæ ſunt argumentum & ſpes,quod adhuc illi ad magna ducen-
tur



tur.Vnde Iudæ erat tanta legalitas & veritas,quod etiam mere- *An eſſet*
trici nullatenus volebat frãgere fidẽ pretij promiſſi.Sed eſt ne ta *melius quod*
le pactum meretrici ſeruandũ?nónne melius eſſet dare illud pau *pro miſſum*
perib⁹,aut in aliquos vtiles vſus cultu Dei neceſſarios:& maxi- *eſt meretrici*
mè cùm contractus meretricus ſi ex ſe vitioſus & contra legem *pauperi dare*
Dei?Contra ius etiam naturale eſt quod aliquis vel aliqua vẽdat *quàm illi.*
corpus ſuum ad vſum fornicatium.Dicendũ ſecundum Auguſti *Auguſt.*
num in libro de bono coniugali , quod licèt fartum & adulteriũ
mala ſunt,tamenpeior eſt qui neque fidem ſeruat adultero, ne-
que furi : vtpotè ſi cum fure ſuo pepegit quod omnia furta ſua
condiuidat,& poſtea ſibi totum rapiat :longè plus peccat quàm
ſi partem ſocio condiuideret. Vlterius ſciendum quod licèt con
tractus meretricius ſit reſpectu ſuæ materię vicioſus, nihilomi-
nus ipſa fidelitas quæ includitur in obſeruantia pacti: non eſt vi
cioſa , ſed bona , licet etiam mulier corpus vendat ſiue locet ad
vſum nepharium,locat tamen rem ſuam, & ideo verè facit pre-
tium locationis coporis ſui: atque ita abſque eius conſenſu non
licet illud alteri dare,imò eſt ſibi ſoluendum.

*Dixit Iudas,Producite eam vt comburatur.* Sed quo iura & qua-
authoritate Iudas hoc fieri iuſſit?cùm ipſe non eſſet princeps il-
lius terræ,nec Thamar maneret tunc in domo eius,ſed in domo
patris ſui:neque eſſet tunc vxor alicuius filiorum Iudæ ? Dicen-
dũ quod ſuppoſito quod Iudas hoc iuſtè fecerit, quod aliqua au
thoritas cuilis ibi interfuit,quamuis hoc non exprimatur. Licet
autem Thamar non eſſet actu copulata filio Iudæ,erat tamen in
ſpe & fortiori vinculo quàm ſit contractus ſponſalium : ſicut ex
præmiſſis in hoc capitulo ſatis habetur , eam eadẽ lege,qua poſt
primũ fratrem,ſecundo nupſerat : fuiſſe ordinatum quod nube-
ret tertio. Præthereà non oportet quod Iudas iubendo dixerit ꝙ
combureretur,ſed potius ſic requirens iuſtitiam ab his quorũ in
tererat:eius autem fuit requirere,pro quãto ſibi & filiis ſuis vide
batur Thamar iniuriam feciſſe. *Iuſtior me eſt.* Secundũ Hierony- *Hiero.in*
mũ in Hebræo habetur,iuſtificata eſt ex me,id eſt, ex compara *Hebr.quæſt.*
tione mei ipſa eſt iuſta:& hoc modo minus malus poteſt dici iu- *ad hunc le-*
ſtus,reſpectu peioris.Iuſtior enim vel min⁹ iniuſta fuit illa quoad *cum tom.3.*
duo.Primò ſecundum Hieronymum,quia ipſa non vt Iudas va- *Ob duas*
nam turpitudinem,ſed ſolum liberos requiſiuit. Secundò quia *cauſas Tha-*
Iudas eam fraudabat coniugali copula filij ſui,& in ſolam recõ- *mar fuit iu-*
penſationem eius ipſa hoc fecit.In quantum tamen ipſa ſcienter *ſtior quàm*
cõcubuit cum ſocero,ille autem nõ ſcienter cũ nuru , intantum *Iudas.*
ipſa plus peccauit. *Ligauit coccinum*,id eſt,filium coccineum,cocco

Universidad de Deusto Biblioteca



*Coccus quid ſit.*

ſcilicet intinctum & rubricatum. Coccus autem eſt flos, in cuius coma inuenitur vermis: ex cuius ſanguine tingitur rubeus color. *Quare diuiſa eſt propter te*, id eſt, à te eſt dirupta maceria. Maceria

*Maceria quid ſit.*

propriè eſt murꝰ lapidis ſine cæmēto, ſed hic ſumitur pro quadā pellicula: in quia inuoluitur infans in matrice, quę & dicitur ſecūdina: quia ſequitur puerū in partu. Quia ergo Phares naſcēdo diuiſit hāc pelliculā cùm tamē alter viſus fuerit debere primò naſci & primò diuidere eam: ideo vocauit eū Phares, id eſt, diuiſio: alterū verò appellauit Zarā, id eſt, Oriens, fortè prius apparuit. Si quæratᷣ, quare hoc capitulū de Iuda inter hiſtorias de Ioſeph interſeruit, & non potius eā præmiſit, cùm primò contigiſſe ꝓbetur? Poteſt ad hoc duplex ratio reddi. Prima eſt, quia concept’ Thamar ex Iuda (propter quē conceptum, totum hoc principaliter refertur) fuit poſt venditionē Ioſeph. Secunda eſt, quia licet Iudas fuerit natus ante Ioſeph: illi tamē fuerunt primogenita data. Vnde primi Paralipomenon cap. 5. dicitur, quod primogenita Rubē data ſunt filiis Ioſeph. Sed de Iuda inter fratres fortiſſimo. Principes geminati ſunt. In ſignū ergo huiꝰ primogenituræ voluit primò inchoare à Ioſeph. Vnde & Deus primò plantauit ſedem ſui cultus in tribu Effraim ſicut in Sylo, ſicut habetur Ioſue decimooctauo, quam plantauerit illā in ſtirpe Dauid, ſeu in tribu Iuda. Et ſicut etiā tres fuerūt tribus principales, ſcilicet Sacerdotalis quæ de Leui, & Regalis quæ de Iuda, & tribus Effraī filij Ioſeph. Sic Moyſes de tribꝰ iſtis tribubus principaliter ſcripſit, neq; tanta ſolennitas tribus Leui vſque ad electionē Moyſi & Aaron apparuit, ideo non ita ſolenniter nunc tangit generationē Leui, ſicut facit Exodi ſexto, & tandem in libro Numerorū. Tertiò poteſt ad hoc ratio myſtica dari, quia poſt venditionem Chriſti, Iudas, id eſt, Iudaicus populus ab altitudine & rectitudine fidei deſcendit, & diuertit ad paſtores ſeu doctores literæ ſuæ, qui deſignantur per Hyram. Hyra enim interpretatur pater meꝰ videns. Qui eſt Odollamites, id eſt, teſtamentū, in aqua, ſcilicet, frigidæ,

*Nota pro myſteriis.*

& inſipidę literæ, ibique Iudaicus populus vxorem erroneam duxit de aqua, & neque filios generauit. Nota igitur pro myſteriis, quod per Thamar Gētilitas deſignatur, cui priores filij Iudęorū cōmixti, propter eorum idolatriam à Deo ſunt occiſi, iuxta illud Pſalmiſtæ: Cōmixti ſunt inter Gentes, & ſeruierunt ſculptibilibꝰ eorum, & factum eſt illis in ſcandalum. Quidam verò ex eis zelātes gloriam legis & ſuæ carnis, non curauerunt ꝓpagare in Gentibus cultum Dei, quia videbāt, quod ſi per circuncīſionē in Deū traherentur, nō ſibi aſſcriberetur fides eorum: propter quod & à

Deo



Deo ſunt deleti, maximè quia quidam ex eis ſcilicet, pſeudo apoſtoli ſemen diuini verbi fundebant in terra, id eſt, in terreno ſenſu literæ, & in quęſtu cupido terrenorū. Cùm igitur Iudęorū Prīcipes nollent cæteros filios Gentibus cōmiſceri, & iā vxor Iudę Synagoga ſcilicet, amica gratiæ eſſet extincta: tūc Gētilitas ſpiritu Dei ducta adhæſit legi & Prophetis eorum, accipiēs ab eis ꝓ arra annulum fidei, & armillam fortitudinis, vel fibulā pectoralis munditiæ, & baculū authoritatis Chriſti. Et ex his tandē probauit ſe cōcepiſſe à ſpirituali ſenſu legis & Prophetarū: ac per cōſequens eſſe dignam vita nō morte. Neque curauit illa de hœdo promiſſo & miſſo, id eſt, de ſocietate vel ritu populi legalis, in hircina pelle cæremonialiū gloriantis. Benè autē dixit, *Sedere in biuio*: ſeu in oculos, q̄a optimè ſciuit videre diuerſas vias literæ occidētis & gratiæ viuificantis: quamuis Iudas cæcus nō cognouerit eam eſſe nurū ſuam, ſeu de domo ſua. Per Phares autē & Za-

*Quid per Phares & Zaram deſignatur.*

ram ſecundū ſanctos, Iudaicus & Chriſtianus populus deſignantur: & hoc duobus & quaſi oppoſitis modis. Primo quidem per Zarā, quod interpretatur Oriens, intelligitur Chriſtus & eius populus, de quo Zachariæ 6. dicitur. Ecce vir, Oriens nomen eius. Qui quidem quoad intentionem diuinæ prædeſtinationis & promiſſionis, primò viſus eſt debere egredi, & in virtute operū in eiꝰ fide, factorum primò manum emiſit, vnde & deuotæ animæ coccinum ſuæ charitatis ligauerūt manui eius, optantes quod prior egrederetur: ſed illo retrahente manū perfectæ gratiæ in fine tēporū dandæ, egreſſus eſt populus Iudæorum, qui per ſpecialem ritum & zelum à germanitate Gentiū eſt diuiſus. Secūdo modo per Zarā deſignatur Iudaicus populus, qui primò quaſi ad fortia opera manū emiſit, quando ait, Omnia quę locutus eſt Dominꝰ, faciemus, prout habetur Exodi vigeſimoquarto. Et ſapiētia Dei vel Moyſi, Coccinum ſacrificiorū ſanguinis animalium in manu ligauit, vt per adiutoriū legis, prior àd opera moralia egrederetur. Sed tādē illo ab operibus gratiæ retrahēte manū, egreſſus eſt Chriſtus pelliculam cæremonialiū diuidens, & mediū parietē maceriæ ſoluens, id eſt, carnales inimicitias: quę inter duos populos Iudæorū & Gentium erant, prout docet Apoſtol ad Epheſios ſecundo: Poſt hæc autem orietur in tanto lumine gratiæ populus Iudæorū: vt oriens meritò nominetur. Non autem mire-

*Iudas nunc in bono, nūc in malo accipitur.*

ris quod eundem Iudam, nūc in bono accipimus nunc in malo, quia ſicut in eodem Iudæi nomine, intelligitur Iudæus ſecundū carnem, & Iudæus ſecundū ſpiritum, & ſicut ab eodem Iuda deſcenderunt Iudæi carnales, & Iudęi ſpirituales: ſic gerit & myſte-

Universidad de Deusto Biblioteca



ria diuerſorum. Non etiam mireris ꝙ Thamar ſumpta pro Gentilitate, alterum filium eius ſumpſimus pro populo Iudæorum: quia alterum myſterium habet Thamar reſpectu Iudæ, & priorũ virorũ ſuorũ: alterum verò reſpectu filiorum. Non enim oportet myſteria iuxta cõtinuationem hiſtoriæ ſemper ſibi inuicem continuari. Si tamen vis cõtinuare, tũc Sua vxor Iudæ tenet duplicem figuram. Primò, ſcilicet, humanæ naturæ, de qua Deus in duabus primis ætatibus mũdi, duos nequam filios habuit, quorum primum occidit in diluuio: ſecundum autem in diuiſione linguarũ tẽpore idolatriæ, Et tũc per Thamar deſignatur plebs ad cultum vnius Dei parata quæ à ſanctis Patribus finaliter cõcepit, primò quidem Iudaicum populum: & deinde Chriſtianũ. Secundò tenet Sua typum Synagogæ iuxta modum primo præmiſſum. Prout verò per Thamar intelligitur Eccleſia Chriſti, tũc ipſa ab initio concepit gemellos, quorũ prior qui fuit ex Iudæis ad Chriſtum conuerſis prior manum emiſit: ac deinde per plurium incredulitatem retraxit. Sed tãdem in fine cùm plenitudo intrauerit gratiæ plenius naſciturus. Non mireris etiã, ſi aliquãdo ex factis malis & turpib' trahim' myſteria ſancta & pulchra. Primò, quia nullum factũ eſt ita malũ, quin habeat aliquid in ſe de natura boni & pulchri. Et quantũ ad hoc nihil inconueniens eſt ſi ſumatur in ſpiritale ſeu in figurale myſterium ſummi boni. Sicut etiã licèt aurũ ſit longè precioſius & pulchrius, quàm atramentum, nihilominus ad clarè ſcribendũ ac legendum & ſignificandũ Deum per hoc nomen Deus: longè plus valet ſcriptura de atramento nigro, quàm ſcriptura de auro. Et ſic etiam benè Auguſtin' ait, tertiò de doctrina Chriſtiana, Quid prodeſt clauis aurea, ſi aperire quod volumus nõ poteſt? aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt quod volumus, quãdo nil aliud quærimus niſi aperire quod clauſum eſt?

*Sua vxor Iudæ duplicem figurã tenet.*

*Aliquando ex factis prauis trahũtur myſteria ſancta.*

*Aug. li. 3. de doct. Chriſt. cap.*

## CAPVT TRIGESIMVM NONVM.

IGitur *Ioſeph ductus eſt in Aegyptum.* Hic agitur de tribulatione, & duplici magnificatione Ioſeph. Repetitur etiam venditio eius Aegyptio viro. Secundò ſubditur magnificatio Ioſeph apud illum, ibi: *Fuit Dominus cum eo.* Tertiò impetitio eius ab vxore domini ſui, & tandem diffamatio & incarceratio, ibi: *Poſt multos itaque dies.* Quartò eius magnificatio in carcere, & tandem plenior extra carcerem, ibi: *Fuit autem Dominus cum illo,* extra

tra



ra carcerem, incipit ibi: *Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Nec quicquam aliud nouerat niſi panem quo veſcebatur.* Id eſt, nõ curabat de aliqua re domus ſuę, niſi ſolùm quod haberet ad comedendũ. *Apprehenſa laſcinia,* id eſt, ora, vel extremitate veſtis.

## CAPVT QVADRAGESIMVM.

A*ccidit vt peccarent,* ſcilicet, cõtra Regem. *Duo eunuchi,* Pincerna & piſtor. Secundum Hieronymum. Ille erat Princeps vinariorum, id eſt, vini diſpenſator vel propinator, qui, ſcilicet, porrigit ex officio ſuo poculum domino ſuo. Et ne vile (ſicut ait Hieronymus) putetur officium, cum etiam apud Reges barbaros vſque hodie maximæ dignitatis ſit, Regi poculũ porrigere. *In qua erant propagines,* id eſt, tres rami. *In gemmas,* id eſt, in germen, quod in principio de vite procedit inſtar gummi, vel paruuli lapilli: qui tandem in flores & folia ſe expandit. *Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat,* id eſt, dies tertius celebrationis ſui natalis. *Reſtituitque alterum in locum ſuum, &c. alterum ſuſpendit, &c. vt coniectoris veritas probaretur.* vt hic nõ legitur cauſſaliter, ſed conſequutiuè, id eſt, ita hoc factũ eſt, quod ex hoc probata ſeu manifeſtata eſt veritas coniectoris, id eſt, Ioſeph diuinitus coniicientis, ſeu præuidentis & interpretantis futuram veritatem, ſomniorum illorum. *Oblitus eſt interpretis ſui,* id eſt, nõ curauit rogare Regem pro ipſo, nec fortè aliquod ſpeciale beneficium ſibi exhibere.

*Hierony. in Hebr. quaeſt. ad hunc locum tom. 3.*

## CATVT QVADRAGESIMVM PRIMVM.

P*OST duos ãnos,* ſcilicet, ab ĩcarceratiõis Ioſeph. *In culmo vno,* Culm' eſt ſtipes herbæ vel ſpicę: & eſt dictus culmus quaſi calam'. *Deuorantes omnem priorum pulchritudinem,* id eſt, facientes tradi obliuioni pulchritudinẽ primarũ. Vel fortè in viſione videbatur ſibi, ꝙ iſtæ quaſi adurerẽt & conſumerilent las. *Pauore perterritus miſit ad omnes coniectores Aegypti.* Somnium hoc fuit à Deo Pharaoni immiſſum: & ſic fuit etiã pauor & ſtupor admirabilis ſibi ex hoc immiſſus & relictus. Quod factũ eſt vt requiſita à variis interpretatione, tãdẽ veniretur ad Ioſeph: & ſic tam ipſe quàm Deus & Dei ſapientia in eo magnificè monſtraretur & exaltaretur. *Confiteor tibi peccatum meum,* id eſt, quod hactenus contra Regem cõmiſi: propter quod Rex iratus miſit me in carcerem. *Vidi ſomnium,* quod, ſcilicet, erat

*Cur ſomniũ iſtud à Deo fuit Pharaoni immiſſũ.*

Universidad de Deusto Biblioteca



præſagium futurorũ, id eſt, prædictio vel prædiuinatio futurorũ *abſque me*, id eſt, abſq; mea humana prudentia. *Deus reſpondebit, proſpera Pharaoni*, id eſt, proſperam interpretationem & ſalubrem Pharaoni. *Et obeſis carnibus*, id eſt, rotundis & vehemẽter craſſis, quaſi obeſe educatis & impinguatis. *Vireta carpebant.* Viretum eſt vbi creſcunt herbę virentes, qualia ſunt circa ripas aquarum. *Quæ deuoratis, &c.* Senſus eſt, quod ſeptem boues macilentæ ex comeſtione priorum pinguium, non apparuerũt in aliquo impinguatæ, imò ita macilentæ & ſqualidæ, ſicut prius. Squalor autem eſt pallor, vel ſordes, vel tabes: vel ariditas corporis macie confecti. *Dixit quoque Rex ad Ioſeph: Ego ſum Pharao abſque tuo imperio.* id eſt ego ſum Rex, qui volo quod omnes obediãt tibi. Eſt autem Pharao commune nomen Regum apud Ægyptios, ſicut Cæſar apud nos. *Filiam Putipharis Sacerdotis.* Secundum Augustinum libro quæſtionũ ſuper Geneſi, Credibilius exiſtimatur hîc eſſe alter ab illo, cuius Ioſeph fuit ſeruus. Hieronymus tamẽ putat quod ſit idem. Eliopolis verò eſt vrbs Ægypti, & interpretatur ciuitas Solis: nam Elyos Græcè idem eſt quod Sol.

*Aug. c. 136 tom. 4. Hierony. in Heb. quæſt. in Ge. c. 37. & ad hunc locum to. 3.*

*Vt arena maris coæquaretur*, Per hyperbolem ſignificat grandem exceſſum abundantiæ tritici iã recollecti. *Manaſſes*, interpretatur obliuio: & Effraim, creſcens, vel augmentum, vel fertilitas. Et ex hoc patet ratio impoſitionis horum nominum ad Ioſeph. Poteſt autem hîc quæri, An Ioſeph habuit aliquod lumẽ habituale, per quod poſſet inueſtigare & ſcire ſignificationes ſomniorũ aut viſionum? Et videtur quod ſic, quia in tribus ſomniis quæ hic interpretatus fuiſſe narratur, non dicitur quod Deus tunc in ſpeciali illas interpretationes reuelauerit ei, & ipſe etiã antequã ſpecificarentur ei ſomnia illi, videbatur cõfidere & ſentire, ſe habere à Deo facultatem intepretandi illa. Vnde ad pincernam & piſtorẽ dicentes ſibi, Somnium vidimus, dixit: Nũquid non Dei eſt interpretatio? Referte mihi quid videritis. Pharaoni etiam ſecurè dixit: Abſque me reſpondebit Deus proſpera Pharaoni. Præterea Daniëlis primo dicitur, quod Deus dedit Daniëli intelligentiã omnium viſionum & ſomniorum.

*Quæſtio.*

*Reſponſio.*

Dicẽdum, quod ſi quis nomine habitus, aut habitualis facultatis impropriè accipiat quendã modũ ſe habẽdi hominis ad Deũ, ſeu potius Dei ad hominẽ, ad ſibi faciliter & planariè aſſiſtẽdũ in omni ſomnio, vel viſiõe ſignificatiua ſibi reuelãda: ſic nihil ĩ cõueniẽs eſt hoc in aliq b' ſanctis fuiſſe. Quod autẽ ꝑ aliquẽ habitũ luminis creati poſſent ſcire omnia, nõ videtur eſſe poſſibile. Primò, q a omnis habitus creat' eſt finit', & ad finita aliqua limitatus. Secũdò, quia ſomnia ſunt aut

eſſe



eſſe poſſunt generum & modorum diuerſiſſimorũ, ad quæ vtiq; habitus vnus nõ poterit ſe extẽdere. Tertiò quia ſpecies in viſionibus apparẽtes nõ habẽt ex ſua propria natura infallibiliter aut immobiliter ſignificare omnia quę ſignificãt: ergo habitus prædictus non poterit per illas ſpecies ſufficiẽter iuuari, ad ſciẽdũ omnia ſignificata, imò oporteret quod prius per ſe ſciret oĩa illa: & vltra hoc quod ſciret illa per tales ſpecies ſignificari. Et etiã quãdo, eadẽ veritas per diuerſa ſomnia diuerſarũ ſpecierũ ſignificaretur, oportet illũ totũ hoc præſcire. Quartò q a aut iſte habitus erit habitus ſciẽtię in ſe ſcientialiter tenẽtis determinatã veritatẽ omniũ ſomniorũ, & ſuarũ interpretationũ: aut erit habitus ſciẽtiæ ſolũ in vniuerſali illa ſciẽtis, nõ autẽ in ſpeciali, aut erit habitus ingenij, aut ingenioſi acuminis ſeu luminis ad rationabiliter inueſtigãdas & probãdas determinatas ſignificatiões ſomniorũ vel viſionũ. Primũ autẽ nõ poteſt dari ſine actuali infinitate, ęqualente infinitis habitibus infinitarũ ſciẽtiarũ, & pręterea tunc nõ iuuaretur in aliquo ex relatione ſomniorũ ſibi facta, imò ſciret in aliquo ita totũ ante relationẽ ſicut poſt. Secũdus autẽ modus non ſufficit, quãuis fortè nec talis modus ſciẽtię vniuerſalis ad omnia de facili dari poſſit. Tertiũ autẽ non eſt poſſibile, tum quia futura contingentia ad vtrũ libet indifferẽter ſe habentia, non poſſunt per rationẽ probari aut inueſtigari, quia nõ per cauſas eorũ, nec per effectus nec per quæcũq; antecedẽtia, ex quibus illa contingentia neceſſario concludantur. Præterea quomodò per rationẽ argumẽtatiuã poterit quis ꝓ libito penetrare & inueſtigare omnia ſecreta præſentiæ Dei, & omnia propoſita voluntati ſuæ? Ad primum autem incontra dicendum, quod Ioſeph non innuit niſi Deũ ſibi aſſiſtere, ad ipſum prout expedierit illuſtrandũ: & ideo ſolũ primũ modũ ſibi aſcribit, quamuis nec illum niſi ſub certa menſura beneplaciti Dei. Si autẽ quæras quomodo ipſe ſciebat quod Deus ſic aſſiſteret ei? Dicendũ quod partim per intimũ inſtinctũ & ſenſũ diuinæ familiaritatis ad ſe: partim per expreſſam reuelationẽ, qua Deus expreſſe dicit ei, q̃d in omnibus (ſcilicet pro loco & tẽpore) ei aſſiſteret: & per hoc patet etiã reſpõſio ad ſecũdũ, ſcilicet, de Daniële. Nã ſequẽti cap. ſubditur quod ipſe neſciuit ſomniũ Nabuchodonoſor, niſi quãdo per ſpecialẽ viſionẽ reuelatũ eſt. Sciendũ eſt etiã, quod licèt homo nõ habeat lumẽ creatũ ſufficiens ad omnia indagãda, poteſt tamẽ habere quandã ſpiritalem mũditiã & perſpicatiã intellectus, & guſtus ad veritatẽ ſibi ꝓpoſitã perſpicaciter deguſtandã & diſcernẽdã ab omni falſitate, ſeu falſa ſignificatiõe oppoſita. Et hoc

*Ad arg. eũ Dan. 1. cap. ſumptum.*

Universidad de Deusto Biblioteca

habent ſancti per quendã altũ & ſupermũdanũ guſtũ & ſenſum
diuinę æternitatis,& ſuæ ęternę veritatis ac bonitatis:ſic ut vide
mus qđ per notitiã ſpeciei humanę de omni ſibi oblato co gno-
ſcit homo,an ſit homo vel nõ,quãuis de abſentib⁹ hoc nõ poſſit:
ſic etiã peritus in diſcernẽdis viuis, per habitũ ſui guſtus diſcer-
nit vinũ bonũ à malo,& ſapidũ ab amaro:quãuis de nõ guſtatis
vel abſentibus hoc nõ poſſit.Huiuſmodi autem ſenſus ſpiritales
Deus diuerſimodè diſtribuit ſanctis ſuis.Nã quidã habẽt ſenſum
ad diſcernendũ mores hominũ,quidã ad diſcernẽdũ ſpiritus ma
los ab Angelis bonis:quidã ad diſcernẽdũ viſiones à Deo immiſ-
ſas,& hoc habebãt Daniël & Ioſeph,prædicto tamẽ modo.Notã
dũ,quod quãdo Deus alicui electorũ ſuorum daturus eſt aliquã
gratiam,& magnificentiam ſingularem , ſolet Deus præmittere
diſponẽtia & ſtabilientia , fundamẽtum autẽ ad benè regendum
magnificẽtiam ſingularẽ eſt humilitas:ex qua habetur ſingularis
& plena experiẽtia ſtatus appoſiti magnificẽtiæ illi.Ex hoc enim
nouit illã nõ ſibi aſcribere, ſed ſoli Deo. Ex hoc etiã nouit quo-
modo debeat fouere abiectos & tribulatos : & nouit etiam non
figere ſe in illa,ſed in ſolo Deo,& ſic de aliis.Et hinc eſt quod abſ
que præuiis tribulationibus audiui multũ ſublimatos corruiſſe:
ſicut vtiq; corruit primus angelus ac primus homo,& Saul,& Sa
lomõ Reges.Quia igitur Ioſeph erat ſingulariter ſublimãdus, i-
deo primò fuit ſingulariter humiliandus & tribulandus:& pręci
puè quia diſcretio regiminis ſibi dandi pręexigebat multimodas
experiẽtias caſuũ diuerſarũ condeſcẽtionũ gratiæ & prouiden-
tiæ Dei in caſibus illis.Rurſus ſciendũ quod licèt hęc talia dona
Dei nõ cadãt ſub merito propriè& ad plenũ:nihilominus decens
eſt quod poſtrema & cõſummata dona præueniantur per meri-
ta correſpõdentia illis : ſicut labori pro quacunque virtute cor-
reſpondet fœlicitas habita de plena poſſeſſione virtutis illius. Et
hinc eſt quod Deus admirabiliter hunc ordinem ſeruauit in ſan-
ctis.Nam volens hæreditare Abraham & ſemẽ eius,voluit ipſos
prius peregrinari:& quando tertiũ Patriarcham Iacob pręcęte-
ris voluit fœcũdare in prole electa,ordinauit quod viginti annis
per grandẽ ſeruitutis laborẽ ſuſtineret,& ꝓ vxorib⁹,& liberis, &
grege, qđ de nullo alio ſanctorũ Patrũ legitur, & ſic intuere alia
opera Dei,& inuenies ſimilia ferè ſemper. Nota ꝓ myſteriis qđ
moraliter per vxorem eunuchi impetẽtem Ioſeph poteſt intel-
ligi caro,nitens ad ſe trahere ſuperioris rationis conſenſum , &
quia ratio ſæpius habet circa inferiora negotiari propter huma-
nã neceſſitatẽ vel fraternã pietatem:ideo huius rationis pallium
eſt

*Guſtũ ſpiritualia diſcernendi diuerſimodè Deus ſuis ſanctis impertitur.*

*Quos Deus notabiliter exaltare voluit prius humiliari permiſit.*

*Nota pro myſteriis.*



eſt neceſſitas vel pietas. Et quia vix põt fieri quod in huiuſmodi
ſit ratio cum arbitris,id eſt,cũ plena circunſpectiõe, & cautelosa
deliberatione omnium periculorum vel illecebrarum : hinc eſt
quod per extremitatem pallij aliquando tenetur à carne:ſed tũc
diſcreta ratio fugit relicto pallio,iuxta conſilium Chriſti,Si ocu-
lus tuus ſcandalizat te proiice eũ abs te.Multa eñ vtilia & neceſ
ſaria ſunt relinquẽda:vt ruinoſum præcipitiũ euadamus.Allego-
ricè autẽ per hanc dominã deſignatur primò Synagoga,Chriſtũ
& cętũ Apoſtolicũ, nitẽs trahere ad ſuũ carnalẽ ſenſum & ritũ,
Chriſti verò palliũ eſt lex diuina,cuius extremitas eſt litera & in
telligẽtia literalis.Et per hanc ſynagoga conata eſt ad ſe trahere
Chriſtũ,& eius collegiũ:ſed illi relicto pallio literę euaſerunt.Se
cũdò per hãc dominã deſignatur hęreticorũ eccleſia vt potè Ar-
riana,vel quęcunq; alia,quę cœtũ ſibi voluit erronee cõmiſceri,
quorum pallium erat ratio humana,veritatẽ fidei exterius ornãs
& ab impugnationibus fortuitis tegẽs:cuius extremitas ſunt di-
cta Philoſophorum,vel principia ex elementis ſeu experimentis
mundi ſenſibilis ſumpta.Vbi ergo periculum incidit,relicto palio
rationis humanę,ad ſolam fidẽ fuit confugiẽdum:& maximè vbi
nõ erant arbitri,id eſt,ſufficientia diſcretionis ex parte auditorũ.
Tertiò per hanc dominã deſignatur hypocritalis pręſumptio ec-
cleſiæ carnalis,arida cęremoniarum religione tumeſcẽs,& tem-
poralium concupiſcentia feruens:quę pauperes euangelicos ſibi
cõmiſceri cõpellit,inſtar impiæ Ieſabelis.Pallium autẽ Ioſeph eſt
condeſcentio vniformis.per quam ſe charitatiuè nititur inferio-
ribus confirmare:& ab æmulorum corroſiuis inſidiis ſe cælare.
Huiuſmodi autẽ extremitas eſt vitatio communis offenſę : quia
valdè impium videtur ritũ cõmunẽ deſtruere,& nõ vereri cõmu
nitatis offenſam : & hoc eſt per quod fortiſſimè Ieſabel cõpellit
Heliã ad fugã,nitẽs ipſum occidere, quia ipſe inſimul occiderat
totũ collegiũ pſeudoprophetarum.Secundũ hoc ergo potes ac-
cipere quatuor incarcerationes Ioſeph,vnã,ſcilicet,moralem,&
tres allegoricas.Nã caro ſentiens ſe à ratione ſubiici,prętẽdit a-
nimo palliũ neceſſitatis,& argumẽtũ qđ ratio impiè vult deſtruę
re carnẽ & officia ei⁹. Ex quo ſępè tãta turbulẽtia tẽtationis ſur
git ĩ corde:qđ ratio recta ſtat vilis incarcerata.Sed Dei gratia ſi-
bi aſſiſtẽte,etiã in ipſo carcere dominatur , & ibi ſuorũ affectuũ
duos habet ſecum cõcarceratos,quorũ vnus eſt pincerna deuo-
tionis,alter verò eſt piſtor carnalis conſolationis : qui vbi ratio
dominatur , non poteſt in carcere eſſe. Horum , inquam , ſo-
mnia rectè interpretatur. Licèt enim vterque apparenter ſibi

*Allegoricè.*

*Ratio duos affectus ſecũ concarceratos habet.*

Universidad de Deusto Biblioteca

*Tres dies cõuiuij regalis, quinã ſint.*

ſomniet alta:realiter tamen carnẽ ſomniat altitudo carnis, quæ in interitum vadit. Oportet enim illã ſuſpendi in cruce, non ſancti latronis, ſed reprobi. Et hoc poſt tres cõuiuij ſummi Regis dies, quorũ primus & ſecũdus ſunt æternorũ fides feruida, & ſpes ſolida & erecta, tertius verò eſt charitas inebriata & zelotipa, & hęc eſt quæ pincernã reſtituit, & piſtorẽ crucifixit, quãuis ratio nondũ plenè à carcere liberetur, quouſque ad ſupernã gloriam aſſumatur. Allegoricè verò iuxta primũ modũ deſignat incarceratio Ioſeph mortem & ſepulturam Chriſti. Pincerna verò eſt latro per ſeipſum Deo patri reconciliatus: Piſtor verò alter latro dãnatus. Deſignat etiã incarcerationẽ fidei Chriſti, quæ per tres annos, id eſt, per tres centenarios annorũ, vſq; ad Conſtantinum durauit. Piſtor verò ſignificat Doctores groſſioris & materialis doctrinæ, Scribas, ſcilicet, Iudęorũ. Per pincernam vero Doctores ſapiẽtię ſpiritalis. Et primus quidẽ in primo centenario ſub Tito & Veſpaſiano eſt capite trũcatus: ſecundus verò ex tunc liberius prædicauit, Vel hæc incarceratio Ioſeph deſignat deſcẽſũ Chriſti ad inferos, relicto pallio carnis propter irã iuſtitiæ Dei: & tunc pincerna deſignat ſanctos Patres & Prophetas, qui erant in limbo: piſtor verò dæmones, qui per Chriſtũ poteſtatem ſuper animas amiſerunt. Deſignat etiam piſtor quoſcunq; curioſos, & vanæ gloriæ amantes Doctores, tria caniſtra farinæ ſuper caput habentes, ſcilicet, teſtamentum vetus & nouũ, & proprias expoſitiones ſuper adiunctas: de quibus propter eorũ inanẽ gloriam aues cœli paſcuntur. Vel primũ caniſtrum eſt ſpeculatiuę ſciẽtiæ Philoſophorum: ſecundum verò ſcientię practicæ eorundem: tertiũ verò ſubtilis commixtio doctrinę vel prædicationis formatę ex primis. Poſt hæc nota de ſomnio Pharaonis quod videtur poſt duos annos: primus eſt annalis circuitus, rationis ad diſcernẽda ꝓpria intellectualia, ſecũdus eſt eius aſcẽſus ad ſuperintellectualia. Per primũ autẽ ſomnium deſignatur tota ſcriptura, & omnis implicita ſeu figuralis præoſtẽtio futurorũ. Primò enim ſolet à Deo quaſi per modũ ſeminis inuolutè & implicitè dari & tãdem per expoſitionẽ doctorũ, aut per ſuperĩfluẽtiã clarioris luminis explicari. Vnde & Cõſtãtino, qui quaſi alter Pharao fuit, prius ꝑ ſanctos Petrũ & Paulũ fuit aliquid pręoſtenſum: & poſteà ꝑ Sylueſtrũ pleni⁹ explicatũ. Sic etiã videm⁹ ꝙ circa fines priorũ tẽporũ qui ſunt quaſi quędã pręgnãtia initia tẽporũ futurorũ, quibuſdã etiã ſingularibus & petẽtib⁹ fit plerumq; quidã fortis inſtinctus, & quædam vehemẽs æſtimatio immutationis tẽporum & magnaliũ futurorũ: implicitè tamẽ & in generali, ex qua ſolicitãtur à mundi

*Tria caniſtra quid deſignent.*

*Duo anni poſt quos Pharao vidit ſomniã quid deſignent.*



mundi ſapientibus quærere quid pertendat. Per ſeptẽ autem boues, ſeptẽq; ſpicas pingues literaliter deſignãtes ſeptẽ annos tẽporalis fertilitatis, deſignat moraliter plenitudo gratię ſeptiformis mẽtis in alta ſuſpenſæ: & ſuper fluuiũ diuinę gratię plantatę & paſtæ. Septẽ verò anni oppoſiti, deſignant quaſdam ariditates, quas mẽs etiã alta pro tẽpore cogitur pati, vt diſcat humiliari: & per diſcretionẽ ex donis prægustatis ſe regere & paſcere in tempore egeſtatis. Fit etiã qđ ſicut terra AEgypti amplius fuit Pharaoni ſubiecta tẽpore egeſtatis quã fertilitatis, quo tẽpore magis ſollicita ad cõſiliũ & auxiliũ Ioſeph recurritur: ſic miro modo fit qđ mẽs per ſenſum ſuæ egeſtatis fortius ſe Deo ſubiiciat & humiliet, & ad diſcretionis diuinæ conſiliũ recurrat, quã tempore quoad votũ bibit & paſcitur in diuinis. Nota etiã qđ quinta pars fructuũ in horrea cõgregatur. Per quod deſignatur qđ aſpectus ac conatus noſtræ virtutis ad quinque eſt dirigendus, ſcilicet, ad Deũ de præſenti colẽdũ: ſecũdò ad Deo fortiter inhęrẽdũ: tertiò ad ſeipſum ſpiritualiter reficiẽdũ: quartò ad ꝓximũ cõfouẽdũ: quintò ad tẽpus futuri ſeculi ſecurè & abſq; omni periculo ſubeundũ. Et hęc eſt quinta pars, in qua iam primæ quatuor partes virtualiter cõtinẽtur: & per hãc omnia bona noſtra ad executionẽ æterni pręmij & euitationẽ futuri ſupplicij ordinantur. Allegoricè verò poſſunt ad præſens quatuor deſignari. Primò, ſcilicet fertilitas huius vitæ ad merita cumulanda, & egeſtas vitę futuræ reſpectu iterato merẽdi: propter quod ſancta diſcretio hoc pręuidẽs docet quod huius vitæ fertilitas theſaurizetur ꝓ neceſſitate futuræ vitæ. Secũdò per hoc deſignatur fertilis adminiſtratio ſcripturarũ ſanctarũ, quę per ſeptẽ tẽpora Synagogæ durauit, & per Chriſtũ in horreis mẽtiũ Apoſtolicarũ eſt ſub inefabili copia recollecta: vt Gẽtibus egeſtate cõfectis, per ſeptẽ tẽpora eccleſiaſtica diſpẽſetur. Tertiò per hoc deſignatur duplex tẽp⁹ cuiuſlibet ſtatus ſolennis. Nã ſicut dies vſq; ad ſui mediũ creſcit, & exinde ſemper decreſcit: ſic ſtatus ſolẽnes populi Dei quaſi vſque ad ſui mediũ abũdãt in fœcũditate donorũ & bonorũ operũ, & poſtmodũ tepiditas & ariditas ſemper excreſcit. Et ideò volentibus ſe & alios ſaluare tẽpore egeſtatis, neceſſe eſt in theſauris memorię, & exercitatæ ſeu habituatæ experiẽtię recõdere copias donorũ & ſanctorũ exẽplorũ: quibus S. Patres in priori tẽpore ſunt ditati & impinguati. Quartò per hoc deſignatur tẽporalis & ſpiritalis & finalis ei⁹ tẽtario, & aduerſitas futura circa tẽpora Antichriſti: & tũc filij Iacob fame cõpulſi veniẽt ad Chriſtum quẽ vendiderũt. Nota autẽ quod licèt per ſpicas & boues ſecũdũ interpreta-

*Quid per ſeptẽ boues & ſpicas deſignatur.*

*Tempore egeſtatis facilius ad Deũ recurritur quã tẽpore fertilitatis.*

*Quid ſit quod quinta pars fructuũ in horrea cõgregatur.*

*Nota.*

Universidad de Deusto Biblioteca

tationẽ Ioſeph, idem ſignificetur, fit tamẽ hoc ſub varia ratione.
Nam prout per dona gratiæ vel ſapiẽtiæ ad fortia virtutũ, & ſan-
ctę agriculturę opera, roboramur, tunc dona ipſa deſignãtur per
boues: prout verò per ipſa reficimur & ſatiamur, deſignãtur per
ſpicas. Et ſicut ante ſpicarũ meſſes ſunt boues arãtes, & viſio boũ
fuit ante viſionẽ ſpicarũ, ſic etiã fortia opera pręcedũt meſſes ſpi
*Quid per Ioſeph deſignetur.* ritaliũ refectionũ, & ecõtra torpor acidiæ & ignauiæ ſeptẽ vac-
carũ, eſt cauſa ariditatis ſeptẽ ſpicarũ. Vnde optimè p boues de-
ſignãtur initia tẽporum: & per ſpicas fines eorum. Sicut videmus
quod in primo eccleſię tẽpore fuerũt Apoſtoli & Martyres quaſi
vaccę pingues fortiter terras orbis arãtes, & prolẽ eccleſię cũ grã
di gemitu parturiẽtes: & poſt hoc ſub tẽpore doctorũ & clauſtra
lium, ſequutæ ſunt ſpicæ. Nota etiã de ſublimatione Ioſeph, qđ
prout per ipſum deſignatur ſingulariter Chriſti perſona. Pharao
Deũ patrẽ deſignat: prout verò per ipſum deſignantur Põtifices
Chriſti, tũc per Pharaonẽ deſignatur Cõſtantinus, & Chriſtiani
Imperatores, fidem Chriſti exaltãtes, qui quo ad tẽporalẽ ſeu ſe
cularẽ gloriã aliquo gradu præcunt Pontifices Chriſti, q̃uis ſim-
*Chriſtus in aſcẽſione ſua quatuor inſignia à Deo ſacere accepit.* pliciter ſubſint illis. Chriſtus aũt in aſcẽſione ſublimatus in cœlũ
quatuor inſignia regalia à Deo patre accepit. Primũ eſt plenitudo
operatiuæ poteſtatis, de qua Mat. vlt. Data eſt mihi oĩs poteſtas
in cœlo & in terra: & hæc eſt ſicut annulus in eius manu diuinæ
potẽtię ſumpt⁹. Secũdũ eſt refulgẽtia claritatis glorioſi corporis:
& hæc eſt ſtola biſſina. Tertiũ eſt æterna iocũditas, & hęc eſt tor
ques aurea: & in collo, in quo eſt vis deguſtatiua. Quartũ eſt eius
ſublimis ſeſſio & ſuperambulatio: & hic eſt curus ſecũdus, quãuis
ipſe in q̃tũ Deus ſedebat cũ patre in curru primo. Per Aſſeneth
verè filia Sacerdotis Eliopoleos, Romana Eccleſia deſignatur: qa
& Romana facta eſt tũc Eliopolis, id eſt, ciuitas Solis: quia Chri-
ſtus Sol ſapientiæ & iuſtitiæ, ſedem ſuam fixit in illa; De duobus
autem filus Ioſeph, infra capite penultimo plenius tangetur, &c.

## CAPVT QVADRAGESIMVM SECVNDVM.

A*Vdiens autẽ Iacob, &c.* Hic agitur de egreſſu Iſraël in
Ægyptum, & primò de ingreſſu pro victualibus a-
ſportandis. Secũdò pro morando, ibidem cap. 46.
*Profectúſque Iſraël.* In prima autem parte narrantur
duo ingreſſus, & duo regreſſus filiorũ Iacob: quo-
rum primus fuit ſine Beniamin, ſecundus verò cùm ipſo: & hoc
incipit cap. 43. ibi: *Interim fames, &c.* Hic primò refertur quomo-
do fratres à Ioſeph durè ſunt tractati, cum quodã tamẽ munere
gratia-



gratiarũ. Et poſt hoc narratur quomodo reuelauerit ſe eis c. 45.
ibi, *Non ſe poterat vltra. Ait ergo Quaſi ad alienos durius loquebatur.*
Nota quod triplex ratio reddi poteſt ad præſens, propter quam
eos à principio ſic durè tractauit: quarũ duas priores ponit Aug.
ibi lib. quæſt. in Gene. Prima eſt ad quandam condignam punitio *Aug. c. 146. tom. 4.*
nem & purgationem criminis eorum in ſe commiſſi. Secunda eſt
vt ex longa ſuſpenſione ſuæ reuelationis ſub huiuſmodi duritiæ
fortius occultatę, ipſa reuelatio pleniori gaudio cumularetur, tã
quã nõ eſſent cõdignę paſſiones eorũ in toto illo tẽpore quo tur
babantur, ad futuram gloriã exultationis, quæ in reuelatione Io
ſeph eis fuerat reuelanda. Tertia eſt vt Ioſeph ſomnia, ſapientia,
& ſui magnificentia à ſeipſo prædicta quã illi deriſerant, & quan
tum eſt in ſe extinxerant, plenius magnificarentur in illis & ſuper
eos, & ideo facit eos corã ſe contremiſcere, & pro libito incarce-
rat eos, & quadam profunditate ſapientię circumducit eos quaſi
ſtultos & malitioſos. Quod quidẽ voluit eis facere ſolũ pro tem-
pore quo Ioſeph reuelatus non eſt eis. Semper enim ex hoc eius
potentiam & ſapientiã habuerũt fortius admirari & vereri; & de
peccato ſuo præterito aliquo modo conteri & perfundi. Vt autẽ
plenius aduertas, Ioſeph in his & aliis diuinitus agi, nota inter cę
tera quod valde eſt mirabile, quod in viginti tribus annis quibus
in Ægypto ſterit in ſcio patre, nunquã per literas vel nũcios ali-
quid de ſe patri ſignificauit: etiam ex quo per nouẽ annos fuerat
ſublimatus à Pharaone ſuper totam terrã, cum tamen bene ſci-
ret mœſtitiam patris. Ex quo patet quod expectabat tẽpus ad
hoc ordinatũ à Deo, nam per ſpiritum Prophetiæ ſciebat ſe miſ-
ſum illuc pro ſalute domus patris ſui. Quãuis etiam hæc ſui oc-
cultatio nõ fuerit abſque ratione. Nam per hoc detulit reuerẽtię
fratrum ſuorum, in eo quod noluit etiam prodere crimẽ eorum.
Secundò placuit eorum inuidiam ex qua potuiſſent aliqua con-
tra ipſum machinari: ſi ſcirent illum viuere in aliqua proſperitate.
Teriò prouidit rationabiliter tẽpus aptius ſuæ honorificæ ac ſa-
lubri reuelationi, tempus, ſcilicet, in quo fratres ſui neceſſitate
preſſi, cõpellerentur & ipſis inſciis venire ad eum. Longiturnitas
etiam tacitę abſconſionis reddidit omnibus admirabilẽ gloriam
ſuæ reuelationis: ita quod ex hoc ſua vẽditio & exaltatio plenius
apparuit diuinitus ordinata. Pręter hoc autem ſicut iam dictũ eſt
fiebat etiam hoc in myſterium futurorũ. *Exploratores eſtis*, id eſt *Eſſe pro haberi in ſcriptura aliquã do ſumitur.*
merito habemini & reputamini, vel exploratorum pœna digni
eſtis. Quod autem eſſe quandoque ſumatur pro haberi, patet ex
tertio Regum decimooctauo capite, vbi Helias populo dicit,

Universidad de Deusto Biblioteca

Deus qui exaudierit per ignem,ipſe ſit Deus, id eſt, ipſe habetur
pro Deo.Non enim intendebat dicere quod tunc per hoc incipe
ret eſſe Deus. *Vt videatis infirmiora terræ veniſtis*, Quòd per mo-
dum iſtum prædictum à mẽdacio ſaluari poteſt. Et ideo propter
hoc quod eſſe ſumitur ibi pro videri, nota qđ ſæpè in ſcripturis
res dicitur eſſe, quando apparet eſſe,vt Mathæi vltimo:Data eſt
mihi omnis poteſtas:Conſtat autẽ quod antea erat data,ſed tũc
clarius apparuit.Et Mat.13.dicitur quod de die illa &hora nemo
ſcit,neque angelus,neq; filius hominis. Filius autem dicitur ne-
ſcire,quia nõ oſtendit ſe ſcire:&pro tanto videtur neſcire.Tertiò
poteſt dici,quod Ioſeph in his & conſimilibus non loquitur aſſer
toriè,ſed ſolum tentatiuè & probatiuè:vt ſic ſub tali modo tẽta-
tiuo,occaſiones accipiat capiendi eos:&veniendi ad eorũ ſecre-
ta,quaſi ad ſibi ignota. Talis autem modus loquendi poteſt ali-
quando ex rationabili cauſa aſſumi à ſapiente,& præcipuè à iudi
ce:& potiſſimè à viro Prophetico,qualis vtique Ioſeph erat. *Hoc
eſt (ait) quod locutus ſum.exploratores eſtis*,Id eſt,hoc quod dicitis vos
quòd eſtis fratres & habere vnum alium fratrem minorẽ,innuit
vos huiuſmodi mendoſe cõfingere:ac per conſequens quod ſitis
exploratores. *Donec probentur quæ dixiſtis vtrum vera vel falſa ſint.
Alioquin,&c.*Si,ſcilicet,non probatis vera eſſe quæ dixiſtis.

*Per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis*, id eſt, exploratores pro-
babiliter videmini & cõprobabimini.Hinc inter cętera patet,qđ
nõ intẽdit ſimpliciter &abſolutè aſſerere ipſos eſſe exploratores
aliàs fruſtra apponeret hîc conditionẽ dicendo, Si non probatis
quod dicitis,probabiliter apparet qđ exploratores eſtis, aut pro
certo vos pro talibus habeo.Iurat autem per ſalutem Pharaonis
tanquam in Pharaone venerans regiam poteſtatẽ ſibi à Deo da-
tam,& tanquam per quendam notabilem Dei effectũ qualis vti-
que erat Pharaonis vita & ſalus:quæ vtiq; ſecundum Deum erat
ſibi chara & amabilis & venerabilis,Hunc autem modum iuran
di ſignanter aſſumpſit,ad ſe magis occultandum eis,& ad magis
terrendum eos per authoritatem & familiaritatem Pharaonis,
quam in hoc ſe habere monſtrabat. *Videntes anguſtias animæ il-
lius dum deprædaretur nos & non audiuimus*, id eſt, non exaudiui-
mus.Nota quomodo ſcriptura ſciẽter multa omittit,Nam ſupra
narrans venditionem Ioſeph, nihil de hoc dixit, facilè tamẽ fuit
per ſe cogitare,quod puer innocẽs periculo mortis, & tandẽ vẽ-
ditioni expoſitus,maximas cordis anguſtias pateretur:& qđ hu-
millimè fratres ſuos deprecaretur,ne ſibi noceret.Ex hoc autem
plenius patet fraterna impietas commiſſa in eum. *En ſanguis eius
exqui*

*Iurat Ioſeph per ſalutem Pharaonis.*

*Multa ſcripturæ narrare omittit quæ tamen fuiſſe conſtat.*



*exquiritur*,id eſt,vltio ſanguinis eius nunc de nobis à Deo per ip-
ſum expetitur.Sed quare hoc grauamen ſuũ plus quàm aliis aſ-
ſcribunt huic peccato?Poteſt dici quod hoc ideo,tũ quia grauius
tum quia eorũ grauamini correſpondentius.Nã ſicut illũ graua
uerunt:ſic grauabãtur, tũ etiã qa in fratre ſuo vterino probatio
eorũ exquirebatur:tũ qa in Aegypto, ad q̃ Ioſeph vendiderant,
tum quia plerumq; iuſto Dei iudicio fit,vt illud crimen pro quo
pœna infertur viuaciori remorſu memoriæ cordi ſe ingerat. *Tol-
lénſque Symeon.* Quidam dicunt quod ipſum ſpecialiter detinuit
quia in venditione fuerat ſibi magis infeſtus,quaſi aliquã iuſtam
pœnam ipſum per hoc exoluere faciens.Sed quia per hoc &ſi nõ
re,tamẽ aliquã ſpeciem expetitionis proprię vindictæ habuiſſet:
poteſt probabilius dici quod vnũ de maioribus & primogenitis
voluit retinere in ſignũ maioris firmitatis,&iuſtitię rectioris.No
luit tamen Ruben,tum quia in eum fuerat præ omnibus pius,tũ
etiam quia venerabatur in eo primatũ naturalis primogeniturę.
*Et reponerent pecunias ſingulorum in ſaccis ſuis datis ſupra*, id eſt infra
prædicta,*Cibariis in via*.i.ſufficientibus pro tota via. Illud autem
de pecunia voluit ſecretò fieri,&interim ſic occultè daret eis mu
nera ſuo tẽpore reuelanda & regratiando,quod tamen nondum
appareret amicitia ipſius ad eos:imò potius cùm eam reperirẽt,
deterreret eos, nam ab ipſo poſſent de furto aut de negligentia
ſoluendi notari.*Vt daret iumento pabulum in diuerſorio*. i. in ſtabulo,
vel in compito ad quod diuerterant:& ad quod viatores commu
niter diuertebant,*Deducetis canos meos*.i. me canum & ſemen, &c.

## CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM.

INterim fames,&c.*Sub atteſtatione iurandi*,id eſt, iuramen
to teſtificans, *In meam hoc feciſtis miſeriam*: Hoc non
legitur cauſaliter, ſed conſecutiuè, & ſic feciſtis hoc
quod ex hoc ego conſequor miſeriam. *Ero peccati reus*,
id eſt,ac ſi te occidiſſem,ſic ſemper volo reus contra te reputari.
*Modicum reſinæ,&c.*Si verò quæris, quomodo tanto Domino de
tam longinqua terra modicum munuſculum mitteret. Dicitur
litera Hier. habet, aliquid reſinæ vel dicitur modicum non ab-
ſolutè:ſed reſpectu tanti viri.Iubet autem ferri viro quatuor ſpe-
cies cum melle & amigdalis.Stacte autem eſt mirra.Storax quæ-
dam ſpecies reſinæ,& arbor etiam de qua fluit,& vocatur ſtorax
quaſi ſtirax.Stiria verò græce idẽ eſt quod gutta.Terebintus ve-
rò ſumitur hic pro altera ſpecie fluẽte ab arbore quæ terebintus
vocatur.*Ego autẽ quaſi orbatus abſque liberis ero*, Hoc dicit ſimpli-

*Hierony. in Hebr. quæſt. ad hunc locũ tom. 3.*

Universidad de Deusto Biblioteca

citer nõ ſolum reſpectu filiorum Rachel, nec reſpectu Symeonis
vel aliorũ:ſed fortè omnes timebat amittere. *Et occidit victimas,*
victima ꝓpriè eſt ſacrificiũ pro victoria hoſtiũ deuictorũ:Sed ali
quando ſtat pro ſolenni præparatione carniũ, & ſic ſumitur hic.
*Et inſtrue*, Id eſt præpara ſeu ordina cõuiuiũ, *vt deuoluat in nos ca-
lumniam*, id eſt impoſitionem falſi criminis, *Non eſt in noſtra cõſcien-
tia*.i.neſcimus, vel nõ ſumus conſcij, *quis eam poſuerit in marſupiis
noſtris*.i.in ſaccis noſtris. Marſupiũ ſecundũ Iſidorũ ſacculus eſt
nummorum, quã Græci marſupia appellant *Nam pecuniã quã dedi-
ſtis mihi probatam ego habeo*.i.pro habita teneo.i. reputo me ſolu-
tum, vere enim ſoluerant ei, & pro tanto dicit verum. *Interroga-
uit eos dicens, Saluus ne eſt pater veſter ſenex, &c.* Nota quod in om-
nibus his interrogationibus per nullam viam interrogat de Ra-
chele matre ſua, Ex quo probabiliter conuincitur, quod ante ſuã
venditionẽ mortua fuerat: & ideo tanquam ſciẽs eam mortuam
non curauit aliquid inueſtigare de ea. *Et prophanum*.i.immundũ,
ſeu nõ religioſum putant huiuſcemodi cõuiuium. *Et inebriati ſunt
cum eo*. Auguſtinus lib. quæſt. ſuper geneſim dicit, quod hoc ver-
bum ſepè ponitur pro ſatietate, vt in Pſalmo, viſitaſti terrã, & ine-
briaſti eam, & ideo ſuper hoc loco dicit, quod idioma eſt linguæ
hebreæ, vt ebrietatem pro ſatietate ſępius ponat: ſicut ibi, In ſtil-
licidiis ſuis inebriabitur, germinãs terra, ſcilicet, pluuiis irrigata.

*Iſidorus.*

*Rachel mortua videtur fuiſſe ante vẽditionem Ioſeph.*

## CAPVT QVADRAGESIMVM-QVARTVM.

PErſequere viros. i. perfectè inſequere, *Ciphus quem
furatis eſtis*. Hic furati eſtis ſumitur ſecũdum rem,
pro videmini furati eſſe: aliter eſſet ſermo mendo
ſus. Vel tentatiuè loquitur, ſicut dictum eſt ſupra.
*& in quo augurari ſolet*, tam hoc, quàm illud quod
paulò poſt ſubditur. *An ignoratis quod nõ ſit ſimilis
mei in augurandi ſcientia?* Secundum Auguſtinum in libro quæſtio
nũ ſuper geneſim, nõ dicitur ſerio ſiue aſſertoriè, ſed iocoſe. Quũ
autem ea quę nõ ſunt, ioco dicuntur, eſſe nõ reputãtur mẽdacia.
Iocoſum autem modũ loquẽdi videtur hic vocare Aug. modum
loquendi tentatiuũ. Poteſt etiã præter hoc dici quod loquitur ſe
cundũ vulgatã opinionẽ gentium, vt ſit ſenſus, ego iuxta cõmu-
nem opinionẽ aſtantiũ, &c. *Vos ſcitis quod duos genuerit mihi vxor
mea*.i.Rachel quæ antonomaticè vxor vocatur, tũ quia primo &
principaliter fuit Iacob deſponſata, tum quia prædilecta. *Quia in
meam hunc recepi fidem*. Ex hoc patet quod Iacob tradidit principa
liter Beniamin, propter fideiuſſionem Iudæ. Creditur autẽ plus
conſi

*Au. c. 145. tom. 4*

*Loci mendatio putãtur carere.*



cõfidiſſe de ipſo, tũ quia omnium verior & fidelior apparebat &
erat quod ſatis innuitur ſupra in facto Thamar, tũ quia omniũ
fortiſſimus & conſtantiſſimus erat: prout in lib. Paralipomeon. 5.
ca. dicitur, vbi etiã aliqua ratio innuitur, quare de ſtirpe eius pri
cipes germinati ſunt Et nota quod poſt hãc fidelitatem Iudæ &
fratrũ ſuorũ, tã ad Iacob, quã ad fratrẽ Ioſeph vterinũ ſubditur
quod *non ſe poterat vltra cohibere Ioſeph*, Ex quo patet quod fecerit
iſta Ioſeph vt. ſ. probaret an ſaltẽ fratri ſuo Beniamin eſſent fide
les & cõpaſſiui, & in hoc ipſo quodã modo promererentur obti
nere gratiã eius: & etiã in parte ſcelus cõmiſſũ in ipſum per hoc
expiaretur. Nota autẽ quod aliqua verba refert hic Iudas dicta
fuiſſe à Ioſeph, quæ ſupra nõ legũtur dicta ab eo: ſed nõ eſt incõ
ueniẽs plura tũc fuiſſe dicta quã ſuperiꝰ fuit relatũ. *Et ipſum ſolũ
habet mater ſua*. Modꝰ eſt loquẽdi, quia cõſtat quod Rachel mater
Beniamin tunc temporis non viuebat, imò obierat in partu.

*Iudas inter ſuos fratres vt fortior ſit erat & verior.*

## CAPVT QVADRAGESIMVM, QVINTVM.

NOn poterat vltra ſe cohibere Ioſeph, &c. Singulis quo-
que proferri iuſsit binas ſtolas.* Stola ſecundum Iſido-
rum eſt matronale operimentum capitis & ſpatu-
larum: hic tamen ſecundum quoſdam ſtat pro ve-
ſte longa, & tunc ſecundũ eos non dicitur à ſtolõ,
quod eſt miſſio: ſed à telon, quod eſt longum. Et nota quod ſi Io
ſeph matrem propriam ęſtimaſſet viuere: miſiſſet ei ſpecialia mu
nera ſicut fecit patri. *Ne iraſcamini in via*, Hoc dicit eis Ioſeph, tan
quam ſciens hoc vitium in via difficulter vitari, nãm concitatio
corporalis motus, & laſſatio itineris, ac communis libertas ac
verboſitas itinerantiũ: dant ſæpè occaſionem corrixationũ. No-
ta ꝓ myſteriis partis huius, quod moraliter deſignatur hic, quod
afflictio egeſtatis ſpiritualis & temporalis, ſæpè compellunt ani-
mum & eius affectus recurrere ad Deum pro alimonia: ſaltem ꝓ
pretio laboris debiti acquirenda. Sed quia decet & expedit aſſe-
ctus, qui hactenus cõtempſerunt Ioſeph, id eſt, Chriſtũ, & diſcre
tionẽ diuinã, vt durius pertractẽtur: ideo ſic in principio habet ſe
Deus ad eos, ac ſi eſſent impij & inſidioſi. Vnde & mẽti incutit ti
morẽ. ne forte eorũ oratio ſit pſumptuoſa & curioſa exploratio:
& maximè quãdo apte oſtẽdũt fratrẽ minimũ nõ ſecũ duxiſſe. i.
ſummũ exceſſum humilitatis, ſiue cõtẽptus ſui & mundi: qualis
eſt in ſupermũdano exceſſu mentis alienatæ in Deũ. Primò ergo
tribus diebus incarcerantur, ſecũdum trinã coarctationem quã

*Iſidorus.*

*Nota pro myſteriis.*

Universidad de Deusto Biblioteca

tunc eos ſuſtinere oportet: & etiam coarctari exteriorẽ ſenſũ ne
etiam ad illicita euagetur, deinde ſenſum exterionẽ. Tertio De⁹
ſeu diuina regio ad quã nituntur aſcẽdere occurit eis, vt quędam
imperſcrutabilis tenebra: dura & clauſa: velut cacer lapide⁹, aut
velut cauerna ꝓfunda & ſaxea. Poſt hoc ergo ꝗa non poſſunt li-
berè aſcendere, redeũt ad requirẽdũ prædictũ fratrẽ minimũ: re
tẽto tamẽ ſeniore in vinculis. Nã ſicut ſuprà dictũ fuit, ꝑ Symeõ
dolor intelligitur, qui quidem quãdo pro libito ad ſui animi de-
fect⁹ deplorãdos libere vacat, nõ eſt liguatus: quando verò cate
nis fortiſſimæ triſtitiæ anguſtat᷑, ita ꝙ plus à Dei ſeueritate agi-
tur quã Agar: tunc quodãmodo eſt ligatus. Et hic eſt ꝗ pro infal
libili obſide retinetur, iſto enim ſic ſtante ligato, non poſſunt illi
nolle cũ minimo fratre redire: & pręcipuè egeſtate perdurãte. Et
quia cũ perduraret, & ꝙ ab eis exigitur perficere nõ valerent ſi-
ne pabulo gratię Dei: ideo Ioſeph ſaccos eorũ tritico implet. Sed
ꝗa etiã præter dona aperta expedit eis aliqua dona dari occultè,
in quo labor, quẽ quaſi pro precio alimoniæ dederãt eis, quodã-
modo reddit⁹ videatur: vt ſic in aperta ꝑceptiõe doni occulti nõ
inflẽtur, ſed potius terreãtur, timentes quaſi de latrocinio cõdi-
gnorũ operũ, quæ ſoluere debuerant iudicari à Chriſtio: ideo &
Ioſeph ſimilia facit. Atq; vt Beniamin domi retẽtũ difficilimũ eſt
Iacob extra in lõginquũ emittere: ſic & ſui cõtemptũ & cõtem-
ptibilitatẽ intra cor exiſtentẽ, in tãtũ eſt difficile exterius, & hoc
ita remotiſſimè pandere, ꝙ homo ſe exiſtimat moriturũ, & ca-
nos ſuę mũditię & reuerẽtię quaſi ad inferos ruituros: ſi abiectio
ni ſuæ munditiæ exterius ꝓditæ aliquid accidat aduerſitatis. Sed
ꝑmẽte fame, Ruben .i. Dei timor exponit duos filios ſuos morti:
ſi nõ reduxerit Beniamin ſaluũ .i. glorioſũ. Sũt autẽ hi duo timo
ris filij, cõpreſſio viciorũ. & obdiẽtia præceptorũ. Nam per hæc
duo videtur hominis contẽplabilitas exterius prodita ad gloriã
ſuã primã reduci. Nec poteſt noſter Beniamin cõculcaei: ſine cõ-
cultatione horum duorum, tuncque Ruben eos occiſioni expo
nit: quãdo ingerit animo. Quòd ſi Beniamin nõ reducit᷑ ſecurè
à ſe abiiciat fugam viciorũ & obedientiã præceptorũ. Sed quia
hoc nõ ſufficit animo ſub nullo pacto volẽti à Deo recedere, &
maximè quia nihilominus adhuc vituperari veret᷑, idcirco Iacob
verbo Rubẽ nõ aſſentit. Egeſtate verò quaſi in deſperationẽ ani
mũ cõprimẽte, cõpellitur finaliter emittere ipſum: maximè vbi
Iudas, id eſt, fortiſſimus amor diuinæ laudis ſe reũ paternæ mor
tis fideiuſſoriè profert, niſi ſaluũ reduxerit eũ. Tũc igitur porta
tur pecunia duplex, id eſt, perfecta prõptitudo ad ſe ſubiiciendũ,

tam



tam pro donis habitis quam pro habendi: & cùm hoc mittũtur
munera ſex generũ deuotionis ad placandũ faciem Chriſti quæ *Sex munera*
ſunt amara compunctio peccatorũ, per Stactẽ deſignata & pia cõ *quæ Chriſto*
paſſio miſeriarũ Chriſti, inſtantia ſanctorũ deſideriorũ, ſeu peti- *offeruuntur.*
tionũ, & affluẽtia dulciũ meditationũ, ex diuerſis floribus inſtar
mellis recollectarũ, & feruor contumeliarũ & martyriorum pro
Chriſti fide ſuſcipiẽdorũ, & magnificatio diuinarũ laudũ & præ
coniorum, quæ ſunt quaſi fructus amigdalorum. *Et bene dicit, mo
dicum reſinæ, &c.* Quia quantũcuq; in magna quantitate Chri-
ſto mittantur, nunquã gratioſe mittuntur: niſi mittens ſe reputet
modicũ & quaſi nihil mittere. Quo facto Ioſeph pl⁹ ſolito cõde
ſcẽdit, dicitq; ſe ab eis eſſe ſolutũ: & theſauros in ipſis ſaccis Dei
munere abundaſſe. Tuncq; Symeon expeditur, daturq; ei liberũ
irriguũ lachrymarũ in lauacrũ pedum: & pabulum ſenſualis &
ſpiritualis lætitię ac fiducię aſinis, id eſt, ſenſibilibus corporalib⁹,
præbet᷑. Et in viſo Beniamin, id eſt, patuli & ſuprexceſſiui conce-
ptus, Iacob, Ioſeph, id eſt, Chriſt⁹ exhilaratur & lachrymatur: ꝗa
nouit hunc in vtero ſuæ crucis fœtũ eſſe conceptum, fitq; fami-
liare conuiuium omnibus fratribus, id eſt, omnibus ſpiritalibus
affectibus mentis, excluſo tamẽ carnali & alieno affectu: quia cũ
illo non poſſunt ſimul pati conuiuium iſtud. Quia autem humili
tas quæ per Beniamin ſignatur, eſt cæterorum affectuum antĩ-
quior & dignior: ideò circa illam fidelitas eſt plenius per experiẽ
tiam comprobanda, & in ipſa probatione occultè glorificãda: &
idcircò ciph⁹ ſuperadmirabilis ſapiẽtiæ & præſciẽtiæ Dei, in qua *Cur ciphus*
Chriſti omnia ſpeculantur, occultè in ſacco Beniamin ponit᷑: ꝗa *in ſacco par*
humilibus & paruulis, teſte Chriſto Matth. 11. reuelãtur abſcon *uuli Benia-*
dita Dei. Sed quid eſt, qđ ex hoc de furto & de ingratitudine iu *min ponitur.*
dicatur, & decernitur carceri mancipãdus: niſi quia quãto humi-
lis anim⁹ altiora Dei dona & lumina ſuſcipit, tantò ex hoc ſe iu-
dicat magis ingratũ Deo, & tantò pl⁹ de crimine furti formidat?
Timet enim ne per præſumptionem, vel per inanem gloriã illa
ſibi aſſcripſerit & vſurpauerit: ac per conſequẽs quod ex hoc per
petuo carceri mancipetur à Deo. Fit etiã hoc & alio modo, quia
admirabili ordine iudiciorũ ſapientiæ Dei ſuper exceſſiua ſapiẽ
tia & doctrina humiliũ & abiectorũ, tanquam præſumptuoſa &
ſtulta condemnatur: & tanquã hęretica iudicatur à ſuperbis, etiã
ab illis aliquando qui poteſtatem vel locũ Chriſti videntur gere
re in terris. Neq; mirũ, ſic enim Chriſtus ipſe fuit à Caipha con-
damnatus. Quãdo igitur omnes fratrum affectus pro facto hoc
libentiſſimè omni cõfuſioni & carceri ſe exponunt, imputantes

Universidad de Deusto Biblioteca



hoc merito debeti ſuę iniquitati,& pręcipuè quãdo Iudas,id eſt, robuſtiſſimus animus,& inſuperabilis confeſſio diuinæ laudis ꝑ hac cordaliter ſe exponit ꝑpetuæ ſeruituti:tũc nõ põt ſe cohibere Ioſeph,quĩ ſe ad plenũ reuelet fratrib⁹ ſuis. Vt tamẽ relatio ipſa appareat meregratuita ,& humilitatis ꝑfatę ſuperexceſſum nõ concludens,ſed augens : idcirco reuelat ſe vt vẽditum ab eis,ſed tamẽ pro eis. Ex tũc igitur ipſi cum tota domo paterna fiducialiter veniunt manſuri cum eo,tuncq́; omnes exoculans ſuper omniũ colla cum mira compaſſione recumbit : ſed ſpecialiter ſuper Beniamin vterinũ,q a vt Iſaiæ vlt.dicit Dominus. Ad quẽ reſpiciã niſi ad pauperculũ & contritum ſpiritu,& timentẽ ſermones meos? Excelſus eñ Dominus & humilia reſpecit,& ſuperbis reſi

*Quæſtio.* ſtens,dat gratiã humilib⁹ ſuis. Si verò quæras, quomodo Ioſeph prout per ipſum diſcretio prouidentiæ deſignatur , eſt altior quã Beniamin,prout per ipſum contẽplationis exceſſus ſignificatur? poteſt tripliciter reſpõderi. Primò quidẽ quod nõ oportet vbiq; idem ſecundũ rem per Ioſeph deſignari,vnde in hoc loco potius deſignat diſcretionẽ vel ſapientiã Chriſti. Secundò poteſt dici ꝙ ſicut Ioſeph alteri⁹ eſt dignitatis:ſic alteri⁹ cõditionis eſt diſcretio viri perfecti in actiua & contẽplatiua ſimul quã ſolius actiui, aut ſolius cõtẽplatiui. Sumendo igitur diſcretionẽ prout eſt ſufficiens ad regẽdũ dona & opera actiuæ vitæ & cõtẽplatiuæ:ſic eſt altior quã exceſſus per Beniamĩ deſignatus,ſaltem quo ad regi-

*Rirhardus.* minis gloriã & authoritatẽ. Tertiò poteſt dici ſicut in fine libri ꝗ dicitur Beniamin apud Richardũ, quòd ſcriptura diuina ſolet circa eandẽ rem nunc ſignificationẽ extẽdere,nunc reſtringere, vel mutare. Has autẽ alternationes ſolet determinare vel ꝑ actũ, vel per locũ,vel per alias circũſtantias. Per locũ quidem,vt cum Beniamin in Aegyptũ ad Ioſeph dicitur deſcendiſſe: per hoc eñ ſignificatur reuocatio intuitus mẽtalis à cõtẽplatione ęternorũ, ad tẽporalia cõtẽplanda. Per actũ verò,cùm Ioſeph & Beniamin ſe mutuo amplexant̃ & oſculãtur:per hoc eñ deſignatur mutua

*Allegoricè.* cõcordia diſcretionis rationabilis & cõtẽplationis. Allegoricè verò ꝑ Beniamin deſignatur hic primò Chriſtus humillim⁹ virorũ nouiſſimus,prout dicitur Iſaiæ 35. ſine quo nullus patrũ potuit videre faciem ſapientiæ Dei(qua inſtar Ioſeph)omnia regit:quin potius omnes in lĩbo inferni fuerunt incarcerati,vſq́; ad veri Beniamin,id eſt,Chriſti aduentũ. Sed iſto adducto non potuit ſe cõtinere ſapientia Dei,quin ſe reuelaret fratribus ſuis. Nec mirũ ꝗa Chriſti humanitas eſt vterina pręfatę ſapiẽtiæ:tanquam in vtero eiuſdẽ perſonę verbi ęterni cũ ipſa plantata. Quia verò Chriſtus

postquam



poſtquam homo paſſibilis & mortalis ciphũ Ioſeph in ore ſacci habuit,intãtũ vt diceret ſe eſſe ſapiẽtiã Dei:idcirco à zelatorib⁹ Dei,licèt erroneis,accuſat⁹ de furto,addict⁹ eſt morti,& dixerũt Reus eſt mortis. Secũdo ꝑ Beniamin deſignatur Paulus,qui ad literã de trib⁹ Beniamin fuit,qui etiã nouiſſimus fuit apoſtolorũ: & clamat ſe illorũ minimum ſeu maximũ peccatorũ. Vſquequo autẽ iſte fuit clarè adduct⁹ ad Chriſtũ,nõ ſe reuelauit Chriſt⁹ ad plenũ gentibus,ſed in huius aduẽtu fracto cæremonaliũ velo,reuelata eſt myſtica ſapientia ſcripturarũ. Nã Beniamin iſte in mẽtis exceſſu raptus eſt vſq; ad tertiũ cœlũ:& ideo ex tũc Chriſtus nõ ſe potuit cohibere,quin ꝑ os Pauli prædicaretur orbi. Sub hoc autẽ myſterio quædã alia cõſimilia myſteria includuntur:perfecta euidẽtia ſuo tẽpore reſerãda à Chriſto. Poſtremò autem per Beniamin deſignantur illi,ꝗbus Paulus I. ad Theſſal.4. ſe cõnumerat,dicẽs:Deinde nos qui viuimus ſimul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã Chriſto in aëra. In illis enim iuxta ordinem temporũ & operũ Dei , cõſummabitur extremus gradus & ſeperexcelſus cõtẽplationis:ita vt ſemper adorẽt,& quaſi præſentialiter cernant aduentũ iudicis & nouiſſimi iudicij,& glorioſæ reſurrectionis nouiſſimũ diem ſubſequentis:& ideo nõ poterit ex tunc ſe cohibere Chriſtus,ꝗn in plena claritate reſurrectionis omnib⁹ electis appareat,omni tamẽ alieno excluſo ab hac æterna ac beatiſſima viſione. Nota etiam ꝙ Pharao per Ioſeph mittit plauſtra, quæ plauſtra ſunt ipſa Dei virtus & voluntas, Chriſtiq́; meritũ: in quibus portantur ad cœlũ, & ad omne bonũ. Poſſunt etiã per plauſtra intelligi ordines angelici,ac exẽpla & merita,& documẽta priorũ ſanctorũ. Per binas autem ſtolas ſingulis datas,duplex gloria intelligitur.ſ.corporis & animæ:vel ſubſtãtialis & accidẽtalis. Sed Beniamin,id eſt,viri ſtatus ſuꝑexceſſiui, accipiũt trecẽtos argẽteos,& quinq;ſtolas optimas,id eſt,ſingularia ꝑmia correſpondẽtia trinę ſupererogationi euãgelici ſtatus , & perfectiõi quinq; ſenſuũ ſpiritualiũ:in quibus continetur perfectio contẽplatiuæ ſapientiæ,in quinq; prudentibus virginibus deſignatæ.

## CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM.

P*Rofectuſque Iſraël*, Hic agitur de ĩgreſſu Iſraël ĩ Aegyptũ ad morandũ ibidem. Et primò narratur quomodo Iacob cõfortat⁹,apparitiõe diuina,in Aegyptũ peruenit. Secũdò ponitur numerus ꝓlis ſuæ cũ ipſo intrantis,ibi, *Hæc autẽ ſunt nomina*. Tertiò narratur quomodo recept⁹ eſt à

Universidad de Deusto Biblioteca

Ioſeph,& quomodo per ipſum præſentatus eſt Pharaoni:à quo terra Geſſem eſt tradita ſibi,ibi,*Miſit autẽ Iacob Iudã*.Quartò narratur quomodo Pharao in pecuniis,& in cẽſibus terrę perpetuis per Ioſeph prouidentiã eſt ditatus,ibi,*E quibus omnẽ pecuniã congregauit*.Quintò narratur tempus mãſionis & vitæ Iacob in AEgypto,ibi,*Habitauit ergo Iſraël in AEgypto*.Dicit igitur,*Ioſeph quoque ponet manũ ſuam ſuper,&c* id eſt, iutererit morti tuæ: & exequiis tuis.*Filij eius,& nepotes,& filiæ*,Filias dicit pro Dina, & pro Sara filia Aſſer filij ſui.Vel pro ſola Dina,ponens plurale pro ſingulari.Dei numero ſtirpis Iacob intrantis in AEgyptum.

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hũc locũ tom.3.*

Nota ꝙ ſecundũ Hieronymũ,& ſecundum veritatem Hebraicam, non fuerunt niſi ſeptuaginta:ſed ſecundum literam 70.Interpretum, fuerunt ſeptuaginta quinq;. Nã vbi litera noſtra iuxta Hebræũ habet,filij autẽ Ioſeph qui nati ſunt in terra Aegypti,animę duę, id eſt,fuerunt homines duo,pars pro toto.Ibi habent 70. animæ ſeptem.(Et ſubdunt,)quòd debent cõputari inter filios Iacob & nepotes,Manaſſe & Effraim filij. Et hanc ſequitur literam Lucas

*Actuum. 7.*

Actuũ 7.vbi refert verba B.Stephani, quibus dicitur ſeptuaginta quinq; animas eſſe ingreſſas Aegyptũ.Sed cõtra hoc arguit Hieronymus tripliciter. Primò quia Manaſſes & Effraim non potuerunt tunc habere filios,nam primus ex eis nõ potuit aliquo modo eſſe plurium quàm nouem annorũ: quia Ioſeph duxit matrẽ eorum poſtquã fuit ſublimatus à Pharaone,&ex tunc vſq; ad ingreſſum in Aegyptum,non,fluxerunt niſi circiter nouẽ anni.Secundò quia ſupra 41.dicitur quod nati ſunt Ioſeph filij duo antequã veniret fames,ſcilicet Manaſſes & Effraim. Et infrà etiã 48. dicit Iacob ad eum:Deo filij qui nati ſunt tibi antequã ego venirẽ ad te,mei erunt:reliquos autẽ quos genueris poſt eos tui erũt. Ex quo videtur etiam quod tempore mortis Iacob,nõ habuiſſet Ioſeph niſi hos duos Tertiò q̃a ſeptuaginta Deuteronomij ca.9. habẽt quod in ſeptuaginta animabus ingreſſus ſit Iſraël ĩ Aegyptũ.Sed & ipſemet Hieronymus ſubdit,quòd ſeptuaginta interpretes poſuerunt hic ſeptuaginta quinq; animas per prolepſim, id eſt,per anticipationem futurorũ.

*Aug.lib.16. c.40.tom.3.*

Auguſtinus verò 16.de ciuit. Dei,ca.40.ſaluat hoc per aliũ modum, dicens, quòd tempus introitus Iacob in Aegyptum fuit totũ illud tempus quo vixit Ioſeph:per quẽ factum eſt vt intrarent.Sicut autem ex fine libri huius patet,filij Ioſeph ipſo viuẽte habuerũt filios & nepotes,id eſt filios filiorũ ſuorum.

*Obiectio cõtra Aug.*

Sed fortè contra Auguſtinũ aliquis arguet, Nõ eſt veriſimile quin ante mortẽ Ioſeph fuerĩt liberi Iacob plures,quã ſeptaginta quinq;. Vnde videtur quod ſeptuaginta interpretes nõ curauerunt hic ſuperadere,niſi ſolos quinq;, qui de filiis Ioſeph ipſo viuẽte ſunt nati.Et fortè moti ſunt ea ratiõe, qua & Moyſes de ſola generatiõe Ioſeph in hoc libro , in quo agitur de ingreſſu in AEgyptũ,mẽtionẽ fecit.Quòd & in ſignum primatus Ioſeph,& ꝓpter aliqua myſteria factum eſſe videtur.



*Quæſtio.*

Si verò quęratur quare ſcriptura ita diligenter cõputat hos numeros. ſ. oẽs in ſimul fuerãt ſeptuaginta. Qui verò pręter Ioſeph & filios eius ſunt,cum Iacob ingreſſi fuerunt ſeptuaginta ſex?Põt ad hoc duplex ratio reddi.Prima eſt literalis,vt.ſ.ex hoc plenius appareret mira multiplicatio ipſorũ facta ante exitũ de Aegypto ĩ breui tẽpore.Nõ eñ fuerant anni ducenti:& tamen Exod. 12. dicitur q̃d filij Iſraël erant ferè ducenta milia virorum abſq; paruulis & mulieribus,& abſq; vulgo quãdo egreſſi ſunt Aegyptũ. Secunda ratio eſt myſtica,propter myſterium ſeptenarij & ſenarij,ſiue ſeptẽ decadũ & ſex decadũ,quorũ myſteria ex locis aliis ſatis patẽt. Si q̃s verò quęrat quomodo Beniamin narrentur decẽ filij,cùm Ioſeph ſupra 43.de eo dicat,Eſt iſte frater veſter minim⁹ de quo dixeratis mihi?Et ſequẽti capite refert Iudas eos reſpõdiſſe Ioſeph,Eſt nobis pater ſenex & puer paruulus,&c.Dicẽdum ꝙ paruul⁹ dicit̃ nõ ſimpliciter,ſed reſpectu fratrũ ſuorũ.Si eñ nat⁹ fuit ante venditionẽ Ioſeph,tũc ad minus fuit viginti triũ annorum. Quòd autẽ natus fuerit antè,eodẽ modo ꝓbatur:quo & de morte matris.

*Cur AEgiptij oderant paſtores ouium.*

*Hæc autẽ dicetis vt habitare poßitis in terra Ieſſe,quia deteſtãtur Aegyptij paſtores ouium*.Huius deteſtationis cauſa ea dicitur fuiſſe,q̃a Aegyptij adorabãt idola ſub ſpecie ouiũ ſeu arietũ:& ideo nõ comedebãt oues. Vñ propter hoc poterãt melius impetrare terrã Ieſſe fortè,q̃a erat ad hoc magis apta potius quã ſoli agriculturę: & ideo nõ curabãt de illa. Vel fortè q̃a erat ſemota à locis in quibus nobiliores terrę manebãt:& ideo facilius cõceſſerunt eã paſtoribus,ꝙ ꝓpè ſe difficulter ſuſtinuiſſent.

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunclocũ tom.3.*

Dicit autẽ Hier.ꝙ nõnulli Iudęorũ aſſerunt Geſſen tunc Thebaidẽ vocari: terrã verò Ramaſſe de qua paulò pòſt ſubditur,autumãt eſſe pagũ Arſenoitẽ.

*Hiſto. ſcholaſt. in Gen cap.98.*

Et magiſt.hiſto.dicit, ꝙ Geſſen eſt poſt dicta Thebays,à quo Thebei,è quorũ legione fuit B.Mauricius.Quę poſteà(cũ.ſ.reges fuerũt ex ea)dicta eſt vrbs heroũ.

*Loco citato.*

Vnde & ſeptuaginta,refert Hie.habent q̃d Iacob miſit Iudã ad Ioſeph,vt occurreret ei ad vrbẽ heroũ in terra Remaſſe.

*Hiſt.ſcho.in Gen.ca.98.*

De qua dicit Magiſter hiſtor.quòd in finibus terræ illius ædificauerũt Hebræi vrbẽ tabernaculorum,quæ dicta eſt Remaſſe,De qua habetur Exod. 1. & quæ poſt pagus Arſenoes dicta eſt,quòd ſonat ſine ſexu : quia tunc ſine diſtinctione vterq; ſexus cœpit imperare Aegypto, &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

## CAPVT QVADRAGESIMVM. SEPTIMVM.

*IN greſſus eſt Ioſeph,&c. Extremos quoque fratrum ſuo-
rum.* Extremos.ſ.in ſupra, id eſt,quinq; primo geni-
tos, *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta anno-
rum ſunt parui.*ſ. reſpectu annorũ patrum meorum.
*Et mali.*i.in magna afflictione trãſacti, videtur eum
*Hiſt.ſcho.ca. 97.in Gene.* loqui de malo pœnæ quã attribuit tempori,more loquendi ſatis
vſitato. Vel etiam fortè per humilitatem loquitur de malo cul-
pæ.Nota autem quod Magiſt. hiſto. dicit, ꝙ in numero ſeptua-
ginta intrantium cũ Iacob includuntur Her & Onan filij Iudę,
qui mortui erant in terra Chanaan.Dicit etiã qđ oportet Benia-
min tunc habuiſſe decẽ filios , aliàs nõ erit verũ quod filij Iſraël
ſunt quatuordecim,q͂a Ioſeph nõ habebãt tũc niſi duosfilios.Et
ideo dicit qđ in hebraica veritate Roch & Nũphin ſunt duo no-
mina duorũ.ſ.filiorũ Beniamin:quę apud nos vitioſe ſunt iũcta.
Licèt autẽ hoc vltimũ de decẽ filiis Beniamin fortaſſis ſit verũ,
ꝙ apud nos vitioſe ſunt iuncta:nõ tamẽ eſt verũ qđ Her & Onã
inter ſeptuaginta includãtur. Nã ſcriptura in numero liberorũ
Lyæ numerat duas.ſ.Dinã & Sarã:Et hoc eſt non ſolũ in partiali
enumeratione eorũ:ſed etiã in epilogatione ſummę eorũ,dicẽs,
Omnes animę filiorũ & filiarũ,&c. Cõſtat autem quod ſi cũ his
duabus filiabus inter Lyæ liberos Her& Onã numerãtur:tũc cũ
*Hiſt.ſcho.lo co ante cita- to.* illis decẽ ſunt plures quã triginta tres.Præterea ſcriptura ſatis a-
pertè reiicit eos de hoc numero cũ ait , Mortui autẽ ſunt Her &
Onã in terra Chanaã.Magiſter aũt videtur fuiſſe motus quia in
*Hiſt.ſcho in Geneſ.c.97.* noſtra litera cõmuniter habita habetur qđ liberi Lyę ſunt trigin
ta tres:Illis autẽ duob⁹ excluſis nõ inueniũtur niſi triginta duo.
Dina autẽ &Sara ſimul cũ illis adiũctis ſunt triginta quatuor, vñ
& Magiſter dicit,quòd ſi Dina numeratur inter filios & nepotes
*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locũ tom.3.* ſeptuaginta ſunt præter Iacob. Verũtamẽ ſciẽdũ quod ſecũdum
hoc vbi nos habemus ſexaginta ſex deberet eſſe ſexaginta ſeptẽ:
Sed illi habẽt ſexaginta ſex,quę litera apud oẽs cõmuniter vide-
tur.Et vbi dicitur filij Iſraël ſunt tredecim,debet haberi quatuor
decim potius,eò ꝙ liberi Lyę triginta duo, nõ autẽ triginta tres.
Et hãc ſecũdã regulã habet Hier.in libro hebraicarũ quęſtionũ,
dicens.Ex quo manifeſtũ eſt omnes animas de Iacob quę ingreſ
ſæ ſunt AEgyptum de femoribus Iacob,fuiſſe ſeptuaginta, dum
ſexaginta ſex poſtea ingreſſę ſunt, & repererũt in AEgypto tres
animas,Ioſeph.ſ.cũ duobus filiis eius,ſeptuageſimus autem ipſe
fuerit Iacob.Hanc etiã literã ſeqtur Auguſtinus.16.de ciuit. Dei,
cap.



cap.40.dicens.Ingreſſi itaq; referuntur in Ægyptũ ſimul cũ ipſo *Aug.li.10. cap.40. in princip.to.5*
Iacob ſeptuaginta quinq; homines,anumerato ipſo cũ filis ſuis,
In quo numero duæ tantũ fœminę cõnumerantur:vna filia, ne-
ptis altera. Hæc Augſt.Ex quo patet quod præter quinq; nepo-
tes Ioſeph in numero ſeptuaginta , includit Iacob & duas filias
& fœminas.ſ.Dinã & Sarã filiam. *E quibus omnem pecuniam congre-
gauit,&c.*Iſtud ſecundũ corticẽ literæ ideo ſubditur,vt oſtẽdatur
quantũ Pharaonis Reges AEgypti tenebãtur Ioſeph,ac per cõſe
quens & ſuis,quia non ſolũ liberauit totã terrã à periculo famis:
ſed etiam magnos theſauros regi congregauit , & totam terram
regni ſibi pleni⁹ ſubiecit:& quintã partẽ fructuũ totius terræ ſi-
bi pro cenſu per petuo acquiſiuit.Et ideo ſignanter ponitur im- *Pharao plus accepit commodi à Ioſeph quàm ei ſuiſque cõtulit.*
diate poſt collocationẽ Iacob in terrã Ieſſe : vt mõſtraretur qđ
Pharao plus per Ioſeph recepit à domo Iacob quã dederit ei.Fit
etiã hoc ad monſtrandum ingratitudinem noui Pharaonis perſe
cutoris Iſraël & ſucceſſoris:de quibus habetur in principio Exo
di.Nota pro myſteriis,quòd ſecundũ diuerſitatẽ proſperitatũ po
puli Dei , & ſapiẽtalium illuminationũ eius, poteſt Ioſeph varia
myſteria ſortiri.Nã reſpiciens ꝓſperitatẽ & illuminationẽ exter
næ patriæ,tunc deſignat Chriſtũ à Deo patre in gloria ſublima-
tũ:per quẽ intramus in optimã terrã.Reſpiciendo verò totã illu
minationẽ eccleſiæ militãtis,deſignat Chriſtũ hominẽ in Eccle-
ſia ſub Deo patre regnantẽ:& electos in pinguedine eccleſiaſticę
gratię collocantẽ.Rurſus nota quod ſtatuẽdo quinq; priores fra
tres corã rege ſignificauit diſtinctionẽ duodecim fratrũ & ſua-
rũ tribuũ in quinq; & ſeptẽ,quę in diſtributione terrę promiſſæ
fuit ſeruata.Nã quinq; tribus acceperunt primo partẽ:& poſtea
ſeptem reſiduis Ioſue diſtribuit partes ſuas,ſicut patet Ioſue 18.
Quod myſteriũ Chriſtus in quinq; & ſeptẽ panibus obſeruauit
Sicut etiã pręceſſerunt primò quinq; patriarchales eccleſię,quaſi
quinq; ciuitates in terra Aegypti:loquẽtes lingua Hebręorũ,De
qb⁹ habetur Eſa.19.Rurſus,nota qđ tres fames notabiles fuerũt
tẽpore triũ patrũ.Prima.ſ.ſub Abrahã,Secũda ſub Iſaac, Tertia
ſub Iacob:& hęc fuit omniũ maior & mirabili⁹ ſubleuata. Sicut
eñ per hos tres patres deſignãtur tres perſonę diuinę, & tres ſta
tus mũdi eis myſticè apꝓpriãtur : ſic vnicuiq; coaptãtur ſuę ꝓ-
priæ tentatiõis & fames,& famisſubleuatiões.Inter tẽtatiões au
tẽ eccle. ſingulariter ꝑdicat illa de qua dicit angelo ſextę eccle-
ſiæ, Ego te ſeruabo ab hora tẽtatiõis,q̃ vẽtura eſt in orbẽ vniuer
ſum.Illa etiã fames ſingulariter exaggeratur,de qua Apoc.13. di
cit,ꝙ beſtia faciet ne q̃s poſſit emere aut vendere:niſi habeat

Universidad de Deusto Biblioteca

Nota.

characterẽ aut nomẽ beſtiæ,aut numerum nominis eiꝰ. Quartò nota qđ Ioſeph primò cõgregat regi pecuniã totius Ægypti. Secũdò oĩa pecora. Tertiò ĩ regis ſeruitutẽ emit totã gẽtẽ Aegypti & terras eorũ præter terras ſaçerdotũ à rege libertati donatas: quartò reſtituit eis terras ſub cenſu perpetuo quintæ partis fructuũ. In quibus myſticè deſignatur quomodo Chriſtus ꝑfectiſſimè nos & noſtra oĩa ſubiicit Deo patri.ſ.theſauros noſtræ ſapiẽtiæ:& pecorales noſtros ſeu animales ſenſus,& nos totos & oĩa noſtra,neq; aliter ad plenũ poſſumus ab ipſo ſpiritualescibos habere. Tũc verò regi ſupremo ſemper danda eſt gloria & laus de ꝑfectiõe virtutũ & noſtrę iuſtitię, ſeu de omnibus nobis datis in quatuor tẽporibus anni,quę q̃dẽ nulli cõcedũtur,niſi ad ſemina meritorũ,& in cibũ refectionis:gloria autẽ nõ nobis,ſed ſoli Deo eſt dãda. Terra verò ſacerdotũ dicitur eſſe libera,qa per exceſſiuã libertatẽ amoris nõ habent partẽ aliquã aliã quã Deũ,& terrã Domino cõſecratã:&ideo nihil eſt illi reddẽdum pro eo,quia potius cõputatur cum Deo illud ipſum. Vnde terra eorum non ęſtimatur in aliquo elongata ab vſibus Dei. *Cúmque appropinquare cerneret*. Hęc eſt 13.pars hiſtorialis Iacob,in qua agitur de morte ipſius, & de benedictionibus filiorum eius. Et primò narratur quomodo firmiter ordinauit ſe in ſepulchro patrum ſuorum ſepeliendũ, Secundò quomodò duos filiorũ Ioſeph benedixerit.

## CAPVT QVADRAGESIMVM OCTAVVM.

H*Is itaque tranſactis*, Hîc conſequenter agitur de morte ipſius Iacob & benedictionibus filiorum eius, & primò quomodo duos filios Ioſeph benedixit,ibi, *His itaque tranſactis*. Secundò quomodo dicens ſe moriturũ, promittit ſuis. Dei aſſiſtentiam & reductionem eorum ad terrã promiſſionis:legans quiddam ſpeciale ſibi,Ioſeph , ibi , *& ait ad Ioſeph filium ſuum. En ego morior*. Tertiò prædicit futura duodecim filiorum ſuorum 49.cap ibi, *vocauit autem Iacob*. Quartò refertur in ſumma quid vnicuique filiorum in ſpecialem benedictionẽ dederit,ibi, *Et præcepit eis , dicens, Ego congregor*. Sextò refertur ſupplicatio fratrum ad Ioſeph pro ſcelere venditionis ſuæ: & eius ad ipſos benignitas,ibi, *Quo motuo timentes fratres eius*. Septimò breuiter tangitur mors Ioſeph & genealogia ipſius facta in eius vita,ibi , *Vixit centum decem annis,dicit ergo. Adorauit Iſraël conuerſus ad lectuli caput*. Secundum Hierony. ſeptuaginta habent & adorauit Iſraël Dominum contra ſummitatem virgę eius. Ex quo quidã (vt ait) volunt Iacob adoraſſe ſũmitatẽ ſceptri

Hierony. in Heb. quæſi. ad hunc locum tom. 3.

Ioſeph:



Ioſeph:poteſtatẽ.ſ. eius adorans. Sed ſecundũ eum in Hebræo, eſt,& adorauit Iſraël ad caput lectuli ſui. Quod exponẽs Hiero. ſubdit,quod quia filius iurauit ei,ſecurus de petitione ſua:adorauit Deũ cõtra caput lectuli ſui. Sanctus quippè ibi habebat lectulũ poſitum:vbi ipſe iacẽtis habitus abſq; vlla difficultate ad adorationẽ eſſet paratus. Litera tamẽ ſeptuaginta & expoſitioni cõcordat verbũ Apoſtoli ad Heb.11.dicẽtis:Fide Iacob moriẽs per ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium virgæ eius. In quo Apoſtolus videtur innuere quod poteſtatem Chriſti ꝑęfiguratã ĩ ſceptro Ioſeph adorauerit. Et veriſimile eſt qđ gaudens Ioſeph tanquam de filio tanto & ita ſibi beneuolo:cũ quadam reuerẽtia & alacritate conuertit ſe ad virgam Ioſeph adorando Deum. *Deus omnipotens apparuit mihi in rupe*, id eſt,in Bethel. Hoc videtur nunc cõmemorare ad demonſtrandum ſe habere poteſtatẽ benedicẽdi filios Ioſeph , & quod quilibet habet ſortẽ in terra ſibi promiſſa:ſicut quicunq; propriorũ filiorũ. Vñ ex hoc illatiuè ſubinfert, *Duo igitur tui,&c.mei erunt*, Id eſt ſecundũ Hier. ſiç hæreditabunt promiſſionis terram ſicut & filij mei , & ita facient duas tribus:vt Ruben,& Symeõ,qui erant primogeniti. In quo etiã innuit quod nõ ſolũ vult Ioſeph habere ius primogenituræ,ſed etiã qđ hi duo filij Ioſeph teneãt locũ duorũ primogenitorũ ſuorũ. *Reliqui autem tui erũt, & nomine fratrũ ſuorum vocabuntur*. In poſſeſſionẽ ſcilicet,id eſt,nõ accipiẽt ſeparatim terrã: ſed in tribus Effraim & Manaſſe quaſi appẽdices populi cõmiſcebũtur, *Mihi enim quãdo veniebãt de Meſopotamia mortua id eſt Rachel*. Secundũ quoſdã iuſtud interſerit quaſi excuſans ſe quare nõ ſepeliuerit in ſpelũca duplici,in qua ſe petebat à Ioſeph Rachelis filio ſepeliri. Sed cõtra hoc duę inſtãtiæ dãtur. Prima eſt,qa nõ eſt tãta diſtãtia de Bethleẽ vſq; Ebrõ,quin benè potuiſſet eã portaſſe illuc:maximè cũ tũc eſſet in via veniẽdi ad patrẽ ſuũ in Ebrõ, & nõ multo poſt illuc peruenerit. Ipſe autẽ de Ægypto vſq; illuc ſe deferri volebat. Secũda eſt qa tũc erat tẽpus opportunũ & valdè tẽperatũ.ſ.tẽpus vernale. Prætereà ſi in prædicti excuſationẽ hoc ſubiecerit,tunc hoc dixiſſet quãdo fecit iurare Ioſeph vt eũ ſepeliret in ſpelũca duplici:potius quã hîc vbi filios Ioſeph benedicere volebat. Poſſet fortaſſe dici quod interſerit ad monſtrãdũ quãdã ſenſibilẽ rationem quare volebat qđ Ioſeph faceret duas tribus:quia ſcilicet de Rachel tãquã præuenta morte paucos filios habuerat, Quia tamẽ de morte eius huius occaſione egerat: ſubiecit & de ſepultura ipſius. *Deus in cuius cſpectu, &c. Angelꝰ qui eruit me, &c*. Videtur ꝙ Deũ patrum ſuorum ſuũ vocet angelum

Ibidem.

Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locum to. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& ſui protectorẽ & ſaluatorẽ. Vñ & poſtea in ſingulari dicit, *Bene dicat pueris iſtis, &c.* Niſi forte angelicã benedictionẽ diuinæ benedictioni tanquã cõminiſtrã ſiue ſubminiſtrã adiungat. Sed modus loquẽdi quẽ tenet ſi bene aduertatur magis ſapit primũ modũ. *Et inuocetur ſuper eos nomen meũ, Nomina quoq; patrum meorum Abrahã Iſaac.* Nota quòd Iacob adhuc viuens præſentiebat in ſpiritu quod nomẽ ſuũ tanq̃ nomẽ ſancti erat inuocandũ ſuper populo ſuo. Vñ ſicut ipſe cũ patre & auo erat ſingulariter electus à Deo in patriarchã ſui populi, & hoc in myſteriũ beatiſſimę Trinitatis: ſic hic ipſum per reuelationẽ nominauerat. *Benedixitque eis in ipſo dicẽs. In te benedicetur Iſraël, &c.* Duplici ex cauſa eos in patre. ſ. in Ioſeph benedixit. Prima eſt literalis, vt ſcilicet ex hoc pateret q̃d benedicẽdo eos principalius intẽdebat benedicere patrẽ: ſic ꝙ ex benedictione patris* ſubderiuabatur hæc benedictio ad filios. Secũda eſt figuralis. Sciens eñ in Ioſeph Chriſtũ pręfigurari, benedixit eos in Ioſeph. i. in virtute Chriſti: in cuius virtute etiã totus Iſrael erat benedicẽdus. *Do tibi patrẽ vnã extra fratres tuos.* Id eſt, præter partẽ q̃ fortè accipies inter fratres tuos. Secũdũ Hiero. ſeptuaginta habẽt, Et ego dedi tibi Sychimã præcipuã. (Et ſubdit,) quòd Sychima iuxta Græcã & Latinam conſuetudinem declinata eſt, Et Hebraicè dicitur Sychẽ vt Ioannes teſtatur licèt ibi vicioſe legatur Sychar, & eſt nũc Neapolis vrbs Samaritanorum. Subdit etiam, quòd quia Sychem lingua Hebræa trãsfertur in humerũ, pulchrè alluſit ad nomen, dicẽs, Et ego dabo tibi humerum vnum, pro præcipuo enim, id eſt, ἐξαίρετον vnum ſcribitur in Hebræo. Dicit etiã q̃d arcũ & gladiũ Iacob vocat hic iuſtitiã, per quã ipſe peregrinus & aduena meruit interfecto Sichem & Emor de periculo liberari. Vel ſecundum eundẽ per arcũ intelligit fortitudinem ſuam. i. pecuniã multo labore ac ſudore acquiſitam: per quã Sychimam emit. Secundũ quoſdam verò ideo dicitur eam tuliſſe in arcu gladio: quia poſt interfectionem Sychimitarũ eam potenter defendit & obtinuit. Pro myſteriis nota, primò quare ita ſæpè poſtremi primogenitis præferũtur. Et quidẽ ſupra vbi de Abel & Cain agitur aliquæ rõnes ſunt datæ. Sed occaſione trãſlationis manuũ Iacob ſuper Manaſſen & Effraim, notandũ quod quadruplex myſticè trãſlationis genus in ſcripturis inuenitur. Primũ eſt in primogenitura, Secundũ eſt in ſacerdotali cultura, Tertiũ eſt in regali ſolio ſiue dominio, Quartũ eſt in nuptiali feſto ſiue connubio. Eius ratio eſt, quia iſtę tranſlationes factæ ſunt in commendationem electionis diuinæ gratiæ, & quadruplicem habent reſpectum: ſcilicet ad ſuę originis principium,

** ſubdirigebatur.*

*Hierony. in Heb. queſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Nota pro myſteriis.*





ad Dei & ſuæ legis cultum: ad virtualis dominationis ſuper ſe &
ſuper omnia inferiora faſtigium: & ad diuinę fruitionis familiare
gaudium & indiſſolubile connubium. In primogenitura autẽ fa-
cta eſt tranſlatio triplici ex cauſa. Primò, ſcilicet, vt primatus ſeu
electio gratiæ nõ attribuatur naturali principio. Secundò, vt nõ
aſcribatur tẽpori vel præcedẽti merito. Tertiò, vt nõ præſuma-
tur de gratiæ priuilegio abuſiuè tractato: ideo enim propter gu-
læ vitiũ eſt tranſlatũ ab Eſau ad Iacob caſtiſſimũ: à Cain ad Abel
ꝓpter vitiũ malignitatis & duriticiei indeuote. In ſacerdotali au
tem cultura facta eſt tranſlatio ab Heli ad Samuẽlẽ: ſaltẽ quoad
auctoritatem iudiciariam, & ab Abiathar ad Sadoch: & tandem à
Caipha ad Chriſtũ, ſeu potius à ſacerdotio legali & carnali, ad ſa
cerdotiũ gratię ſpiritalis. Et hìc habet propriè locũ verbũ Apoſt.
ad Hebr. 7. Trãſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat.
In eandem autem figurã concurrit tranſlatio tabernaculi in tem
plum, & cultus Sylo in cultũ Hieruſalẽ. De quo dicit Pſalmiſta,
quod repulit tabernaculum Sylo, & tribũ Effraym nõ elegit, ſed
elegit tribum Iuda, montem Syon, quem dilexit. Si autẽ diligẽter
inſpexeris literales cauſas tranſlationũ prædictarũ: de facili tam
moraliter quã allegoricè aduertes & ſpiritales. In regali verò do-
minio facta eſt trãſlatio à Saule ad Dauid, ab Adonia ad Solomo
nem, de quo 3. Reg. 2. dicit ipſe Adonias. Tranſlatũ eſt regnum,
& factum eſt fratris mei. Quantũ verò ad principatũ facta eſt ab
Aman ad Mardocheũ. In Regibus etiam decẽ tribuum inuenies
plures alios. In nuptiali verò cõnubio à Vaſti ad Heſter, à Syna-
goga ad Eccleſiã: & fiet ab Eccleſia militãte ad Eccleſiã triũphã-
tem. Et de his inuenies figuras in vxoribus Abrahæ & Iacob, &
Helcanæ patris Samuẽlis, & hoc quoad ſpõſas, quia quoad viros
habes exẽplum in Sara, q̃ poſt viros ſeptẽ data eſt iuniori Tobię
& in Ruth, quę poſt primũ virũ nupſit Boos: & in Raab, quę poſt:
Amaſios nupſit Salmõ. Quoad vtrũq; verò in Dauid & Berſabee:
& quodã modo in Iuda & Thamar, Et nota quod Iacob hãc trãſ
lationem hìc fecit ſub ſigno crucis, brachia ſua trãſducẽs: in quo
ſimul tria ſignificauit. Primũ eſt quod Chriſtus in cruce crucifi-
gẽdo literã: carnalẽ affectũ & ſenſum poſtponendũ docet & ape-
rit. Secũdũ eſt quod Dei dextera dirigitur ad illũ qui exterius eſt
in eius ſiniſtra, & in aduerſitatũ ſufferẽtia pro ipſo ſuſcepta. Eius
aũt ſiniſtra ad eos qui ſecundum exterius ſunt in dextra, id eſt, in
proſperitate tẽporalis primatus. Tertiũ q̃d Iacob per hoc cõfor-
mauit manus ſuas exteriori poſitioni Ioſeph, quia dexterã ſuã po
ſuit ſup eũ qui à ſiniſtris erat. Ioſeph enim ecõtrario fecerat, q̃a

*Dei dextera ad eos dirigitur, qui quoad mundum in ſiniſtra eſſe videntur.*

Universidad de Deusto Biblioteca



ſiniſtram reſpectu ſui poſuit ad dextrã Iacob. Quod enim eſt vl-
timum reſpectu naturalis principij, videtur minus, quãuis reſpe-
ctu cauſæ finalis, quam Deus prædeſtinans præintẽdit, ſit maius.
& ideo naturalis affectus hic quodammodo renititur ordini præ
deſtinationis diuinæ. Deinde nota hic moralẽ & anagogicũ my-
ſterium. In Manaſſe enim & Effraim duæ partes beatitudinis deſi
gnantur. Prima eſt perpetua obliuio, ſeu carentia omnis mali, &
hoc per Manaſſen, qui interpretatur obliuio. deſignatur. Secũda
eſt conſummatum augmentum omnis boni, & hoc per Effraim,
qui augmentum interpretatur. Hæc autem ſecunda primæ in va
lore præfertur. Et quia per Ruben & Symeõ timor & dolor, ſicut
ſupra dictum eſt deſignantur: ideo Iacob propriè dicit, quod Ef-
fraim & Manaſſes per Rubẽ & Symeon erunt ſui. Nam ſecuritas
impoſſibilitatis ſuccedit timori: plenitudo verò gaudij ſeu boni
iocundi ſuccedit dolori. In his etiã duobus deſignãtur duæ perfe
ctiones partis moralis. Prima eſt nullã paſſionem vicij experiri,
quæ omnis vicij inexperiẽtia dici poteſt: Et hæc eſt optima obli
uio malorũ domus patris. Secunda eſt exuperãtia ſimul & guſta-
tiua experientia ſpiritualium fructuum & incrementorum: &
hanc excreſcentiam habet Ioſeph in terra paupertatis ſuæ. Nam
paupertas perfecta in ſe includit fugam & excluſionem tempora
lium & amplexum ac cõtinentiam theſaurorũ ſupercœleſtium.

*Duæ ſunt beatitudinis partes.*

## CAPVT QVADRAGESIMVM-NONVM.

V*Ocauit autem Iacob filios ſuos* Hîc Iacob Propheti
cè prædixit futura filiis ſuis, & primò ipſemet præ
mittit dicendorũ prooemialem titulum ſeu exor-
dium: in quo potius innuit ſe prædicturũ eis futu
ra nouiſſima, quã propinqua. Innuit etiã ſe dictu-
rũ magna & valdè attendẽda, quod quidẽ facit di
cendo, *Congregamini & audite*. Talis autem modus conuocandi &
reddendi attentos non ſolet fieri niſi pro arduis rebus. Et nota
quod ex huiuſmodi prælibationibus ſeu circumlocutionibus ſo
lent Prophetæ ſubinnuere ſe principalius intendere poſtremos
ſenſus quàm primos. Vnde per hoc quod hîc dicit ſe dicturũ ven
tura in nouiſſimis diebus aperte innuit qđ ad nouiſſima Chriſti
eccleſiæ tẽpora fertur principalior intentio ſua. Secũdò prędicit
futura ſex filiis ſuis Liæ, & hoc iuxta ordinẽ ſuæ natiuitatis: niſi
quod Zabulon præmittit ante Iſachar. Tertiò prophetat filiis
Balæ ac deinde filiis Zelphę, ac tandem filiis Rachel: ordinãs eos
iuxta



iuxta ſenectutẽ ſuæ natiuitatis, niſi quod filios Zelphæ ante Ne-
ptalim ordinat. Notandũ autẽ quod iuxta modum cęterarũ pro
phetiarum hîc intenduntur plures ſenſus per ordinẽ ſe habẽtes.
Primus hic eſt per verba metaphorica, & pro tãto myſticus. Dici-
tur nihilominus literalis, & hic propriè reſpicit ſtatum tribuũ ſe-
cũdum carnẽ deſcendentiũ à duodecim patriarchis. Et ſecundũ
hoc per eorũ nomina hic tribus eorũ aut aliqui futuri in tribu-
bꝰ illis intelliguntur. Vt aũt ſenſus hic literalis apertè ſubſeruiat
ſenſibus ſubſequẽtibus, id circo talia ſecundũ ſenſum literæ dicã
tur quæ quodãmodo plenius & proprius exponi valeant de Chri
ſto & ſuis: quam de ſtatu primi tẽporis, circa quem literalis ſen-
ſus inſiſtit. Et hoc eſt quod tribus filiis prædixit improſpera, cum
tamen omnibus aliis prædicat proſpera: quia ſicut infra pate-
bit, hoc fuit valde aptum myſteriis Chriſti. Ne tamẽ literalis ſen-
ſus ſecundũ ſe mutilus omnino credatur: ſciendũ quod tam præ
cedentibus illa quæ hic prædicantur, quam ſubſequentibus fue-
runt Prophetiæ vtiles & neceſſariæ ad fidem & ſpem ipſorum in
Deo fundandã. Præcedentibus enim fuit expediens firmiter cre-
dere & ſperare quod Deus ſub certa diſtinctione tribuũ, eos firmi
ter collocaret in terra promiſſa, & qđtũc Dei cultꝰ magnificare-
tur in eis ſub ſtrẽnuis regibus & iudicibꝰ. Subſequẽtibus verò fuit
vtile ſcire quomodo illa quæ erant in eis impleta & promiſſa ad
tollendũ etiã æmulationẽ & ſciſſurã ſuper diuiſione terræ, & ſu-
per ſublimatione quarundam tribuum ſuper alias, fuit vtile ſcire
qđ huiuſmodi erãt per ſanctos patres prædicta & præordinata à
Deo. Fuit etiã ipſis omnibus vtile ſcire, quod totus ſtatꝰ eorũ di-
ſtinguendus & ordinandus erat ſecundũ aliquã figurã præſigna
tiuam ad Chriſtum, & ad Chriſti ſtatũ: quẽ diſpoſitoriè præcine
bant. Literalẽ igitur ſenſum primò ſuccinctè præcurrendo, ſcien
dum, eſt quod primo tribus primogenitis oſtendit tẽporalẽ pri-
matũ eſſe ablatũ propter ſua peccata: quãuis Simeonis & Leui
aliqualiter ſubinnuat ſpiritalẽ primatũ quẽ habituri erant, quia
etiã ipſi in ſuo exceſſu habuerũt occultè fortẽ zelũ Dei. Dicit er-
go ad Rubẽ, quod ipſe ordine naturæ erat primogenitus tanquã
de primordiali & viriliori robore patris ſui genitus: & tanq̃ prin
cipium laboris & ſolicitudinis paternalis erga ſuam prolẽ fouẽ-
dam. Ex quibus ſequebatur quod erat prædiligẽdus & prior futu
rus in donis maioribus ſuſcipiendis: & quod debebat aliis domi-
nari & imperare. Sed qa per inceſtationẽ vxoris patris ſui eiꝰ cõ-
cupiſcẽtia effuſa eſt, ſicut aqua de vaſe fracto: ideo ſubdit. *Nõ creſ
cas*. ſ. in dignitatem primogenituræ: nec in temporalẽ primatum.

*Multiplex ſenſus in benedictionibus iſtis requirendus.*

*Cur temporalis primogenitura à Ruben ablata.*

Universidad de Deusto Biblioteca



De duobus verò ſequentibus dicit. *Simeon & Leui fratres*, id eſt, in malo peragendo concordes, *vaſa*, id eſt, arma ſeu inſtrumenta, *iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea.* q. d. Conſilium habuerunt doloſum & iniquum: & ob hoc mihi valdè odioſum. *Et in cœtu illorum*, id eſt, turba, cum qua Sychimitas deſtruxerunt. *Non ſit gloria mea*, id eſt, factum eorum non reputo inclitum ſeu glorioſum, immo potius ignominioſum. *Quia in furore ſuo*, id eſt, in inſano & effrenato impetu iræ, *Occiderunt virũ*, ſcilice, Sychem, vel virum. i. viros: ſingulare pro plurali. Quia verò eorũ ira fuit nimis rigida & aſpera in vindicta: ideo maledicẽdo eam dicit quod fuit pertinax & dura. Præmiſſa ergo eorũ culpa ſubdit pœnam eorum, dicẽs. *Diuidens eos in Iacob, &c.* Idem enim repetit per alia verba. Tribus enim Leui non habuit hæreditatẽ vel manſionem & partẽ ſeorſum: ſed in omnibus tribubus quaſi per oẽs fuit diſperſa, ſicut patet Ioſue 21. De tribu verò Symeon dicitur Ioſue 19. quod eorum ſors fuit in medio poſſeſſionis filiorum Iuda. Licèt autẽ diſperſio Leui principaliter fuit in gloriam eorũ, vt, ſcilicet, intẽderẽt ſoli cultui Dei, & vt diſperſi per omnes tribus poſſent in his quę ad Deũ ſunt plenius diligere eos: Nihilominus ſecundum carnem ſaltẽ carnalibus, potuit hoc eſſe pœnale: & pro tanto ponitur hic in pœnam. Innuitur etiam in hoc quod magnis & exceſſiuis zelatorib⁹ etiã in bono eſt vtilis & neceſſaria pœna diuiſionis: vt ſcilicet per aliorum publicã & multiplicem ſocietatẽ, exceſſus eorũ & impetus moderetur. Pręmiſſio igitur de quibus tribubus temporaliter principatus fuit ablatus, ſubdit de tribu Iuda, cui principatus regni fuit in Dauid collatus, oſtendens circa hæc tria. Prima, ſcilicet, gloriam & dominiũ eius ſuper totum populũ Iacob, & ideo alludens ad nomen Iudæ qui cõfeſſio interpretatur, dicit, *Iuda te laudabunt fratres tui*, & poſteà. *Adorabunt te filij patres tui*, Id eſt, omnes tribus Iſraël. Non enim dicit filij matris tuæ Sumitur autẽ hîc adorare pro reuerẽtia proſtrationis & ſubiectionis, quã facit ſeruus ſuo domino ſiue regi. Secũdò oſtendit eis triumphalẽ potentiã ſuper hoſtes, dicẽs. *Manus tua, &c.* Et ad hanc plenius monſtrandam comparat eum leoni, non ſeni ſeu fracto: ſed iuueni & robuſto, dicens, *O Iuda tu es catulus Leonis*, Et quia leonis eſt grandem prædam de ſiluis & mõtibus ſibi venari, ideo dicit, *Ad prædam filij mi aſcendiſti*, id eſt, de præda ſeu cũ pręda iam capta aſcendiſti, ſcilicet, ad cubile tuum. Quia etiam leonis poſt hoc eſt ſecure & abſq; timore in loco ſuo quieſcere, quia potius omnia timeant ipſum inuadere, & inuadẽdo ſuſcitare, ideo ſubdit, *Requieſcens accubuiſti*. In quo ſignant, quod

*Adorare hoc loco quid ſignificet.*



quod principatus Iudæ neminem vicinarum gentium timebit quin potius ab omnibus valdè timebitur. Et hæc quidẽ in Dauid: & Salomone pro parte impleta fuerũt. Tertiò oſtẽdit regni eius terminum, & durabilitatem, dicens, *Non auferetur ſceptrum de Iuda &c. donec veniat qui mittendus eſt*, Id eſt, Chriſtus qui pro ſalute mũdi à Deo patre mittendus erat, & ideo ſubdit, quod *ipſe erit expectatio gentium*, id eſt, gentes ponent in eo ſpem ſalutis ſuæ, & expectabunt ipſum tanquam ſaluatorem ſuum per huiuſmodi orationẽ metaphoticè oſtendit tria per ordinem ſe habentia ex quibus apparet ipſe mundi ſaluator. Et incipit à poſteriori effectu per mediũ tendens in effectiuum principium, & habet in ſe ſummæ puritatis decorẽ & munditiam, & ſummæ ſapientiæ gratiam & perſpicatiã. Et pro his dicit quod *pulchriores ſunt oculi eius vino.* Comparat autem eos vino, quia ſicut vini humor eſt clarus & nimis etiã gratioſus: ſic eſt & occul⁹, & præcipuè ocul⁹ inebriaturę ſapiẽtiæ Dei. Habuit etiam doctrinam puriſſimam, ſuauiſſimam & efficaciſſimam, & ideo dicit. *Et dentes eius lacte candidiores.* Per iſta autem poteſt deſignari virtus actiua ſeu prædicatiua & cõtẽplatiua myſteriorum ſuorum. Quia verò meritum ſuæ paſſionis fuit inſtrumentale mediũ noſtræ ſalutis, & etiam gloriæ ſui corporis, ideo dicit, *Lauabit in vino ſtolam ſuam*, id eſt, ſanguine ſuo effuſo corpus eius operietur ac ſi in ipſo laueretur. Vel per hoc lauit corpus ſuũ, q̃a per hoc eius gloriã meruit & obtinuit: & per hoc etiã laudabit eccleſiam ſuam quæ eſt quaſi veſtis eius A duobus autẽ prædictis manauit ſalus eccleſiaſtici regiminis cõtinẽtis fideles ex gentibus & Iudæis, & ideo dicit. *Ligans*. ſ. præceptis, & ſacramentis & gratiarum donis, *Pullum ſuum*, id eſt, populum gẽtilẽ ad ſe cõuerſum. *Ad veniã*. i. ad eccleſiã iuſtam, vineæ plantatam & cultam, *Ad vitem*. i. ad ſeipſum, qui eſt vitis vera. *Aſinam ſuam* i. ſynagogã prius iugo legis preſſam. Secundum Hieronymum pro vite in hebræo habetur, & in Soreth, id eſt, vitẽ electã ſeu optimam. Dicit etiã quod pro pullo in hebræo poteſt legi vrbem ſuam, & iuxta eũdem ſenſum ad præcedentem aliis verbis eccleſia demonſtrata eſt, de qua ſcriptũ eſt, nõ põt ciuitas abſcõdi ſupra montẽ poſita. Nota autẽ quod quidã legũt prædicta de principatu Iudæ vſq; ad regnũ Saulis dicẽtes, quod vbi nos habemus donec veniat q̃ mittẽdus eſt: in hebræo eſt, Silo i. donec veneat inunctio Saulis in Sylo, & tunc dicunt quod per ſceptrũ intelligitur quoddã dominium tribus Iudæ, quod, ſcilicet, primus intrauit mare, & dux eius prim⁹ obtulit in tabernaculo. Sequentia verò legunt de abundantia vini & lactis terræ illius tribus.

*Meſſias hic clarè promittitur.*

*Hierony. in hebr. quæſt. ad hunc locum.*

Universidad de … Biblioteca

*Reprobatur ſenſus prau' aliquorũ in hunc locum.*

Sed iſtud eſt ridiculoſum. Primò quia ante Regem Dauid tribus
Iuda nullũ nobile dominiũ plus quàm tribus cæteræ legitur ha-
buiſſe, imò etiam minus. Nam Moyſes de tribu Leui, fuit prim'
dux Iſraëli, & poſtmodũ Ioſue, qui fuit de tribu Effraim: & præ-
ter Othoniel Iudicem, nõ legitur aliquis de Iuda Iudex vel dux
bellorum Iſraëlis fuiſſe. Secundò, quia quod per aduentum Sau
lis in Sylo iniunctio intelligatur, non eſt conueniens. Nam tunc
ſedes diuini cultus non cœpit eſſe in Sylo, imò pòſt, & tunc cœpit
inde transferri. Nam ſub Samuële manſit arca Dei in Caria-ia-
tim, ſicut habetur primi Regum ſeptimo, & tandem per Dauid
tranſlata eſt in Ieruſalem. Vnde Dauid canit, Et repulit taberna
culum Ioſeph, & tribum Effraim non elegit: ſed elegit tribum Iu
da, nomen Syon, & cæt. Tertiò, quia ſatis erat rationabile quod
Iacob prædiceret regnum fundandum eſſe in tribu Iuda, & ſuo
tempore ſcient hoc à Deo ordinatum fuiſſe: & ſic per conſequẽs
magis cõcorditer tribus aliæ ſubderentur imperio eius. Quartò,
quia valde neceſſarium erat quod finis & finalis terminus Syna
gogæ ab initio prædiceretur, & quod ab initio mentio fieret de
Chriſto venturo. Non autem potuit hoc conuenientius fieri,
quàm loquendo de regno Iudaico in tribu Iuda fundãdo, & ma
ximè q̃ a Chriſt' de tribu Iuda & de ſtirpe regia naſciturus erat.
Quintò, quia nomen Sylo ſumptum appellatiuè potius facit ad
ſenſum noſtrum. Nam Sylo eſt idẽ quod miſſus vel miſſio, apud
Dominũ autem Chriſtus ſic erat mittendus quod erat per ęter-
nam prædeſtinationem quaſi iam miſſus. Prout etiam Sylo inter
pretatur tranſlatio, amiſſio vel reſtitutio, deſinat tempus tranſ-
lationis legis veteris in legem Chriſti: & tempus reſtaurationis
factæ per Chriſtum. Sed contra nos quidam arguunt, quod ante
aduentum Chriſti fuit regnum de tribu Iuda ablatum, ſcilicet, à
tranſmigratione Babylonis & vltra. Nam poſtmodũ Pontifices
tenuerunt ducatum, præter Zorobabel & Neemiam. Prætereà
Herodes alienigena, fuit per triginta annos Rex Iudæ ante Chri
ſti ortum, Ad quod dicendum primò quod Chriſtus non ſolùm
debebat eſſe finis tribus Iuda, ſed etiam totius ſtatus Iudaici: &
ideo loquendo de regno Iudaico prout erat finiendum in Chri-
ſto, non ſolùm debuit loqui de regno tribus Iudæ: ſed etiam de
tota regali poteſtate totius Synagogæ, & ideo quod ait: *Non au-
feretur ſceptrum de Iuda.* Inlligendum eſt quod regnum funda-
tum in tribux Iuda, non auferetur populo Iudaico, donec ve-
niat Chriſtus. Licèt enim ad tempus fuerit de facto interpola-
tum, vtpotè cùm fuerunt in captiuitate: non tamen fuit vſque



ad Chriſtum totaliter ablatum, neque vnquam vſque ad Chri-
ſtũ iure perditum aut ablatum. Secundò dicendum quod pro-
phetiæ ſpiritualium & æternorũ habuerunt figuralem corticem
carnalium & temporalium: ideo ad quendam aditum apertionis
ſpiritualium pro tẽpore ſuo oportuit corticem carneum in plu-
ribus eſſe defectiuum. Vnde videmus quod in Pſalmo, vbi Da-
uid pręmittit quod Deus iurauit Dauid ſeruo ſuo vſque in ęter-
num præparabo ſemẽ eius, & thronus eius ſicut Sol in conſpe-
ctu meo. Ipſe præſciẽs oppoſitum quodammodo eſſe futurum,
ſubdit, Tu verò repuliſti & diſtiluſti Chriſtũ tuũ, & euertiſti te-
ſtamẽtum eius, & cæt. intãtum quod, vt ſubdit, Gẽtes etiam pro-
bauerunt commutationẽ Chriſti tui. Et certè iſti qui dant præ-
dictam inſtãtiam contra prophetiam Iacob, ita poſſent eam da-
re contra promiſſiones Dei factas ad Dauid. Nam ſecundi Re-
gum ſeptimo dicitur: Erit domus tua & regnum vſque in æter-
num ante faciem meam, & thronus tuus erit firmus iurgiter.
Igitur in huiuſmodi promiſſionibus oportet per regnum intelli
gi iuriſdictionẽ Catholicę fidei, & ſpiritalem ſedem diuini cultus
in electi Dei in æternum manſuram: quamuis non ſemper ſit in
hac terra vel illa, ſed tunc per illud (donec) non ſignificatur ter-
minus deſertionis huius regni, ſed potius terminus ambiguita-
tis, vt ſit ſenſus, Etiã in tempore in quo de huius regni ablatione
dubitari poſſet: ſcilicet, in tẽpore ante Chriſtum, nullatenus au-
feretur, imò durabit vſque ad ipſum, & (ſupple) multò magis poſt
quam ipſe venerit. Tertiò poſſet dici, quod pro tanto vſque ad
Chriſtum manſit in tribus Iuda, pro quanto tribus Sacerdotalis
& regia fuerunt commixtæ, & per coniugia ac vrbium domici-
lia ſæpè vnitæ: & maximè, quia in ipſa tribu Iuda, ſedes regni
ſemper ac ſingulariter remanſit. Licet autem ad illud de Herode
ſatis pateat ex prædictis, nihilominus poteſt dici quod aliquãtu-
lum ante Chriſti ortum debuit aliqualis ablatio regni Iudaici in-
choari: vt ex hoc innueretur quod Chriſti aduentus iam in ian-
uis erat. Quartò poteſt dici, quod prophetiæ ſunt aliquando *Prophetiæ ſunt aliquãdo conditionales.*
conditionales, prout dicitur Ieremiæ decimooctauo. Subintelli-
gitur enim Dei promiſſio implenda ſi populus per peccata non
reddiderit ſe indignum promiſſionibus Dei. Quia igitur Reges *Penedictio Zabulon.*
Iuda longo tempore peccauerant: idcirco non eſt inuenta in eis
conditio præſuppoſita & ſubintellecta. Poſt hæc igitur ſubdit de
Zabulon, dicens, *quod eius tribus ſtabit in maritima regione*, in qua
eſt ſtatio nauium, ita quod ex vna extremitate attingit regionẽ
Sydonis. Quidam dicunt quod hoc intelligitur de mari, id eſt,
de

Universidad de Deusto Biblioteca

de ſtagna Galilææ,iuxta illud Iſaiæ nono, Terra Zabulõ,& terra

*Hierony.*

Neptalim maris trans Iordanem Galilææ Gentium. Hieronym⁹ tamẽ hic dicit quod Zabulon eſſet magna maris littora poſſeſſurus,& hoc ipſum ſatis patet ex Ioſue decimono. Vnde & ſecundum literam ideo videtur præmiſiſſe Zabulon ante Iſachar:quia voluit incipere à termino maritimo, & ſic ad intermedias terras venire. Nec eſt inconueniens ſi ex vna ſui parte tangit mare

*Benedictio Iſachar.*

magnum:& ex alia parte mare ſeu ſtagnum Galilææ. Ad Iſachar verò ſubdit quod habebit terram mediterraneã,inter terminos, ſcilicet, Zabulon & Neptalim, ſcilicet, pulchrimam & fertilem in Galilææ regione iuxta Neptalim:& ideo tanquam ſuperabũdãtes meſſes habẽs velut aſinus fortis portabit res ſuas ad mare, vt ibi vendat eas alibi aſportãdas, propter quod & ibi vectigalia ſoluet. Vbi autem nos habemus aſinus fortis, in Hebræo eſt aſinus oſſeus, & ſecundũ rem idem eſt. Nota quomodo iuxta literalem ſenſum tẽporalium copia facit ſeruum & laborioſum. Nam tribus iſta dicitur ſeruitura hominibus,& tributis,propter copiam ſuæ fertilitatis.

*Temporaliũ copia facit ſeruũ & laborioſum*

*Benedictio Dan.*

De Dan verò, (alludens more prophetico ad eius nomen quod interpretatur iudicium) dicit quod habebit auctoritatem iudiciariam ſicut & cæteræ tribus. Quod generaliter ſumptum poteſt intelligi de iudicibus per tribus ſingulas diſtributis, Specialiter tamen prophetatur de Sãpſon, qui fuit de duodecim Iudicibus totius Iſraëlis,& tunc de iſto ſubdit, quod inſtar colubri *& ceraſtes*, id eſt, ſerpentis cornuti hoſtibus Iſraëlis inſidias ponet nimis,& mordebit vngulas equi,ita vt hoſtis illum equitans cadat retro. Per vngulas autem equi intelligit fundamentale robur equorum ſeu hoſtium. Sampſonem verò comparat colubro cornuto:quia abſq; ſocietate & abſque equitum & armorum apparatu ſolus de hoſtibus triumphabit,quaſi diceret de tam aſtutè quàm potenter hoſtes *Iſraël* mirabiliter ſolus abſque amicis & ſociis opprimet. Et quia ille in ſua miraculoſa fortitudine ſpecialẽ typum Chriſti ſaluatoris tenere debebat:ideo quaſi de iſto loquens, tranſit ad Chriſtum cuius erat figura, dicens: *Salutare tuum*, id eſt, Saluatorem tuum, & ſalutem per ipſum fiendam. *expectabo*, quaſi diceret in illum tendit finalis ſpes mea. *Ceraſtes.* Secundum Iſidorum Etymologiarum libro duodecimo, eſt ſerpens habens in capite cornua ſimilia arietum. Cereſta enim Græci cornua vocant. Eſt enim flexuoſus pl⁹ quàm alij ſerpentes,ita vt ſpinam non habere videatur:totumq́; corpus regit arenis, & ſolum quandam oſtẽtationem corniculorum ſuorum relinquit,quaſi ad eſcam animalibus illuc venientibus:

*Sampſon typũ Saluatoris geſſit.*

*Iſidorus.*



vt ſic capiat ea. Quidam tamen legunt hæc de Antichriſto quem (ſed neſcio an verè) de tribu Dan naſciturum putant, propter quod (vt dicunt) à Ioanne in Apocalypſi de tribu Dan non ponuntur ſignati. Qui quidem ſerpenti cornuto,comparatur beſtiæ habenti duo cornua ſimilia agni. Et ſecundum hoc per equum intelligitur cœtus electorũ quem ineſcat tanquam Chriſtus. Et quia falſo dicet ſe eſſe Saluatorem & Chriſtum,idcirco Iacob ſubdit,quod Dei Saluatorem expectat. Vel ſecundum aliquos per equum intelligitur Romanum imperiũ, & per aſſenſorem Imperator vel Papa. Per Dan verò ideo Anichriſtus ſignatur, quia non de libertate gratiæ orietur: ſed potius de ancilla, cupiditate,ſcilicet,& ambitione,& erit iudex iniquitatis. Deinde de Gad alludens ad nomen eius,ſubdit: *Gad accinctus*, id eſt,armis & balteo militari. Vel accinctus, id eſt, expeditus. *Prælıabitur ante eum*, id eſt,ante populum Iſraël,iuxta quod habetur Nũ. 32. vbi tribus Gad & Ruben Moyſi promittũt, Nos armati & accincti pergemus ad præliũ ante filios Iſraël, *& ipſe accingetur retrorſum*, quia ſecundũ Hierony. poſt quatuordecim annos ad poſſeſſionem ſuam trans Iordanem reuertens reperit præliũ vicinatũ gentiũ cõtra ſe,& victis hoſtibus dimicauit fortiter. *Aſer pinguis panis eius, &c.* id eſt,terra eius erit fertilis & affluens delicijs.

*Gad benedictio,*

*Hierony. in Heb. quæſt. ad hunc locum tom. 3.*

*Neptalim ceruus emiſſus.* Id eſt, terra eius erit velocis fertilitatis, & in ſuis pullulationib⁹ quaſi ceruus. Secũdũ Hierony. Hebręa vox poteſt trãsferri,vel in ceruũ emiſſum, vel in agrũ irriguum:ſignificans quod aquę calidę in ipſa naſcantur tribu: ſiue quod ſuper lacum Genezareth & fluento Iordanis irrigatur.

*Ibidem.*

*Dans eloquia pulchritudinis*, id eſt, dans pulchros flores & fructus: ſicut os eloquens dat pulchra eloquia. Vnde ſeptuaginta habẽt, Dans in generatione pulchritudinem. Vel ſecundũ quoſdam hoc dictũ eſt propter Prophetas,qui ibi manſerũt in monte Thabor Vel ſecundũ Hieronymũ propter Chriſtum,qui ibi maximè docuit. De Ioſeph autẽ tanquam de ſanctiori & prædilectiori,& iure primogenituræ digno,angit primò eius prærogatiuã & meritum,ibi: *Deus patris tui, &c.* Deinde prædicit eius tribui bona ibi: *Benedictiones patris tui, &c.* Et poſtmodum ipſum tanquam primogenitum ſpecialiter benedicit. Alludens autem ad nomen Ioſeph quod interpretatur augmentum, dicit quod eſt filius accreſens, quia quaſi in regiam dignitatem ſuper omnes fratres ſuos creuit: & etiam quia creuit in duas magnas tribus.

*Ibidem.*

*Et decorus aſpectu*, propter quod *filiæ*, id eſt, fœminæ *diſcurrerunt ſuper murum*, ad ipſum, ſcilicet, videndum, id eſt, ſecundum

Universidad de Deusto Biblioteca



*Ibidem.*

Hieronymũ,qui tam pulcher es, vt te tota de muris & turribu
ac feneſtris turba puellarum Aegypti ꝓſpectet. Sed & fratres e-
ius *habentes iacula* ſcilicet,liuoris & inuidiæ, vel Aegyptij illum
incarcerantes,*exaſperauerunt eum*,ſcilicet,verbis & factis duris &
iniurioſis.*Et iurgati ſunt*, ſcilicet,contra illum. *Sedit inforti*, id eſt,
in Deo omnipotenti.*Arcus eius*,id eſt,fiducia & virtus,fuit firma
ta in Deo,& ideo *vincula brachiorum & manuum diſſoluta ſunt per
manus potentis Iacob*,id eſt,Dei,qui eſt potens protector & defen-
ſor populi Iacob,*Iudæ*,ſcilicet de vinculis illis.

*Paſtor egreſſus eſt,&c.*ſcilicet, Ioſeph factus tunc rector & pa-
ſtor Aegyptiorũ,& dominus patris ſui,qui *eſt lapis Iſraël*, id eſt,
fortis protector,& quaſi lapideum fundamentum populi Iſraël.
Vel inde,id eſt,de Ioſeph egreſſa eſt tribus Effraim fortis & ſtabi
lis & inuincibilis,inſtar lapidis duriſſimi:& ſub Ieroboam impe-
rans decem tribubus Iſraëlis, ſicut paſtor ouibus ſuis.

*Et omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli.* Id eſt, tam ex
ieſluentiis cœli,quàm irrigua pinguedine terræ.Habebis terram
fertilem & feracem,tam animalium quàm hominum. Tribus Iu
dæ habebunt vuluam fœcundam ad concipiendum,vbera plena
lacte ad nutriendum.

*Benedictiones patris tui*, id eſt, patri tuo à Deo datæ. *Confortatæ
ſunt*,id eſt, fortiores effectæ, *benedictionibus*, id eſt,propter meri-
ta benedictionum paternarum,confortatæ, inquam, ad perdu-
randum. *Donec veniret deſiderium collium æternorum.* Id eſt, vi-
ta æterna ſupernorum ciuium, vel æternarum manſionum quæ
ſunt quaſi colles vel montes. Sumitur enim deſiderium pro re
deſiderata:eo modo quo fides, vel ſpes, vel ſcientia, frequenter
ſumuntur pro re credita, vel ſperata,vel ſcita. Hæ inquam,be-
nedictiones tales ac tantæ, *fiant in capite Ioſeph & in verticem Na-
zaræi* id eſt, ipſius Ioſeph. *Inter fratres ſuos.* Seu reſpectu fra-
trum ſuorum,ſingulariter ſancti,,& conſecrati,& floridi. Et mo-
ta quod occaſione regni Iudæ,egit de regno Chriſti æterno : ſic
occaſione benedictionis ſeu gratiæ Patrum conſummandorũ in
Ioſeph, egit de vltimo fine gratiæ, qui eſt finis omnis deſiderij
ſancti. *Beniamin lupus rapax*, id eſt, tribus eius erit valdè belli-
coſa, & ideo inſtar bellantium. *Mane comedet*, id eſt, rapiet *præ-
dam, & veſpere ſpolia* ſcilicet, rapta, *diuidet*, militibus ſuis. Vel
per mane & veſpere, intelligit multam continuationem bello-
rum. More tamen ſcripturæ duo quæ trumphantes faciunt per
quandam appropriationem eis diſtinxit : attribuens vnum vni
tempori,& alterum alteri. Vel mane & veſpere ſignificandũ idẽ



quod prius & poſterius,vt ſumatur ſpeciale pro generali.Hiero- *Hierony. in*
nymus dicit quod Hebræi exponunt hoc de altari holocauſto- *fine lib. Heb.*
rum,quia templum in parte Beniamin fuit. Ibi enim Sacerdotes *quæſtion. in*
mane hoſtias immolabant,& ad veſperam ſibi diuidebant partẽ *Gene.tom.3.*
hoſtiarum ſibi debitam.

*Omnes hi in tribus Iſraël duodecim*:id eſt, iſti facient duodecim
tribus Iſraëlis. Eſt enim hoc verbum Iacob adhuc prophetan-
tis de eis.

*Benedixitque ſingulis benedictionibus propriis*,addendo, ſcilicet a-
lia præter verba ſuperiora:quia tribus primis non videtur ſupe-
rius benedixiſſe.Niſi fortè dicatur qđ quãdo dixerit Ruben,*Non
creſcas*,id eſt,eſto amodo humilis & moderatus :ei quodammo-
do benedixit,quaſi diceret:Ex tua culpa licet per accidens bo-
num humilitatis & moderantiæ conſequeris.Nota autem quod
cùm benedictiones hæ per viam ſpiritus eſſent dandæ & diffun-
dendæ,quod propriè vadunt ad ſpirituales ſucceſſores iſtorum.
Vnde benedictio Ioſeph currit magis ꝓpriè ſuper eos qui in gra
tia ſanctitatis & regiminis ipſum erãt imitaturi.Viſo igitur quali
cúmque ſenſu literali,tangendum eſt aliquid breuiter de allego-
rico.Et primò prout omnia referuntur ad caput,ſcilicet Chriſtũ,
ſcias quod eius primogenitus fuit populus ex Iudæis cõuerſus,
qui in carnali ſenſu legalium per præſumptuoſum zelũ effuſus,
eſt,ſicut aqua inundans, & in ampullas inflatas mirum intume-
ſcens:& ideo primogenituram datam ſibi amittit, quia totam le
gẽ & totũ ſenſum legis,totamq; Synagogã turpi errore fœdauit.
Hinc verò adiuncti ſunt Symeon & Leui id eſt, Scribæ & Phari-
ſæi,impiis conciliis & furibunda inuidia Chriſtum occidentes.&
murum veritatis ſuæ doctrinæ pro poſſe diruentes, & ſuffodiẽ-
tes:& ideo maledicti ſunt à Deo, & per vniuerſum orbem in ca- *Omnia hæc*
ptiuitatẽ diſperſi.Tũc igitur Iudas à fratribus,id eſt,ab Apoſtolis *de Chriſto*
laudatus & adoratus eſt,ſcilicet,Chriſtus, qui dæmonũ poteſta- *exponit.*
tem oppreſſit:& velut Leo iunior ab inferis prædam traxit, & cũ
illa in cœlum aſcendit : & etiam ab infernali ſtatu infidelium
multam prædam electorum traxit & trahet.Hic igitur per mor-
tem dormiuit & reſurrexit vt Leo.Quam ſuſcitationem non po
tuit facere Deus alter ab ipſo.Et de huiuſmodi regno & ſceptro
eſt benè verum, quod poteſtas eius eſt proteſtas æterna, quæ
non auferetur:& regnum eius quod non corrumpetur, prout
ſcribitur Danielis ſeptimo,Ipſe eſt Zabulon, habitaculum,ſcili-
ſcet,fortitudinis,Naues Eccleſiæ regens,& cuius ſtatio eſt portus

Univerſidad de … Biblioteca

*Referendo iſta ad Chriſti membra quomodo exponatur.*

ſalutis. Et ſic de ſequentibns quorũ pertractationem omitto, eò quòd ex ſupra ſcriptis & ſequentibus ſatis pateat. Referendo verò hoc ad Chriſti membra, poſſunt inde trahi plures allegoriæ. Nam poſſunt hæc referri ad duodecim Eccleſias, à duodecim Apoſtolis fundatas, vel ad ipſoſmet.

*Apoſtoli ſignantur in his 12. filiis Iacob.*

Nam Iudas Petrum Principem Apoſtolorum deſignat: Ioſeph vero oannem Euangeliſtã: Beniamin verò Paulum, qui & ad literam fuit de tribu ſua: qui inſtar lupi rapacis prædam Gentilium comedit, & attulit Chriſto, & ſpolia gratiæ & ſapientię Chriſti ſub mira diſcretione diſtinxit & diſtribuit Eccleſiæ Dei & diſcipulis ſuis.

*Ordo Eccleſiæ texi poteſt hoc loco*

Poteſt etiam & hîc texi ordo Eccleſię, vt videlicet in Ruben intelligatur, ſicut dictum eſt prima Eccleſia de Iudęis conuerſis ad Chriſtum. Per Simeonem verò & Leui, Doctores & epiſcopi Arriani, vel alterius hæreſis. Per Iudam, Romani Pontifices in fide Chriſti conſtantes: quorum primatui omnes filij Chriſti ſubduntur, & in quibus regimen fidei vſque ad Chriſtum Iudicem durat. Quamuis etiam hîc conſimilis ſit quæſtio & reſponſio, qualis ſuprà in ſenſu literali eſt tacta. Per Zabulon verò intelliguntur robuſti zelatores Eccleſiæ & Religionum. Per Iſachar verò Anachoritæ & Monachi, qui pro amore cœleſtis præmij ſua corpora macerationi, pœnitentiæ & ſeruituti ſubiecerunt. Ne autem debitum regnum temporalium in Eccleſia Chriſti crederetur omnino inutile aut nociuum: idcirco & idem filius ſenſualis ancillæ deſignat populum ſuum, ſicut & tribus ſuperiores. Nam vtile eſt pro tempore malis inſidiari: & robur eorum cautelosè mordere. Quia tamen in his temporalibus non eſt finis vltimus noſter: ideo præter hoc Chriſtum ſaluatorem expectare oportet, Rurſus quia adminiſtratio temporalium de facili cedit in dolum & laqueum: idcirco coluber, ſerpenſque cornutus tentationis finalis ex his manabit. Sicut autem bonum eſt iudicare intra, prudenter, ſic etiam & extra contra hoſtes pugnare conſtanter: & ideo Gad fortiter prælatur. Veruntamen quia hæc temporalia obſunt, niſi ad opera vitæ ordinentur: ideo pinguis panis Aſer ſubditur, fouens, ſcilicet pauperes, qui teſte Chriſto ſunt regni cœleſtis conciues Neque hoc ſufficit, niſi ex his temporalibus Deus laudetur, & ideo ſequitur Neptalim dans eloquia pulchra: eius enim eſt eloquentiam exteriorem inſtar cerui ſalientis emittere in altum. Poſt hunc ergo ſequitur Ioſeph gratioſiſſimus, benedictiſſimus, & præ ceteris Domino conſecratus: ſtatus, ſcilicet, Euangelicus in nouiſſimo tempore ſuſcitandus, vt non ſuper arenam tempo



temporalium, ſed ſuper petram ſolidam æternorum paſtorale regnum Eccleſię ſtatuatur: vt ſic poſtmodum ex vtero Euangelicę vitæ, & oriatur contemplationis ſupperexceſſus, id eſt, Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu, qui deſiderio, quaſi effrenato inſtar lupi rapaci prædam cœleſtium ferculorum iugiter comedat, & ſpolia cœleſtium theſaurorum, non ſolùm ſibi aſſumat: ſed triumphator aliis diſtribuat. Nam teſte Chriſto eorum eſt alios recipere in æterna tabernacula tanquam in ſua.

*Moraliter.*

Moraliter poſſunt hæc omnia exponi de prole virtutum ſuperius tradita cùm de generatione prolis Iacob ageretur. Nam & amor diuinę laudis ſignificatur, & huius regnum non auferetur, quia ſecundum Apoſtolum, charitas nunquam excedit, imò in aduentu Chriſti quem ſemper expectat: debet ſibi immobiliter alligari, & eius vino inebriari, vt habeat oculos pulchros & amoroſos: & dentes, id eſt, virtutes diuinas, &c. Timor autem per Ruben deſignatus & primogenitus (qui ſi menſuram teneret, prior eſſet in donis, quia Eccleſiaſtici vigeſimotertio dicitur, quod nihil melius quàm timor Dei. & capite vigeſimoquinto dicitur, quod Deus timorem ſuper omnia ſuperpoſuit.) ſi excedat, effunditur ſicut aqua: & inceſtat cubile paternum.

*Timor duobus modis excedit.*

Reperitur autem impedire duobus modis, ſcilicet, aut deſperatiuè, & ſic Iudam Apoſtolum diſſipauit: aut nimis ſolicitatiuè, & hoc modo plures etiam Prælatos nimium deſtruxit ad curas inferiorum; quia illic trepidauerunt timore vbi non erat timor, & hic eſt qui cauſat diffidentiam de Dei prouidentia & promiſſis: propter quod cadit à primatu conſtantiæ & veritatis. Hic etiam Balam, id eſt, imaginationem horribiliter proſtituit & corrupit, quia promptiſſimè facit ſemper imaginari & reuoluere omnia illa de quibus formidat & ſolicitatur: & etiam vias varias & innumeras, quibus illa quæ inſipienter timet euadere poſſit. Gad autem retrorſum accinctus & ſtrennuè bellans, deſignat quod ſic pro veritate Chriſti, quæ ante nos eſt, conſtanter pugnare debemus: quod nihilominus cõtra occultas inſidias dæmonum ad ea quæ retro ſunt amplectenda fallaciter inducentes viriliter ac ſagaciter dimicemus. De reliquis autem fratribus ex præcedentibus ſatis patet.

*Cur Iacob in loco particulari ſepeliri voluit.*

*Et præcepit eis, dicens: Sepelite me, &c.* Nota quod tantam curam ſuæ ſepulturæ in loco patrum non habuit ex aliqua carnali cura, ſiue poſt mortem gloriæ temporalis: ſed potius ex deuotione ad ſanctos Patres ſuos, & ad Chriſtum in terra illa

Universidad de Deusto Biblioteca



venturum, ad cultum Dei ibi in ſuo populo faciendum, & ad firmius monſtrandum & teſtificandum quã certus erat de terra illa in breui danda ſtirpi ſuæ. Hoc etiam valebat ad hoc quod fortius animarẽtur redire ad illam tempore ſuo: & ad illam ſemper maiori deuotione flagrarent.

*Finitiſque mandatis quibus filios inſtruebat.* Nota ex his & conſimilibus quod ſcritura ferè maiorem partem moralis & ſpiritalis doctrinæ patrum, quàm ſuas familias inſtruebant, non niſi implicitè tradit: vt ſeruet proprietatem veteris teſtamenti, & doctrinę pædagogicæ, & breuiloquij moderati.

## CAPVT QVINQVAGESIMVM.

*Quod cernens Ioſeph, ruit &c.*

IN *ſepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan.* Iacob illud fodiſſe dicitur, non quia per ipſum primò fuerit foſſum: ſed quia tam per ipſum, quàm per Patres ſuos fuit melius præparatum. *Venerunt ad arcam Adar, quæ ſita eſt trans Iordanem.* Secundum aliquos hic eſt locus vbi populus contra dominum murmurans igne conſumptus eſt, de quo habetur Numerorum decimoſexto. Et ſecundum Hieronymum eſt trans Iordanem in Orientali parte à Iordane ad duo miliaria: & diſtat à ſpelunca duplici per quinquaginta miliaria. Vnde prætergreſſi ſunt locum in quo debebant eum ſepelire, & poſtea redierunt ad illum. Quare autem hoc fecerint, non patet, ratio literalis ex textu. Et fortè fuit hoc propter aliqua prælia, vel pericula quæ in recta via timebant: & ideo fortè illuc declinauerunt ad horam, Quacunque autem ex cauſa hoc fuerit, hic à Moyſe non refertur, tum vt oſtendat planctum iſtum ibi tunc factum fuiſſe præſagium mali quod poſtmodum contigit ibi, tum etiam propter alia myſteria. Si verò quæratur quare Ioſeph ſanctus, tantum plangebat patrem mortuum & ſanctum? Dicendum quod primò ad conformandum ſe moribus illius temporis. Secundò in ſignum reuerentiæ & pietatis ad patrem. Tertiò ad docendum plangere miſeriam huius vitæ & generalis infectionis noſtrę propter quã omnes morimur. Quarto ad docendum, quod rememoratio mortis eſt valdè vtilis nobis,

*Hieron.*

*Quaſtio.*

*Sex pulchræ rationes ob quas Ioſeph patris mortem defleuerit.*

*Nota.*



nobis, iuxta illud Eccleſiaſtici ſeptimo, Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Quintò ad docendum quod licet mors ſanctorum patrum ſanctis morientibus ſit ſalubris, nobis tamen hîc remanentibus in pluribus eſt damnoſa. Vnde & ſancti ſæpè ſubtrahũtur propter peccata noſtra. Sextò vt doceat quod pro mortuis eſt cum luctu orandum & ſupplicandum ad dominum. Myſticè autem per ſepulturam carnis Iacob, à qua iam ſpiritus abſceſſerat, poteſt ſignificari ſepultura ſynagogæ & cærẹmonialium eius quæ facta eſt à Chriſto & Apoſtolis, quaſi à Ioſeph & fratribus eius: & à gentibus eis per fidem aſſociatis, qui hîc per Ægyptios deſignantur. Fuit enim lex cæremonialium tanquam diuinitus data reuerenter ſepelienda, & mors ſynagogæ fuit Apoſtolis valdè lamentabilis & doloroſa. Planctus autem iſte durat per ſeptem dies, & per ſeptem decadas dierum, id eſt, per ſeptem tempora eccleſiaſtica, in fine tamen planctus iſte recompenſabitur, quando omnis Iſraël ſaluus fiet: tunc enim Ioſeph pleniorem fiduciam amicitiæ dabit fratribus ſuis merito patrum ſuorum.

*Quid myſticè ſepultura Iacob deſignat.*

*Filij quoque Machir nati ſunt ſunt in genibus Ioſeph*, Id eſt, poſtquam iam nati ſunt, ſteterunt aliquando in genibus eius. Vult enim in iſtis oſtendere, quomodo clarum fuit quod tertiam generationem ſuam ipſe viderit: quia vtique in genibus ſuis eam tenuit. Et nota quod ter legitur baiulatio puerorum in genibus. Primò, ſcilicet, à Rachele ſupra trigeſimo cap. dicente, ad Iacob vt ingrederetur ad famulam ſuam vt pareret ſuper genua Rachelis. Secundò in hoc loco. Tertiò, quarti Regum quarto, de Sunamite ponente puerum ſuper genua ſua vſque ad meridiem, & mortuus eſt, & tãdem ab Helizeo Propheta ſuſcitatis, quia Iſaię vltimo promittit Deus electis quod ad vbera portabuntur, & ſuper genua blandietur eis. Contra quod triplex ratio diffidẽtiæ poterat prouenire. Prima, ſcilicet, ex conditione noſtræ naturæ ſeruilis, relatæ ad maieſtatem Dei. Secunda ex corruptione culpę tam originalis quàm actualis, relatæ ad ſanctitatẽ Dei. Tertia ex intermediatione vel pręposteratione propagationis temporalis, relatæ ad immediatam viſionem & poſſeſſionem Dei. Idcirco in typicum remediũ triplex figura præceſſit. Quod enim non impediat conditio naturæ ſeruilis, eſt exemplũ Rachelis volentis ancillã parere in genibus ſuis: Quod verò nec corruptio culpę mortalis, eſt exemplũ in Sunamite: Quod verò neque intermediatio ſucceſſiuę propagationis, eſt exemplum in filiis Machir, qui nati

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſunt in genibus Ioſeph proaui ſui. Dei enim filius factus pro nobis ſeruus, & in noſtra ſeruili natura paſſus & mortuus eſt, vt à generatione carnali, de qua in hoc libro Geneſis agitur per generationis lauacrum nos purgatos redderet, & ſic ad ſuæ generationis æternæ faſtigium ſubleuaret, vt in genibus maieſtatis paternæ baiulemur cum blanditiis familiaritatis & gloriæ exceſſiuis.

***

CVI SIT LAVS
ET GLORIA.
AMEN.

Explicit expoſitio ſeu poſtilla S. Thomæ Aquinatis ordinis Prædicatorum, in librum Geneſeos.

Hic commentarius in Geneſim, nõ eſt ineruditus, potéſtque imprimi abque diſpendio fidei & bonorum morum. 1571. pridie Nonas Auguſti.

I. Molanus Louanienſis.

Hunc commentarium in Geneſim extantem in ſuo originali in Bibliotheca Minoritarum Middelbulgenẽſis ſub titulo S. Thomæ, trãſcribi curaui & per legi ego Fr. Antonius Senenſis, ſacrę Theologiæ Doctor Louanienſis & prælo dignũ iudico pro vtilitate Reip. Chriſtianæ. dat. Louanij apud Prædicatores. 31. Auguſti. 1571.

Fr. Antonius
Senenſis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca